

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de psalmo CI-CL - Cod. Aug. perg. 36

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [9. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-92426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-92426)

F. v. ...
...
...



quippe in alio psalmo expressimus & falteriem desuper ha-
bere sonorem illud lignum, cui nervorum ferit & me-
liorem sonum reddat inuembit quod lignum cithara
inferius habet. Laudate eum in Tympano et ho-
rod Tympanum laudat deum p p Reliqua qd
desunt, supple ex impresso, C.V. vi. fol. iobis.
lin. 13. 16. et seq.

M. S. N. 36.

lag lose in der 4. bei der Re-
stauration Oct. 1868 hier
angelebt.

serla
tat
hane
chha
ga
obs.

INCIPIT TRACTUS S. AUGUSTINI EPI.
DE PSALMO CENTESIMO PRIMO.

ECCO UNUS PAUPER ORAT
& non orat in silentio. Licet ergo au-
dire eum. & uidere quis nam sit. Ne-
forte ille sit de quo dicit apostolus.
propter uos pauper factus est cum di-
ces esse ut illius paupertate uos ditare-
mini. Si ergo ipse est. quomodo pauper.
Nam quomodo diues. quis non uidet. Un-
de enim homines sunt diuites. Puto autem
argento. familia. terra. sed omnia per
ipsum facta sunt. Quia ergo illo diti-
us. per quem facte sunt diuitiae. & u-
ille. quoniam non sunt uerae diuitiae. Illi
enim. & ille diuitiae. In genium memo-
ria. ut ipsius corporis sanitas. sensus.
confirmatioque membrorum. & eni-
cum haec salua sunt. & pauperes diuites
sunt. Per illum. & ille maiores diuitiae.
fides. pietas. iustitia. caritas. castitas. mo-
res boni. Nemo enim & has habet. nisi per
eum qui iustificat impium. Ecce quam
diues. quis enim diues. qui habet quod
uult alio faciente. an qui facit quod
uult & alio habente. Puto quia dicitur
ille. qui fecit. quod habet. Quia quod
ille habet. tu non es. Ecce quam diues.
in hoc tantum diuite. unde agnitus sumus
haec uerba. cinerem tamquam panem
manducaui. & flexum meum cum potu
miscbam. Hic in ^{ille} diuitiae p-
uenerunt. Multum illud excelsum.
multum hoc abiectum. Quis faciem.
quem ammodum ista ima. Illi sum-
mus contemperabimus. Numis ab inuice
longe sunt. Nondum agnosco istum
pauperem. Alius est fortasse. sed ad
huc queramus. Unde enim nobis non
uidetur ipse. mirum interrogas.
& non expauescis diuitias. In principio

erat uerbum. & uerbum erat apud deum.
& deus erat uerbum. hoc erat in principio
per deum. Omnia per ipsum facta sunt.
& sine ipso factum est nihil. Quia dicitur
dixit. cum diceret & diues erat. Quanto
magis ille de quo dicebat. in principio
erat uerbum. Et non quale cumque
uerbum. sed uerbum dei. Et non ubi-
que. sed apud deum. Et non uacans. sed
omnia per ipsum facta sunt. cinerem
sicut panem manducauit. & potum su-
um cum flexu commiscuit. Mendum
est ne tantis diuitis nostra paupertas faciat
iniuriam. Quere adhuc tamen ne
ipse sit pauper iste. Quia uerbum caro
factum est. & habitauit in nobis. Respi-
ce & illam uocem. ego seruus tuus & fi-
lius ancillae tuae. Adtende ancillam
illam castam. & uirginem & matrem.
Ibi enim accepit paupertatem nostram.
ubi serui forma indutus est. Semet-
ipsum exinanens ne diuitias eius ex-
paueres. & ad eum accedere cu-
tua mendicitate non auderet. Ibi ac-
cepit formam inquam serui. ubi in-
dutus est paupertate. Ibi se paupe-
rauit. ibi nos ditauit. Jam ergo p-
inquamus. de illo hec intellegere.
Uerum tamen adhuc non est temere pro-
nuntiandum. Partus uirginis est. La-
pis in manibus. de monte percussus.
Ubi uellus hominum operatus est. nul-
la raris fusa concupiscentia. sed sola
fide accensa. & uerbis caro accepta.
Deinde processit ex utero. locutus sunt
celi angeli pastoribus. nuntiauerunt.
stella adorandum regem magos dixit.
Simeon. impletus spiritu. infantem deum in
manu. matris agnouit. Accessit & il-
lud natiuitatis. sed carnis. horrent mi-
ranturque sapientiam dei pueri. duo
denis imperiti senes. Aut & uam sipe



riti. quid illorum peritia ad uerbum di.
quid illorum peritia ad sapientiam di.
Nonne & periti. nisi illo subueniente. uerba
perituri. Crescit adhuc aetate corpo
ris. uenit ad fluium baptizandus.
Baptizator dnm agnoscit. indignum se
soluendi calciamenti corrigiam confi
tetur. Iam inde ceci in luminantur.
surdus aperitur auditus. loquuntur
muti. mundantur leprosi. stringuntur
paralitici. conualescunt languidi. re
surgunt mortui. Iam quidem in uerbi
illius per quod facta sunt omnia. conpa
tatione diuitiarum agnosco paupertate.
Sed quam longe adhuc acinere. & fl&u
cum potu. Adhuc timeo dicere. ipse est.
& tamen uolo. Sunt hic enim qui me cogunt
uelle. & rursus quidam qui me cogunt
timere. Ipse est & non est ipse. Iam in
forma serui est. iam mortalem fragi
lemq; carnem portat. Iam moriturus
aduenit. & tamen nondum intellegit
in hac aegestate. Cinerem tanquam
panem manducaui. & fl&um meum cum
potu miscebam. Addeat ergo paupertate
paupertati. & transfiguratur in se corpus
humilitatis nrae. Sic caput nrm. simis
membris eius. sint duo in carne una.
Iam enim in primitus pauper est. & forma
serui accipiens. dimisit patrem. Quod
autem de uirgine natus est. dimisit
& matrem. & heret uxoris suae. & sint
duo in carne una. Ita enumerunt duo
& in uoce una. Et in illa una uoce. in
non mirabimur nram uocem. Ceterum
tanquam panem manducaui. & p&um
meum cum fl&um miscebam. Dignatus
est enim habere nos membra. sint &
penitentes in membris eius. Non enim
exclusi & separati sunt ab ecclesia eius.
Nec omnino sibi adungere. & coniugem
nisi illa uoce. agite penitentiam ad pro

pinquabit enim regnum celorum. Iam en
go audiamus quid or & caput & corpus.
sponsus & sponsa. xps & ecclesia. utrumque
unus. Sed uerbum. & caro. non utrumque
unum. pater & uerbum. utrumque unus.
xps & ecclesia. uirumq; unus quidam uir pfect
tus in forma plenitudinis suae. Donec
occurramus omnes in unitate fidei. mag
nitatem filii. In uirum pfectum.
in mensuram aetatis plenitudinis xpi. Sed
donec occurramus. agitur hic pauper
tas nra. agitur hic adhuc. labor & ge
mitus. gratia misericordiae ipsius.
Unde illi labor. unde gemitus. uerbo per
quod facta sunt omnia. Si dignatus est
habere uocem nram. non nobis dabit uita
suam. In magnam spem erexit. cum in
na spe gemitus. Gemitus habet tristitia
sed est gemitus qui habet & gaudium. Ego
puto. sarram sterilem. leti gemuisse.
cum parerem. Et nos a matre & uo conce
pimus. & parturimus spm salutis.
Audiamus xpm pauperem in nobis. & nob
cum & ppter nos. Titulus enim indicat
pauperem. Postremo putate me sus
picatum. quis nam sit iste pauper.
Orationem audiamus. & psonam agnos
camus. Nec ubi erres. quando audieris
aliquid quod coaptari capiti illius non
possit. Ideo plocutus sum. ut quod ta
le audieris. ex infirmitate corporis ad
ueritas sonare. & uocem membrorum
agnoscas in capite. Oratio inopis. hoc
habet titulus cum aingeretur. & in con
spectu dnm effudit precem suam. Ipse
ille pauper est qui libidinet. & in
terrae ad te clamaui cum aingeretur
cor meum. Iste ipse pauper est. quia
idem ipse xps est. qui se apud ph&am
& sponsum dixit & sponsam. Sicut
sponso alligauit mihi mitram. & sicut
sponsam induit me ornamento.

Se dicit sponsum. se dicit sponsam. Unde hoc. nisi quia sponsum propter caput. sponsam propter corpus. Uox una ergo. quia caro una. Audiamus. & potius in his uocibus. nos quoque agnoscamus. & si extranos esse uiderimus. ibi esse laboremus.

Exaudi dñe orationem meam & clamor meus ad te perueniat; hoc est exaudi orationem meam. quod est clamor meus ad te perueniat; in geminatione. affectus peruenit est; Ne auer tas faciem tuam a me. Quando dñs a filio. quando pater a xpo. Sed propter membrorum pauper tatem. ne auer tas faciem tuam a me; In quacumque die tribulor inclina aurem tuam ad me. Tribulor enim deorsum. tu enim essursum. Si enim me extollo. longe sis; Si me humilio. inclina aurem tuam ad me; Sed qui tribulatur ut ista dicat & nisi tribular & cur sufficeret ergo. Inclina aurem tuam ad me. quo tribulor; In quacumque die tribulor. inclina aurem tuam ad me; Tanquam unitas corporis; si patitur unum membrum. compatiuntur omnia membra; Tribulari ista uide. ego tribulor; Tribulatur alius crastino. ego tribulor; Post istam generationem. alii posteris. qui succedunt posteris tribulantur. ego tribulor; Usque in finem seculi quicumque in meo corpore tribulantur. ego tribulor; In quacumque ergo die tribulor. inclina aurem tuam ad me; In quacumque die inuocauero te. cito exaudi me. Hoc idem est; Iam nunc inuoco. sed in quacumque die inuocauero. cito exaudi me; Orauit petrus. Orauit paulus. Orauerunt ceteri apostoli. Orauerunt fideles temporibus illis. Orauerunt fideles consequentibus temporibus. Orauerunt fideles martirum temporibus; Orant fideles nostris temporibus; Orabunt fideles posteriorum temporibus; In qua

cumque die inuocauero te cito exaudi me; Cito exaudi. iam enim hoc rogo. quod dare uis; Non terrena quasi terrenus sed ex prima captiuitate. Iam redemptus regnum celorum desidero. Cito exaudi me; Non enim nisi tali desiderio dixisti. adhuc te loquente dicam. ecce ad sum; In quacumque die inuocauero te cito exaudi me; Unde inuocas. de qua tribulatione. de qua egestate; O pauper ante uinuam diuitis dñi. quo desiderio mendicaris. qua mopia requiris. qua egestate pulsas. ut aperiat tibi. Audiamus ipsam egestatem; In illa & nos ipsos inueniamus & tecum rogemus; Audi & agnosce. si potes; Quia defecerunt sicut fumus dies mei; O dies si dies; Ubi enim dies auditur lux intellegitur; Sed defecerunt sicut fumus dies; dies mei temporamea; Unde sicut fumus. nisi propter elationem superbie; Tales dies dignus fuit accipere superbus adam. unde carnem xps accepit; Ergo in adam xps. & adam in xpo; liberauit perfectio & adiebus fumi. qui dignatus est habere uocem dierum fumi. Quia defecerunt sicut fumus dies mei; Uide & fumum superbiae similem. Ascendentem. tumescentem. uanescentem. Merito ergo deficientem. non utique permanentem; Quia defecerunt sicut fumus dies mei. & ossa mea sicut in frixorio confrixerunt; Et ipsa ossa mea. & ipsa fortitudo mea. non sine tribulatione. non sine uestione; Ossa corporis xpi. fortitudo corporis xpi. Ubi maior quam in seipso. potest. & tamen uideo. ossa frigi; Quis scandalizatur. & ego non uror; Fortes sunt fideles boni. intellectores & predicatores uerbi; Uiuentes ut loquuntur. loquentes ut audiunt; Fortes planesunt; sed omnes qui scandala patiuntur. frixorium ipsorum sunt.

Est ibi caritas; & magis in ossibus. Interiora sunt
ossa omnibus carnibus; & portant omnes carnes.
Verum si quisquam paciatur aliquod scandalum.
& in anima pereclitetur. tantum os frigitur
quantum amat; Desit amor. nemo frigitur;
Adsit caritas. & si membrum conpacitur. paci
ente uno membro; quomodo frigitur qui
portant uniuersa membra. ossa mea sicut in
frixorio confrixasunt; Percussus est sicut
foenum & aruit cor meum; Respice ad adā
unde genus humanum; Unde enim. nisi ab illo
ppagata miseria est. Unde. nisi ab illo heredita
ria ista paupertas. Dicat ergo uincum spe
in corpore xpi positus. ille aliquando in suo
corpore desperatus; Percussus est sicut fe
num & aruit cor meum; Merito quia omnes
caro fenum; Sed tamen unde hoc tibi contingit.
Quo oblitus sum manducare panem meum;
Dederat enim dī panem precepti; Nam panis
anime quid. nisi uerbum dī; Suggestente ser
pente preuariat a muliere. tetigit usitū
oblitus est preceptum; Merito percussus
est sicut fenum & aruit cor eius; quo oblitus
est manducare panem suum; Oblitus man
ducare panem. bibit uenenum; Percussus
est cor eius & aruit sicut foenum; Ipse est
ille percussus in saia de quo dicitur & cui
dicitur; Non inderum tempus irascar uob;
Sp̄s enim ante pcedit. & omnem flatum ego se
ci; Prop̄ peccatum modicum quid con
tristam illum. & percussillum. & auert a fa
ciem meam ab illo; Merito hic auert a fa
ciem tuam a me. hoc est percussio; De quo
dixisti percussillum; De quo dixisti uas
eius uidi & in a uicium; Percussus est
sicut fenum & aruit cor meum quo oblitus
sum manducare panem meum; Modo mandu
cabo. Oblitus eras. sed uenit & ipse panis.
In cuius corpore tibi licet recordari & uocem
obliuionis tue; & clamare ex paupertate
ut sumas diuitias; Modo manduca; In eius
enim corpore es quare; Ego sum panis

uiuus quide caelo descendi; Oblitus eras man
ducare panem tuum. sed iam illo crucifixo;
Commemorabuntur & conuertentur ad dnm
uniuersi sine terra; Post obliuionem.
ueniat commemoratio; Manducetur panis
de celo. ut uiuatur; Non manna sicut illi
manducauerunt & mortui sunt; Panis
de quo dicitur; Beati qui esurunt & si
ciunt iustitiam; Auoce gemitus mei.
adheserunt ossa mea carni meae; Auoce
quam intellego; auoce quam noui; Auoce
gemitus mei; Non auoce gemitus illorum
quibus conpacior; Multi gemunt. & ge
mo & ego; Et hoc gemo. quia male ge
munt; Amisit nummum. gemit; Ami
sit fidem. non gemit; Ego appendo num
mos & fidem. & inuenio maiorem gemitū
de male gemente. aut non gemente; Facit
fraudem. & gaudet; Quo lucro. quodam
no. adquisiuit pecuniam. perdidit iusti
tiam; Gemit hic qui gemere nouit; Qui
capiti propinquat. qui recte ad heret
corpore xpi. gemit inde; Carnales autē
non inde gemunt; & gemendo se faciunt
quia non inde gemunt; Nec eos possum
uel non gementes. uel male gementes con
temnere; Uolumus enim eos corrigere.
uolumus emendare. uolumus separare.
& quid non possumus gemimus. Et cum
gemimus. non ab ipsis separamur; Au
ce enim gemitus mei. adheserunt ossa
mea carni meae; Adheserunt fortes
in ueludis; Adheserunt firmi infirmis;
Unde adheserunt. auoce gemitus sui. non
auoce gemitus illorum; Qui lege ad
heserunt. nisi quia dictum est; Debem
enim nos firmi. infirmitate. infirmos
portare; Adheserunt ossa mea carni
meae. Similis factus sum pellicano qui
habitāt in solitudine; Factus sum sicut
nicticorax in paritinis; Uigilaui & fac
tus sum sicut passer singularis in tecto;

Ecce tres aues & tria loca. Quid sibi uelint.
donec dñs ut dicamus. Et ut audiat utiliter.
quod dicitur salubriter. Quid sibi uolunt
tres aues & tria loca. que tres aues. pelicanus
& nicticorax. & passer. & tria loca. solitu
do. paridina. & tectum. pelicanus insolitu
dine. nicticorax imparidinis. passer in tecto.
Primo quid sit pelicanus. dicendum est.
I. nea quippe regione nascitur. ut nobis ignota
hec auis sit. Nascitur insolitudinibus. maxi
me in uis fluminis in egypto. Quod libet sit auis
hec. quod de illo psalmus dicere uoluit.
hoc intueamur. Habitat in quid insolitu
dine. Quid queris formam eius. membra
eius. uocem eius. morem eius. quantum tibi
psalmus dedit. Auis est habitans insolitu
dine. Nicticorax auis est. auis noctem.
paridina dicuntur. quas uulgo dicimus
ruinas. ubi paridinae stant sine tecto. sine ha
bitantibus. ibi habitat nicticorax. Iam uero
tectum & passer. quid sit nostis. Inuenio
ergo aliquem de corpore xpi predicatorum uer
bi compacentem infirmis querentem lucra
xpi. remniscens dñi sui uenturi ne dicit.
Serue nequam & piger. clares pecuniam mea
nummularis. Ex huius dispensatoris of
fitio. uideamus hec tria. Uenerit inter
aliquos ubi xpianus non sunt. pelicanus est
insolitudine. Uenerit ad eos qui fuerunt
& ceciderunt. nicticorax est imparidinis.
Non enim deserit & tenebras eorum qui habi
tant in nocte. & ipsos lucrari uelit. Uenerit
ad eos qui xpianus sunt quidem habitantes in
domo. Non quasi non crediderunt aut quod
crediderant. dimiserunt. Sed in eo quod
credunt tepide ambulantes. clamat ad
eos passer. Non insolitudine. quia xpianus
sunt. nec imparidinis. quia non ceciderunt.
sed tamen in tecto sunt. Sub tecto potius
quia sub carne sunt. ille sup carnem. Cla
mat passer. precepta dñi non tacet. nec fit
carnalis. ut subiciatur tegio. Qui enim

integio est non descendat tollere aliquid
de domo. Et quod in aure auditis predi
cate super tecta. Iste tres aues & tria lo
ca. Et unus homo potest habere perso
nam trium auum. Et tres homines possunt
habere personam trium auum. & triage
nera hominum. Tamen solitudo paridina
& tectum. non nisi tria genera hominum
sunt. Sed quid his plurimum. ipsum dñm
uideamus non forte ipse sit. Et melius ipse
agnoscatur & pelicanus insolitudine. &
nicticorax imparidinis. & passer singula
ris in tecto. Dicat nobis pauper iste.
caput meum. Pauper uoluntate. loquatur
pauperibus. in necessitate. Quod enim di
citur uel legitur de hac auis. id est pelicane
non tacemus. Non aliquid adfirmantes
temere. sed tamen non tacentes. Quod
quis scripserunt & legi & dici uoluerunt.
Uos sic audite. ut si uerum est congruat.
Si falsum est non teneat. Dicuntur hec aues
tamquam colaphis rostrorum. occide
re paruulos filios suos. eosdemque in uero
occisos. a se lugere per triduum. Postremo
dicit matrem se ipsam grauer uulnerare
& sanguinem suum. sup filios fundere.
Quo illi sup fusos reuiuiscunt. Fortasse hoc
uerum. fortasse falsum sit. Tamen si ue
rum est. que ammodum illi congruat.
quino uiuificauit sanguine suo. uidet.
Congruit illi quod matris caro uiuificat
sanguine suo filios suos. satis congruit.
Nam & ipse gallina se dicit super pullos
suos. Hierusalem hierusalem quoties
uolui colligere filios tuos. tanquam galli
na pullos suos sub alas suas. & noluisti.
Habet enim paternam auctoritatem. mat
rum affectum. Sicut & paulus. & pater
est. & mater. Non pro se ipsum. sed pro eu
angelium. Pater ubi dicit. & si habetis
multos pedagogos in xpo. sed non mul
tos patres. In xpo enim ihu pro euangelium

ego uos genui; Mater autem ubi filium ei
quos iterum parturio donec xps formetur
in uobis. habet ergo hec aut si uere ita est
magnam similitudine carnis xpi cuius san
guine uiuificati sumus; Sed quomodo
congruat xpo. quod ipsa occidit filios suos;
An illi congruit. ego occidam & uiuifi
cabo. ego percutiam & sanabo. An uero illius
saulus persecutor morietur. nisi de celo
percuteretur; Aut predicator excita
retur. nisi si illius sanguine uiuificaretur;
Sed hoc uiderint qui scripserunt;
Non in incerto intellectum nostrum con
stituere nos debemus. Hanc autem
potius insolitudine cognoscamus;
hoc enim in deo saluus uoluit ponere;
pelicanis insolitudine; Puto enim hic
intellegi xpm natum de uirgine.
Solutus enim sic ideo solitudo; Insolitudi
ne natus. quia solus ita natus; Post na
tuitatem. uentus est ad passionem a
quibus crucifigebatur; Numquid ab
stantibus; numquid a iugentibus; ergo
tamquam in nocte ignoratae ipsorum;
Et tamquam in parietibus ruinis ipsorum;
Ecce nictu corax & imparietinis amat
& noctem; Nam nisi amaret unde di
ceret; Pater ignosce illis qui nesci
unt quid faciunt; Deinde natus in
solitudine. quia solus ita natus; Pas
sus in tenebris iudeorum. tamquam
in nocte; In preuaricatione. tam
quam in ruinis; Quid postea. uigilauit.
Ergo dormierat imparietinis. & dix
erat. ego dormiui; Quid est ergo
dormiui. quia uolui dormiui; Noctem
amando dormiui; Sed ubi sequitur.
& surrexi; Ergo hic uigilauit. sed post
ea qua uigilauit. quid legit ascendit
in celum; Factus est sicut passer uolan
do. id est ascendendo; singularis in
tecto; id est in celo;

Ergo pelicanis nascendo. nictu corax mo
riendo. passer resurgendo; Ibi in soli
tudine uelut solus; hic imparietinis
uelut ab eis occisus. qui stare non patu
erunt. in edificio; hic uero iam uigilans
& uolans. singularis in tecto; Ibi inter
pellat pro nobis; capud enim nostrum passerem.
corpustur tur; Et enim passer inuenit
sibi domum; Quam domum. in celo est
interpellat pro nobis; & turtur nidum sibi;
Ecclesia dei. nidum delignis crucis ipsius;
Ubi ponat pullos suos. paruulos suos;
Uigilauit & factus sum sicut passer singula
ris in tecto; Iota die exprobrabant mihi
inimicis mei & qui laudabant me aduer
sum me iurabant; Ore laudabant
corde in fidiis preparabant; Ad hanc lau
dem ipsorum; Magister scilicet quia uiam
dei doces. & pro nam non accipis; Licet
tributum reddere cesari. que laudas
subplantas; Quare quia qui lauda
bant me. aduersum me iurabant; Unde
autem hoc obprobrium. nisi quia ueni fecere
membra mea peccatores. Ut agendo pe
nitentiam. sint in corpore meo;
Innotum obprobrium. in depersecutio;
Quare magister uester cum publicanis
& peccatoribus manducat; Non est opus
sanis medicus. sed egrotantibus; Ut ana
uos egrotare nosseas. ut medicum que
reretis; non occideretis. & pro supbam
dementiam. falsa sanitate periretis;
Mihi autem unde tota die exprobrabant
inimicis mei. unde qui laudabant me
aduersum me iurabant; Quo cinere
sicut panem manducaui. & potum
meum cum fletu miscebam; Quia hec
genera hominum habere in suis mem
bris sananda uoluit & liberanda
inde obprobrium; hodieque paganorum
obprobrium. quale in nos est; Quid pu
tatis frater. quid eos putatis dicere nobis;

Vos corrumptis disciplinam. moresque gene-
ris humani peruertitis; Quid in ueteris die-
bus quomobrem quid fecimus; dando inquit homi-
nibus locum penitentiae; Promittendo impu-
nitatem omnium delictorum; Ideo homines
mala faciunt securi. quod eis cum conuersi
fuerint. omnia dimittantur; Hinc ergo opprobrium.
quod sicut cinerem panem manducaui.
& potum meum cum fleu misceram; O quia
stultas inuito te ad istum panem. Non enim au-
dite decere. non esse peccatorem; Dicite
conscientiam tuam; ascende tribunal men-
tae tuae; Noli tibi parcere. examine.
loquatur tibi medulla cordis; uide utrum
audeas innocentiam profiteri; hic plane si
se respexerit. conturbabitur. si se palpa-
uerit. confitebitur; Et quid agit miser.
si non erit portus impunitatis. si sola fuit
peccandi licentia. & nulla peccatorum est
indulgentia; Ubi eris. quo ibis; Certe ex-
pectatum est ut pauper iste cinerem sicut pa-
nem manducaret. & potum suum cum fle-
tu misceret; Nonne delectat tale conui-
uium. sed tamen inquit agunt omnes pec-
cata spe uenie; Immo augetur peccata
desperatione uenie; Nonne ad tendis qua
licentiosa crudelitate uiuunt gladiatores;
Unde hoc. nisi iam tamquam ad ferrum & uic-
timam destinati. explere uolunt libidinem.
ante quam fundant sanguinem; Nonne
& tu tibi hoc tibi diceres. iam peccator sum.
iam iniquus. iam damnandus. nulla uenie
spe est; Cur uero non faciam quicquid
libet. & si non libet. cur non impleam quan-
tum possum quaecumque desideria. si post
haec non restat nisi solator mentis; Non-
ne hoc tibi diceres. & desperatione ipsa
peior fieres; Pocius ergo te corrigit
qui indulgentiam promittit & dicit; Re-
dite preuaricatores ad cor. Nolite mor-
tem impu. quantum ut conuertatur &
uiuat; hoc proculdubio portu posito.

deponis uel a iustitiam. & speras uitam non negle-
gis medicinam; Nec in hoc tibi displicet
deus. tanquam per istam indulgentiam promissi-
onem securos fecerit peccatores; Item
ne desperatione homines perire uiuere.
promittit indulgentiam portum; Rursum
ne desperatione perire uiuere. fecit di-
em mortis incertum. prouidentissime
utrumque constituens. & reuertentes
quo recipiuntur. & differentes. unde
terre antur; Manduca cinerem uelut
panem. fleu tuum cum potu commisce;
Per hoc conuiuium uenies ad mensam dei;
Noli desperare. promissa est indulgentia
deo gratias inquit. qui promissa est. teneo
promissum dei; Ergo iam bene uiue. cras
inquit bene uiuimus; Indulgentiam
tibi deus promittit. crastinum diem nemo tibi
promittit; Si male uixisti. bene uiue iam ho-
die. stulte hac nocte auferetur a te ani-
matua. nunc dico que preparasti cui uerunt.
sed secundum quod uixisti ubi eras; Cor-
rige ergo te. ut possis in corpore christi habe-
re uocem istam; Quam nisi fallor liben-
ter agnoscis; Quo cinerem sicut panem
manducaui. & potum meum cum fleu
misceram; A facie ire tue & indignati-
onis tuae. quo leuasti elisistime; Ipsa
est illa irata in adam. iracunda qua om-
natus sumus. cum nascendo. quo hesimus;
Ira de pagine iniquitatis. ira de massa
peccati. secundum quam dicit apostolus;
Fumus & nos aliquando natura filii irae.
sicut ceteri; Et unde dicit dominus. ira de ma-
ne & superbum quia non credidit in unige-
nitum filium dei; Non enim ait iracundus
superbum. sed manens superbum quia tollitur
in quantum natus est; Quare ergo. & quid
sibi uult uox ista. quo leuasti elisistime;
Non enim ait quo eleuasti. & elisistime;
Ideo elisisti. quia leuasti. unde hoc homo

in honore positus factus est ad imaginem dī.
 Leuatus in hunc honorem: erectus a puluere.
 erectus a terra. accepit animam rationalem.
 prepositus est rationis ipsius uiuacitate. om-
 nib. bestis. pecoribus. uolatilib. piscibus.
 Quid enim horū habet intelligentiæ rationē.
 quia nullum horum factum est ad imaginem
 dī. Quomodo nullum horum habet hunc
 honorem: sic nullum horū habet hanc
 miseriam. Quod enim pecus plangit de pec-
 cato. que a iustis & gehennam ignis æterni.
 quia nulla participatio beatæ uitæ. nulli
 stimuli miseriarum. Homo autem quia
 factus est. quisit in beata uita si bene uix-
 erit. ideo erit in misera uita. quia male uixit.
 Ergo quia leuasti. elisisti me. Ideo sequit̃
 me pena. quia dedisti mihi liberum arbitri-
 um. Si enim non dedisses mihi liberum ar-
 bitrium. & hanc rationem pecoribus me
 non faceres meliorem. non me sequer̃ & ut
 damnatio iusta peccantem. Ergo par-
 trum liberum leuasti me. & iustitiæ iudici-
 um elisisti me. Dies mei sicut umbra decli-
 nauerunt. Potuerunt enim eē dies tui.
 non declinantes. si tu ad hie uero non decli-
 nasses. Declinasti & accepisti dies decli-
 nantes. Quid mirum. si dies tui facti sunt
 simile tui. Ipsi sunt enim dies declinantes.
 quia deuasti. Quisunt dies fumi. quia
 timuisti. Supra enim dixerat. Defecer̃
 sicut fumus dies mei. & nunc dicit dies mei
 sicut umbra declinauerunt. In hac umbra
 agnoscendus est dies. In hac umbra uidenda
 est lux. Ne postea sera & infructuosa dica-
 tur penitentia. Quid nobis profuit superbi-
 a & diuitiarū uetatio. quid contulit nobis.
 Transierunt omnia tanquā umbra.
 Modo die transibunt omnia tanquam um-
 bra. & non transiet tanquam umbra.
 Dies mei sicut umbra declinauerunt. &
 ego uelut fenum arui. Quia & supra
 dixerat. percussus sicut fenum & aruit

cor meum. Sed reuerecit fenum in rigatum
 sanguine saluatoris. Ergo sicut fenum arui
 ego homo post illam preuersionem. hoc
 ego iusto iudicio tuo. tu autem quid. Tu uero
 dñe in æternum permanes. Mei dies sicut um-
 bra declinauerunt. & tu in æternum manes.
 Temporalem saluē & æternus. Non enim quia
 ego cecidi. & tu seruasti. Viget ad me laboran-
 dum. qui uigisti ad me humiliandum.
 Tu uero dñe in æternum manes. & memoria
 letuum in generationem. & generationē.
 Memorial & uum. quia non obliuisceris in ge-
 nerationem. Non unam sed generationem.
 & generationem. Promissionem quippe
 habemus uitæ presentis & future. Tu ex-
 surgens misereberis sion. quō tempus mise-
 rationis eius. Quā tempus. Cum autem ue-
 nit plenitudo temporis misit dñs filium suū
 factum ex muliere. factum sub lege.
 Et ubi sion. ut eos qui sub lege erant redime-
 re. Primitus ergo iudei. inde enim apos-
 toli. inde illi plus quā quingenti sūt. Inde
 illa deinceps multitudo. cui erat anima ui-
 & cor unum in dñm. Ergo tu exurgens mise-
 reberis sion. quō tempus ut misereris eius.
 Quō uenit tēpus. quod tempus. ecce nunc tē-
 pus acceptabile. ecce nunc dies salutis. Quis
 hoc dicit. seruus dī. Edificator. qui dicebat.
 dīa edificium estis. Qui dicebat. sicut sapi-
 ens architectus fundamentū posui. Funda-
 mentum nemo potest ponere præter quā
 quod positum est. quod est xps ihs. Ergo & hic
 quid dicit. Quō beneplacitum habuerit ser-
 uitui in lapides eius. In lapides cuius in la-
 pides sion. Sed sunt ibi non lapides. Ergo
 quid sequit̃. & pulueris eius miserebunt̃.
 Agnoscamus lapidem in sion. agnoscamus pul-
 uerem in sion. Non enim dixit. lapidam eius
 miserebuntur. Sed quid ait. Quō benepla-
 citum habuerunt seruitui in lapides eius.
 & pulueris eius miserebuntur. Beneplaci-
 tum abuerunt in lapides eius. Pulueris suū

in honore positus factus est ad imaginem dī.
 Leuatus in hunc honorem: erectus a puluere.
 erectus a terra. accepit animam rationalem.
 prepositus est rationis ipsius uiuacitate. om-
 nib. bestis. pecoribus. uolatilib. piscibus.
 Quid enim horū habet intelligentiæ rationē.
 quia nullum horum factum est ad imaginem
 dī. Quomodo nullum horum habet hunc
 honorem: sic nullum horū habet hanc
 miseriam. Quod enim pecus plangit de pec-
 cato. que a iustis & gehennam ignis æterni.
 quia nulla participatio beatæ uitæ. nulli
 stimuli miseriarum. Homo autem quia
 factus est. quisit in beata uita si bene uix-
 erit. ideo erit in misera uita. quia male uixit.
 Ergo quia leuasti. elisisti me. Ideo sequit̃
 me pena. quia dedisti mihi liberum arbitri-
 um. Si enim non dedisses mihi liberum ar-
 bitrium. & hanc rationem pecoribus me
 non faceres meliorem. non me sequer̃ & ut
 damnatio iusta peccantem. Ergo par-
 trum liberum leuasti me. & iustitiæ iudici-
 um elisisti me. Dies mei sicut umbra decli-
 nauerunt. Potuerunt enim eē dies tui.
 non declinantes. si tu ad hie uero non decli-
 nasses. Declinasti & accepisti dies decli-
 nantes. Quid mirum. si dies tui facti sunt
 simile tui. Ipsi sunt enim dies declinantes.
 quia deuasti. Quisunt dies fumi. quia
 timuisti. Supra enim dixerat. Defecer̃
 sicut fumus dies mei. & nunc dicit dies mei
 sicut umbra declinauerunt. In hac umbra
 agnoscendus est dies. In hac umbra uidenda
 est lux. Ne postea sera & infructuosa dica-
 tur penitentia. Quid nobis profuit superbi-
 a & diuitiarū uetatio. quid contulit nobis.
 Transierunt omnia tanquā umbra.
 Modo die transibunt omnia tanquam um-
 bra. & non transiet tanquam umbra.
 Dies mei sicut umbra declinauerunt. &
 ego uelut fenum arui. Quia & supra
 dixerat. percussus sicut fenum & aruit

miserentur; Intellego lapides sion om̄
 proph&as; Ibi premissa est uox predicatio
 nis inde adsumptum euangelium officiu
 pillud preconium cognitus xps; Ergo ser
 uitui beneplacitum habuerunt in lapides
 sion; Sed illi preuaricatores recedentes
 adno. malis que factis suis offendentes cre
 atorem in terram unde sumptisunt redi
 erunt; Puluis factisunt impu factisunt;
 De quib; dicit; Non sic impu non sic. sed ta
 qua puluis que spicit uentus a facie terrae;
 Sed expecta dne. sustine dne. patiens dne.
 non iruat uentus. & auferat hunc pulue
 rem a facie & terre; Ueniant ueniant serui
 tui. agnoscant in lapidib; eloqui tua
 misereantur pulueris sion; Form&ur ho
 mo ad imaginem tuam. dicat puluis ne pere
 at. memento quia puluis sumus; & pulue
 ris eius miserebunt; Hoc de sion; Numquid
 non erat puluis. quid n̄m crucifixit quod
 peius est. puluis de parietibus ruinarum;
 Puluis erat prorsus. uerū tamen non frus
 tra de puluere dictum erat. pater ignos
 ce illis. quia nesciunt quid faciunt; De
 ipso puluere uenit paries tot milium cre
 dentium. & p̄cia rerum suarū ad pedes
 apostolorū ponentium; Ergo exiit de illo
 puluere humanitatis & formata & formo
 sa; Quis enim de gentibus sic. quam paucos
 mirarūm hoc fecisse. ad illorum tot milia
 subito. primo tria milia postea quinque mi
 lia. om̄ in unitate uiuentes om̄ uenditarū
 rerum suarum p̄cia ad pedes apostolorū
 ponentes. ut distribu&ur unicuique
 sic cuiq; opus erat; Quibus erat anima una
 & cor unum in d̄m; Quis hoc fecit & iam de
 isto puluere. nisi qui & ipsum adā fecit ex
 puluere; Hoc ergo de sion; sed non tantū
 in sion; Quidigitur sequitur; Et time
 bunt gentes nomen tuū dne. & om̄ reges
 terre gloriā tuam; Iam quō miseratus es
 sion. iam quō seruitui beneplacitum

habuerunt in lapide eius; cognoscendo fun
 damentum apostolorum & proph&arum;
 Iam quō miseratus sunt pulueris eius. uel potius
 reformar&ur homo uiuus ex puluere.
 hinc predicatio creuit in gentibus. Timeant
 nomen tuum gentes. & om̄ reges terre glo
 riam tuam; Ueniat & alius paries de gen
 tibus agnoscat. lapis angularis; Ibi he
 reant duo de diuerso uenientes. sed iam
 non aduersa sentientes; Quō edificauit
 dñs sion; hoc agitur nunc; Heia lapides
 uiui in structuram currite. non in ruina;
 Aedificatur sion. caute parietinas; Aedi
 ficatur archa. obseruate diluuium;
 Hoc agitur nunc. quō edificauit dñs sion.
 Sed aedificata sion. quid fiet; Et uidebitur in
 gloria sua. Ut aedificaret sion. ut esset
 fundamentum in sion. Uisus est a sion. sed non
 in gloria sua. Uidimus & non habebat speciem
 neq; decorem; At uero cum uenerit iudicare
 cum angelis suis. quando congregabuntur ante
 eum omnes gentes. quando oues ad dextram.
 hedi ad sinistram separabuntur. Nonne tunc
 uidebunt in quem pupugerunt. Confunden
 tur sero qui prima penitentia & salubri
 confusio noluerunt; Edificauit dñs sion.
 & uidebitur in gloria sua. qui in illa pri
 mo uisus est in infirmitate sua; Respexit in
 orationem humilium. & non dispexit pre
 cem eorum in aedificatione sion; hoc agi
 tur modo; aedificantes sion orant. ge
 munt; Ille unus pauper. quod pauperes
 multi. quia milia in tot gentib; Unus quia
 unitas pacis ecclesiae; Ipse unus. ipse multi;
 Unus propter. multi propter latitudinem
 Ergo nunc oratur. nunc curritur. nunc
 si quis saliter erat. & saliter se habebat. man
 duc& cinerem sicut panem. & potum suum
 cum fl&u canisecat; Nunc tempus est
 cum aedificatur sion. nunc intrant lapides
 in structuram; Perfecto aedificio. & dedi
 cante domo. quid curris. sero quesiturus.

maniter periturus: frustra pulsaturus:
foris remansurus: Cum quinque uirginibus factu
is: Nunc ergo curte: Respexit enim in orati
onem humilium: & non dispexit precem eorum:
Scribantur haec in generationem alteram:
Quid lo scribantur haec: non tunc dicitur eis: inter
quos scribebantur: Scribebantur enim ad
ph&andum nouum testamentum inter omni
uiuebant ex ueteri testamento: Sed & illud
u&us: testamentum d& dederat: & illa terra
pmissionis: populum suum collocauerat: Sed
quo memoriale tuum in generationem & gene
rationem: non iniquorum est: sed iustorum:
Nunc in generatione: per tunc ad nouum testa
mentum: Et quia hoc quod proph&atum est
nouum testamentum: pre nuntiat: Scriban
tur haec in generationem alteram: & popu
lus qui creabitur laudabit dnm: Non popu
lus qui creatus est: sed populus qui creabitur:
Quid euidentius fit: hic predicta est illa
creatura de qua dicit apostolus: Siqua igit
in xpo noua creatura: u&era transierunt:
ecce facta sunt noua: Omnia autem ex d&:
Quid est: omnia autem ex d&: & u&era & noua:
quia memorial&uum in generationem: & ge
nerationem: & populus qui creabitur
laudabit dnm: Quo respexit ex alto sco suo:
P rospexit ex alto: ut ueniret & ad humiles:
Et ex alto factus est humilis: ut humiles ex
altar&: **EXPT TRACTI DE PSA. C. I.**
INCITII TRACTATUS SECUNDUS
DE IODEM PSALMO: —
Hesternodie audiuius cuiusdam pauperis
gemitum in oratione: eumque esse cognoui
mus qui propter nos pauper factus est: cum
dixerat: Eiq; membra coherentia: & p
suum caput loquentia: Uidimus enim ibi:
& nos ipsos: sitam p&uis: gratiam aliquid & nos:
Finita autem uenerat uerba gemituum &
ceperat consolationum: Sed ea finiri
hesterno die tractando minime potuerunt:
In his quaerentibus audiamus hodie: non uan

gementem pauperem sed gaudentem: Ideo gau
dentem: quia sperantem: Ideo sperantem:
quia de se non presumens: Pre nuntiauit
felicitatem rerum humanarum: in scriptis d&
& adiecit: Scribantur haec in generationem
alteram: & populus qui creabitur laudabit
dnm: quo respexit ex alto sco suo: Huc usq;
sermo hesternus productus est: uid&e qua
sequentur: Dns de celo in terram respexit:
ut audiret gemitum conpeditorum: ut sol
uat filios mortificatorum: Inuenimus in
alio psalmo dictum: Intra & in conspectum
tuum gemitus conpeditorum: Et in eo loco
dictum ubi uox martirum intellegebatur:
Unde martires conpediti: nonne catenati potius
quam conpediti: Ductos enim scos climartires
post iudices: p p uinciam circumcunctes in cate
nam nouimus missos: in cond& autem non noui:
Agnoscentur & conpedes discipline di: & amo
riseus de quo dictum est: initium sapientiae
timor d&: Per hunc enim timorem: non timuer
ser uel eos qui corpus occidunt: anima autem
non possunt occidere: Quia eum timebunt
qui hab& potestatem & animam & corpus
occidere in gehenn& ignis: Nisi enim conpedi
b: amoris huius ligati essent martires: quan
do illa omnia dura & molesta sustinuerunt ap
secutoribus suis: cum eis liberum fuerit: faceret
quod cogebantur: & euadere quod paciebantur:
sed alligauerat eos d& suis conpedibus
duris & quidem & molestis ad tempus: sed to
lerantibus propter pmissa eius: cui dicitur:
p ropter uerba labiorum tuorum: ego custodiui
uias duras: Gemendum quidem est in his
conpedibus: ad impetrandam misericordiam
di: Unde uox martirum e in alio psalmo:
I ntra & in conspectum tuum gemitus conpe
ditorum: Non tamen euitand& sunt tales
conpedes: ut app&atur pernicio&a liber
tas & temporalis uitae breuisq; dulcedo
quam sequitur amaritudo p&eui: Pro
inde scriptura: ne recusemus esse conpediti

sapientiae sionis alloquitur; Audi fili & ex-
 cipe sententiam meam & ne abicias consili-
 um meum; & infer pedem tuum in conpedes
 illius; & intor que eius collum tuum; Subice
 humerum tuum & porta illam; & ne oderis
 uincula illius; In omni animata accede
 ad illam; & in omni uirtute & uia seruauas
 eius; Inuestiga & quere & innotescet tibi;
 Et continens factus; ne derelinquas eam;
 in nouissimis enim inuenies requiem eius;
 & conuertetur tibi in laetitiam; Et erunt
 tibi conpedes eius in protectionem fortitudi-
 nis; & cor que eius in stolam gloriae; De-
 cus enim aurea est in illa; & uincula eius
 fila uicinia; stolam gloriae induces
 eam & coronam exultationis superpones
 tibi; Clament ergo conpediti; quando
 u sunt in uinculis discipline dei; in qua sunt
 exercitia martirum; Soluentur conpedes;
 & uolabunt; & eadem ipsa in ornamentum
 postea conuertentur; Factum est hoc de
 murtrib; Quid enim persecutores occiden-
 do fecerunt; nisi ut conpedes soluerentur;
 & in coronas conuertentur; De celo
 ergo respexit dñs ut audiret gemitum con-
 peditorum; ut soluat filios mortificatorum;
 Mortificati illi; filii mortificatorum quis
 nisi nos; Quomodo autem soluumus nos;
 nisi cum dicimus ei; Distrupisti uincula mea;
 tibi sacrificabo hostiam laudis; Soluitur
 enim unusquisque a uinculis cupiditatum
 malorum; uel a nobis peccatorum suorum;
 Remissio peccatorum solutio est; Quid enim
 prodesse lazaro; quia processit demonum
 to; nisi diceretur; soluite eum; & finite ire;
 Ipse quidem uoce de sepulchro suscitauit;
 ipse clamando animam reddidit; ipse
 terrenam molem sepulto inpositam uicit
 & processit ille uinctus; Non ergo pedibus
 propriis; sed uirtute pducens; Fit hoc in
 corde penitentis; cum audis hominem
 penitere peccatorum suorum; uirtute uixit;

Quia audis hominem confitendo pferre consci-
 entiam; unde de sepulchro ductus est; sed non
 dum solutus est; Quando soluitur? a quibus
 soluitur? Que soluerit inquit in terra
 erunt soluta & in celo; Merito per ecclesi-
 am claris solutio peccatorum potest; Suscitari
 autem ipse mortuus; non nisi intus clamante
 dño potest; Hec enim dñs interiorius agit;
 Loquimur ad aures ueras; unde scimus quid
 agatur in cordibus ueris; Quod autem intus
 agitur; non a nobis sed ab illo agitur;
 Respexit ergo; ut soluat filios mortificatorum;
 Quorum mortificatorum audistis; Quos
 filios audistis; Quid deinde; ut adnun-
 tietur in sion nomen dñi; Primo enim
 promebatur ecta; quando mortificaban-
 tur conpediti; Post illas pressuras an-
 nuntiatur in sion nomen dñi; cum mag-
 na libertate in ipsa ecta; Ipsa enim sion
 non ille unus locus; primo super bus; poste-
 a captiuitas; Sed sion cuius umbra erat
 illa sion que interpretatur
 speculatio; Propter ea quia in
 carne positi uidemus in priora extenden-
 tes; Non ad presens quod est; sed ad id
 quod futurum est; Ideo speculatio;
 Omnis speculator; Longe respicit; Specula
 dicitur; ubi ponuntur custodes; Fium
 iste speculae in saxis in montibus; in arbo-
 rib; ad hoc ut de loco eminentiore; longe
 uideatur; Sion ergo speculatio; ecclesia
 speculatio; Unde speculatio; longe uide-
 re hoc est speculatio; Laborem enim
 ante me donec intro eam in seuarium dei;
 & intellegam in nouissima; Qualis specu-
 latio intellegere in nouissima; tran-
 sire mare; uidendo non nauigando;
 Et habitare in extremis maris; Id est
 ibi ponere spem; in eo quod erit finito
 seculo; Ergo si ecta speculatio; ibi iam
 annuntiatur nomen dñi; Et quomodo
 annuntiatur; In conueniendo populos

munum & regna ut seruiant dño : Unde hoc factum nisi sanguine mortificatorum : Unde hoc factum : nisi gemitibus conpeditorum : Exauditi ergo sunt qui erant in pressura & humilitate : ut esset nostris temporibus : cetera in tanta gloria quam uideamus : Ut iam regna quae per sequebantur ipsa seruiant dño : Respondit ei in uia fortitudinis suae : Cui respondit : nisi dño : Quis respondit : supra uideamus : Et laus eius in quid hierusalem : Inconueniendo populos in unum : & regna ut seruiant dño : Respondit & in uia fortitudinis suae : Quae illi respondit : aut quis illi respondit in uia fortitudinis suae : Queramus ergo primo : quis respondit : Et sic queramus quae sit uia fortitudinis suae : Superiora uerba indicant respondisse ei : aut laudem eius : aut hierusalem : Supra enim dixerat : & laus eius in hierusalem : Inconueniendo populos in unum : & regna ut seruiant dño : Respondit non possumus dicere regna : quia responderunt dixisse : Respondit ei : non possumus dicere populi : quia & hic responderunt dixisse : Quia ergo respondit ei : singularem numerum : querimus superius & non inuenimus : nisi aut laudem eius aut hierusalem : Et quia hoc ambiguum est : utrum laus eius : an hierusalem : secundum utrumque tractemus : Quomodo ei respondet laus eius : quando ei gratias agunt uocati ab illo : Ille enim uocatus nos respondemus : non uoce sed fide : non lingua sed uita : Si enim uocat te dñs : & precipit & tu male uiuis : uocationis eius non respondes : Nec laus eius respondet ei dñe : quia sic uiuis ut ille non laudetur : sed potius blasphemetur pte : Cum autem sic uiuimus : ut per nos laudetur dñs : respondit ei laus eius : de uocatis & scis eius : Respondit & hierusalem : Uocata est enim & hierusalem : & prima hierusalem noluit audire

& dictum est : Ecce dimittetur uobis domus ustra deserta : hierusalem hierusalem clamat : & non respondetur : Quoties uolui congregare filios tuos tanquam gallina pullos suos sub alas suas & noluisti : non respondetur : Pluitur de super & pro fructu spinae proferuntur : At uero illa hierusalem de qua dictum est : & are sterelis quae non parit : erumpe & exclama quae non parituris quomulti filii deserte magis quam ei quae habet uirum : Respondit ei : Quae est respondit ei : non contempsit uocantem : Quae est respondit ei : Ille pluit : illa fructum dedit : Respondit ei : Sed ubi : in uia fortitudinis suae : Numquid in se : Numquid eē in se : aut quam uocem habet & in se desē : nisi sola uocem peccati : uocem iniquitatis : Excute uocem ipsius : quis inuenit : nisi tu multum : Ego dixi dñe miserere mei sana animam meam quom peccauit tibi : Porro si iustificata est : respondit ei : Non ex meritis suis : sed ex mambus ipsius : Ubi in uia fortitudinis suae : Xps est : ipse est : Ego sum in quid uia ueritatis & uita : Sed ante resurrectionem non agnoscebatur a populo suo : Et maxime crucifixus ex infirmitate latuit qui esset donec fortis resurgendo appareret : Non ei ergo respondit cetera : in uia infirmitatis : sed in uia fortitudinis suae : Quia post resurrectionem uocauit ecclesiam de toto orbem terrarum : iam infirmus in cruce sed fortis in caelo : Non enim laus fidei xpianorum est quia credunt mortuum xpm : sed quia credunt resurrexisse xpm : nam mortuum & paganus credit : & hoc tibi perimine obicit quia mortuum credidisti : Quae igitur laus tua credere resurrexisse xpm : & sperare tere surrecturum esse p xpm : haec est laus fidei : Si enim credideris in corde & uo : quia dñs est ih̄s & confessus fueris or & uo : quia eum dñs suscitauit a mortuis saluus eris : Non aut si confessus : quia eum dñs tradidit

occidendm sed quia eum eis suscitauit amon-
 tuis; Si confessus fueris saluus eris; Corde
 enim creditur ad iustitiam ore autem con-
 fessio fit ad salutem; Quare autem credim
 & mortuum: quia credere eum resurrex-
 isse non possumus: nisi prius mortuum fuisse
 credimus; Quis enim resurg&: nisi mortu-
 us fuerit; Quis ex g& & cur: nisi prius
 dormierit; Sed num quid quid dormit:
 non adici& ut resurgat; Haec fides xpianor
 [In hac ergo fide: quia congregata est aecl-
 esia; Multi illi filii deserte magis quam eius
 quae hab& uirum; Respondit ei dixit ei lau-
 dem secundum precepta eius; In uia fortitudi-
 nis eius: non in uia infirmitatis eius; Quo-
 modo ei responderit uis supra audistis; In
 conueniendo populos in unum & regna ut ser-
 uant dno; In hoc ei respondit in uitate;
 Qui autem non est in uitate: non ei respon-
 dit; Ille enim unus: ecclesia unitas; Non
 respond& uni: nisi unitas; Sed existunt qui
 dicant: uis hoc factum est; Respondit
 & in omnibus gentibus ecclesia: pariens fili-
 os plures: quam illa quae habebat uirum;
 Respondit in uia fortitudinis eius; Credidit
 enim xpm resurrexisse: crediderunt in
 eum omnes gentes; Sed illa ecclesia quae fu-
 it omnium gentium: iam non est: perit;
 Hoc dicunt qui uilla non sunt; Omipuden-
 tem uocem: illa non est: quia tu uilla non es;
 Uide n& uideo non sis; Nam illa erit: & sic u-
 non sis; Hanc uocem abominabilem: & det-
 tabilem: presumptionis: & falsitatis plena:
 nulla ueritate suffultam: nulla sapientia
 in luminatam: nullo sale conditam: uanum
 temerarium: precipitem: perniciosum: pre-
 udit sp& di; Et tanquam contra illos: cum
 adnuntiar& unitatem: in conueniendo po-
 pulos in unum & regna ut seruant dno;
 Cumque subdidiss&: respondit ei: utique
 lauseus: utique hierusalem mater nostra:
 de peregrinatione reuocanda: f& sola cu

multis filius magis quam ea quae habebat uirum;
 Quo quidem dicitur erant contra: fuit & non est;
 Exiguitatem inquit dierum meorum annuncia
 mihi; Quid est: quod nescio qui recedentes ane-
 murmurant contra me; Quid est quod per-
 dia me perisse contendunt; Certe enim hoc
 dicunt: quia fui & non sum; Annuncia mihi
 exiguitatem dierum meorum; Non accit uero
 illos dies aeternos; Illi sine fine sunt: ubi ero;
 Non ipsos quero; Temporales dies mihi annun-
 tia: exiguitatem dierum meorum: non aet-
 nitatem dierum meorum annuncia mihi;
 Propter illos quid dicunt: fuit & iam & non est:
 ppter illos quid dicunt: impl& sunt scrip-
 ture: Crediderunt omnes gentes: sed apost-
 aut & perit ecclesia de omnibus gentibus;
 Quid est hoc: exiguitatem dierum meorum
 annuncia mihi; Et annuntiauit: Nec uacuit
 ista uox; Quis annuntiauit: nisi ipsa uia;
 Quomodo annuntiauit; Ecce ego uobiscum
 sum usque in consummationem seculi; Sed
 hic existunt & dicunt; Uobiscum sum inquit
 usque in consummatione seculi quia nos pre-
 uidebit; Qui pars donati erat in terra;
 Numquid ipse est quae dixit; Exiguitatem
 dierum meorum annuncia mihi; Haec non
 illa potius quae superius loquebatur;
 In conueniendo populos in unum: & regna
 ut seruant dno; Unde uobis cordol&:
 quia & imperatores: contra hereticos le-
 ges prophanunt: ibi impleum est: & regna
 ut seruant dno; Non enim uos filii estis illo-
 rum mortificatorum: quorum uox conpedito-
 rum: exaudita est ad dno; Absit: non hoc
 indicant facta ura; Non hoc indicat super-
 bia ura; Non hoc indicat uanitas ura; Non
 sapitis: & foris estis; Sal infatuatum estis:
 ideo & ab omnibus conculcamini; Audite
 quid dicat: quae ecclesia quae congregauit
 populos in unum; Quae ecclia: quae congre-
 gauit regna ut seruant dno: nota uocib;
 uestris: & falsis opinionib; uestris: querit

adō: ut exiguitatem dierum suorum annun-
tia & sibi; Et inuenit dñm dixisse: ecce ego
uobiscum usq; in consummationem seculi;
Hic uos dicitis: de nobis dixit: Nos sumus: nos
erimus usq; in consummationem seculi; Inter-
rogatur ipse xps cui dictum est: exiguita-
tem dierum meorum annuntia mihi; Et pre-
dicabitur inquit hoc euangelium in uniuersis
orbibus: in testimonium omnibus gentibus:
& tunc ueniet finis; Quid est quod dicebas:
hoc certe fuit & perit; Dñm audi annun-
tiantem: exiguitatem dierum meorum;
Predicabitur inquit hoc euangelium: ubi
in toto orbe terrarum; Quibus: in testimo-
nium omnibus gentibus; Quid postea: & tunc
ueniet finis; Non uides adhuc esse gentes:
in quibus nondum est predicatum euangelium;
Cum ergo necessesse sit impleri quod dñs dixit:
Exiguitatem dierum eius: annuntians: aetate
ut predicetur hoc euangelium in omnibus
gentibus: & tunc ueniat finis; Quid est
quod dicis: iam perisse ecclesiam de omni-
bus gentibus: quando adhuc predicatur
euangelium: ut possit esse in omnibus gentibus;
Ergo usque in finem seculi: ecclesia in omni-
bus gentibus: et ipsa est exiguitas dierum:
quia exiguum est omne quod finitur; ut
nam in aeternitatem: ab ista exiguitate tran-
seat; pereant heretici: pereant: quod
sunt: & inueniantur ut sint quod dñs sunt;
Exiguitas dierum usque in finem seculi erit;
Exiguitas ideo: quia totum hoc tempus non
dico ab hodierno usque in finem seculi: sed
ab adam usque in finem seculi exiguitatem
comparata aeternitati; Non ergo blandi-
antur sibi contra me heretici: quia dixi ex-
iguitatem dierum meorum quasi non perman-
sura usque in finem seculi; Quid enim addidit:
Ne uoces me in diuinitatem dierum meorum; Noli quo-
modo heretici loquuntur: sic mecum auge-
re: Usque in finem seculi me perducendi
mediam dierum meorum; & p̄ficem mihi

dies exiguos: ut donec mihi postea: aeternos
dies; Quare ergo de exiguitate dierum
requisisti: quare uis audire; In generatione
& generationem annitui; Ideo ego de die no-
bis exiguis quesisti: quia licet usque in fi-
nem seculi durent mecum isti dies: exigui
sunt in comparatione dierum tuorum: An-
nitui in generatione generationum; Qua-
re non ait: annitui in secula seculorum; Sic enim
magis sol & aeternitas significari in seip̄ scrip-
turis; Sed ait in generatione generatio-
num annitui: Qui nisi qui non ueniunt: &
transcunt: Qui nisi qui non ideo ueniunt
ut non sint; Omnis enim dies in hoc tempore
ideo uenit ut non sit; Omnis hora: omnis mensis:
omnis annus: nihil horum stat; Antequam ueniat:
erit: Cum uenerit: non erit; Illi ergo anni tui aeterni:
Anni tui qui non mutantur: in generatione generationum
erunt; Est quaedam generatio: generationi;
In illa erunt annitui: Quae est ista: est que-
dam; & si bene agnoscamus: in illa erimus;
Et anni di in nobis erunt: Quomodo in nobis
erunt: quomodo in nobis ipse dñs erit; Unde
dictum est: ut sit dñs omnia in omnibus; Non
enim aliud annitui: & aliud ipse; Sed anni
di: aeternitas die est; Aeternitas ipsa: di
substantia est: quae nihil habet mutabile;
Ubi nihil est perieritū: quasi uon non sit; Ni-
non ut sanarentur: Quinq; porticibus
pdebant languidos: non curabant: Pis-
cina curabat: descendente uno: & hoc pis-
cina turbata: Turbatio piscine: in passione
dñi: Ueniens enim & ignotus factus x̄p̄s:
Iustus est: peccator est: magister ē: seduc-
tor est: turbauit aquam: id est turbauit
populum: Et in tota illa perturbatione
aque: unus sanabatur quia in passione
dñi: unitas sanatur: Qui propter unitate
fuerit: & si accipit in porticibus: sanari non
poterit: Et si tenet legem: ad salutem non
puent: Ergo quia hoc ministerium est
ideo datam legem: ut conuincerentur pec-
cato peccatores: & ad gratiam accipiendam
medicum inuocarent: Unde ille conuinc-
tus est: quem in se transfiguratur paulus
apostolus dicens: Infelix homo qui se
liberabit de corpore mortis huius: Per
mandatum enim demonstrata illi erat
quedam rixa in seipso: Unde dicit:

Uideo aliam legem in membris meis. repugnantem legimentis meis. & captiuum meducentem. sub lege peccati quae est in membris meis. Cognouit se in miseria. ingemtu. in rixa. & contentione. ipse secum sibi non concordans. a se dissonans. a se resiliens.

Et quid ait optans pacem. pacem ueram pacem. super nam. Infelix homo qui meli berabit de corpore mortis huius. gratia di per ihm p xpm dnm nrm. Ubi enim abundauit peccatum super abundabit gratia. Unde autē abundauit peccatum. Lex autē subintrauit. ut abundaret peccatum. Quare lege subintrante abundauit peccatum. Quia uolebant se confiteri homines peccatores. addita lege facti sunt & preuaricatores.

Preuaricator enim non est quisq. nisi cum legem transgressus fuerit. Ipse apostolus hoc dicit. ubi enim non est lex. nec preuaricatio. abundauit ergo peccatum. ut abundaret & gratia. Ergo ut dicere ceperam. quia hoc est in lege magnum misterium. ideo cum data. ut crescente peccato. humiliarentur supbi. humiliati confiterentur. Confessi sanarentur. Iste sunt uiae occulte quas notas fecit morsu per que legem dedit quae peccatum habundaret & super habundaret & gratia. Non crudeliter hoc fecit ds. sed consilio medicinae. Aliquando enim uidetur sibi homo sanus. & egrotat. Et meo quod egrotat. & non sentit medicum non querit. Aug&ur morbus crescit molesta. queritur medicus. & totum san&ur. Notas fecit uias suas morsu filius israhel uoluntates suas. Numquid omnib; filius isrl. sed ueris filius isrl. Immo omnib; filius isrl. Qui enim dolosi. qui insidiosi. qui poerice. non filius isrl. Et qui filius isrl. ecce uere israhelita in quod dolus non est. Filius isrl. uoluntates suas. Miserator & misericors.

dnf. longanimis. & multae misericordiae. Quidam longanimum. quidam longanimum. quidam multum. in misericordia. peccatur. & uiuitur. Accedunt peccata. aug&ur uita. Blasph&atur cotidie & facit solem suum oriri super bonos & malos. Uocat undiq. ad correctionem. uocat undique ad penitentiam. uocat beneficis creaturae. uocat in praecendo tempus uiuendi. uocat plectorem. uocat pertractatorem. uocat intimam cogitationem. Uocat per flagellum correptionis. uocat per misericordiam consolationis. Longanimis & multae misericordiae. Sed obserua. ne longitudine misericordiae di. male utendo. tibi. thesaurizes quod ait apostolus. nam in diem nre. Nam hoc ait apostolus. Audiuitas benignitatis & longanimitatis eius. contempnis. ignoras. quia patientia di. ad penitentiam te adducit. quod tibi parcat. putas quia placeat. Haec fecisti & tacui. suspicatus es iniquitatem. quod tibi similis. Non mihi placent peccata. sed longanimitate quero recte facta. Si punirem peccatores. non inuenirem confessores. Ergo te ds longanimitate sua parcendo ad penitentiam adducit. In autē cotidie dicis. finitur hodiernus dies. & sic tunc crastino die. non enim cras erit ultimus. & tertio die. Et subito uenit iraeius ffr. Non tunc des conuer ti ad dnm. Sunt enim qui praeparant conuersionem & differunt & sic in illis uox coruina cras cras. Coruus de arcæ missus non est reuersus. non quaerit ds dilationem in uoce coruina. sed confessione ingemtu columbino. missa columba re uersa est. quam diu cras cras. obserua ultimum cras. sufficiat uixisti usque ad hodiernum. Audisti saepe soles audire. Audisti & hodie quam cotidie audis. Tam cotidie

non corrigeris: Tu enim secundum duriti-
am cordis tui & cor inpenitens: thesaurizas
tibi iram: in die ire: & reuelationis iusti iu-
dicii quaredd & unicuique secundum
opera sua: Non tibi sic uideatur dñs misericor-
dians: ut non uideatur iustus: Misericors
& miserator dñs: audio: gaudeo:
[Ita dicis: audi & gaude: Adhuc addidit:
Longanimus & multum misericors: Et in ex-
tremo: & uerax: Gaudes ad uerba sua:
adulterium treme: Sicut misericors: & lon-
ganimus est: ut sit & uerax: Cum tibi
thesaurisaueris iram in die ire: Nonne
experieris iustum quem contempsisti be-
nignum: Non in finem irascitur neque
in æternum indignabitur: Quia & quod
ui uimus inflagellis: & correptione mor-
talitatis: de indignatione ipsius est:
De pena hoc habemus primipccati:
Firma non solum cogitare debemus ut futu-
ras minas ipsius euadamus: sed & presentem
iram: Quia & ista ira ipsius est: cuius & se-
& nos fuisse dicit filius apostolus: ait qui p-
pe: fumus & nos aliquando natura filii
ire sicut & ceteri: Ergo ex ira ipsius est
quod hic homo peregrinatur: quod labo-
rat: Non est ex ira ipsius fratres mei: In
sudore & labore edes panem tuum: & ter-
ra spinas & tribulos parit tibi: Auctori
nr̄o dictum est: Aut si est aliud uitam
sp̄ potest conuertere ad aliquam uoluptatem
ubi spinas non sentias: Elige quod uolue-
ris: auarus: luxuriosus: ut duo ista sola
dicamus: Adde tertium: ambiciosus: In
honorum cupiditate: quante spine in ar-
dore auaricie: quante spine in luxuria
libidinum: quante spine in amore tur-
pes: quantas molestias habent quantes
solicitudines hic in ista uita: Omitto
gehennas uide ne iam ipse tibi gehenna
sis: Hoc ergo totum fratres mei de ira
ipsius est: Et cum te conuerteris ut iuste

agas non poteris: nisi laborare in terra: Et
non finitur labor: nisi cum cum finita fue-
rit uia: Oportet in uia laborare: ut in
patria gaudeamus: Ergo consolatur p-
missione sua laborem tuum: sudorem tu-
um molestias tuas & dicit tibi: Non in
finem irascitur: neque in æternum indig-
nabitur: Non secundum peccata nostra
fecit nobis: O gratias quia hoc uoluit:
Non quod merebamur accepimus: Non
secundum peccata nostra fecit nobis neque
secundum iniquitates nostras r̄ribuit
nobis: Quo secundum altitudinem
ce- a terra: confirmauit misericor-
diam suam super timentes eum: Confirmauit
dñs misericordiam suam super timentes
eum: Secundum quid: secundum alti-
tudinem celi a terra: Quid dixit: Si
aliquando potest celum abscondere a pec-
tione terræ: aliquando poterit dñs n̄
p̄tegere timentes se: Ascende: & cælum
ubi quique undique p̄tegit terram: & nul-
la pars terræ est que non cælo p̄tegatur:
Pecant homines sub cælo: faciunt omnia
mala sub cælo: tamen p̄teguntur cælo:
Inde lux ad oculos: inde aer: inde spiri-
tus: inde pluuia ad terram propter fruc-
tum: Inde om̄s misericordia: a cælo:
Tolle auxilium celi a terra: statim deficiet:
Sicut ergo protectio celi p̄manet super terram:
sic protectio dñi permanet super timentes
eum: Times dñm: supra timentes ip-
sius: Sed forte flagellaris: & putas
quia destruit te dñs: Si deses: ruit
protectio celi a terra: Quo secundum alti-
tudinem celi a terra: confirmauit dñs
misericordiam suam super timentes eum:
Et quid fecit: quia non secundum pec-
cata nr̄a r̄ribuit nobis: Quantum
distat oriens ab occidente: longè fecit
a nobis peccata nr̄a: Secundum alti-
tudinem celi a terra: confirmauit dñs

super nos misericordiam suam; Dixi: quare ^{peccationem}. Unde. quantum distat orientis ab occidente. Longe fecit ee a nobis peccata nra. Nouerunt qui sacramenta sciunt; Tamen quod omnes audire poss dico. Quando peccatum remittitur; Occidunt peccata tua. oritur gratia tua. Peccata tua tamquam in occasu sunt gratia quilibet aris in ortu est; Veritas dicitur orta est. Quid est ueritas dicitur orta nata est gratia tua; Occidunt peccata tua; Innouaris quodammodo. Ad ortu attendere debes. ab occasu auertere debes. Auertere debes a peccatis tuis. conuertere ad gratiam di. Illis occidentibus surgis & proficis; Sed pars celi que surgit. rursu in occasum it. Non uide cumque poss similitudines duci ad perfectum possunt conlinari ipseres rebus. ad quas adhibuntur; Sicut dixi. de aquila. sic huc de luna. Sic & hic occidit pars una celi. oritur altera; Sed pars que oritur modo. post duodecim horas occasura est; Non sic est que nobis oritur; Et peccata in aeternum occidunt & gratia in aeternum manet; Quere autem. quantum distat orientis ab occidente tantum a nobis longe fecit peccata nra. ut illa occidant & gratia oriatur; Qua putatis; Sicut miseratur filios. miseratur dñs timentes eum. Iam seuiat quantum uult. pater sit; Sed flagellauit nos. & afflixit nos. & contriuit nos. pater est. Fili si ploras. sub patre plora; Noli cum indignatione. noli cum irpo supbia; Quod pateris. unde plangis. medicinae non pena. Castigatio est. non damnatio; Noli repellere flagellum. si non uis repelli ab hereditate; Noli attendere quam penam habeas in flagello. sed quem locum in testamento; Sicut miseratur pater filios. miseratur dñs timentes eum; Quo ipse

cognouit figmentum nrm; Ide est infirmitatem nram; Nouit quid fecerit. quomodo lapsus sit. quomodo reficiendum sit. quomodo optandum sit. quomodo ditandum sit; Ecce facti sumus delimo; Primus homo dicitur terra terrenus. secundus homo de celo; Misit & filium suum. qui factus est secundus homo. qui ante omnia dñs; Secundus enim in aduentu. prior in reditu; Post multos mortuus est. ante omnes resurrexit; Ipse cognouit figmentum nrm; Quod figmentum. nos; Unde loqueris. qui cognouit. qui amiseratus est; Memento quia puluis sumus; Ad ipsum dñm conuersus ait. Memento. quasi obliuiscatur dñs; Sic cognosce. sic nouit. ut non obliuiscatur; Sed quid est memento; p seuer & erga nos misericordiatua; Cognouisti figmentum nrm quodammodo. ne obliuiscaris figmentu nrm; Ne obliuiscamur gratiam tuam; Memento quia puluis sumus; Homo ta qua fenum dies eius; Attendat quid uo sit homo. non supbiat homo; Tamqua fenum dies illius; Quid superbit fenu; Modo florens. post paulolum arescens; Quid superbit fenum. ad tempus uigens; Et hoc ad paruum tempus. donec sol candescat; Bonum est ergo nobis ut misericordia ipsius sit sup nos; & de feno aurum faciat; Nam homo tamqua fenum dies eius; Sicut flos agri. ita florebit; Totus splendor generis humani. honores potestatis. diuitiae. tr pumne flos feni est; Flor & illa domus. & magna domus. flor & illa familia. & quam multis flor & aut quam multis annis uiuunt; Multi anni tibi breue tempus do; Non signum erat quomodo numeras. in comparatione longoru. & longe uiuentium seculorum; Omnis flos cuiusq; domus. sic est quomodo flos agri; Uix est annua. omnis pulchritudo

anni. Quicquid ibi uiget. quicquid ibi can-
dit. quicquid ibi pulchrum est. non per-
annat. Immo per totum annum duci non
potest. Quam exiguo tempore transe-
unt flores. & hoc est pulchrum in herbis.
hoc quod ualde pulchrum est hoc cito ca-
dit. Omnis caro fenum. & claritas
hominis ut flos feni. Fenum aruit.
flos decidit. uerbum autem domini manet in
aeternum. Quia ergo quomodo pater
cognouit figmentum nostrum. quia fenum
suimus. & ad tempus florere possemus.
misit nobis uerbum suum. Et uerbum suum
quod manet in aeternum. feno quod non
manet in aeternum fratrem fecit. Natura
unigenitum. unicum natum. de substan-
tia sua fratrem adoptatis tot fratribus
fecit. Nolimurari quia particeps eris
in aeternitate illius. factus ipse prior par-
ticeps feni. Quod excelsum est. a te
tibi denegauit. qui quod humile erat
exte suscepit. Ergo homo quantum ad
hominem attinet. sicut fenum dies eius.
& sicut flos agrum ita florebit. Quo spi-
ritus pertransibit in eo & non erit. & non
cognoscit amplius locum suum. Quia
si peditio quedam. quasi interitus qui-
dam. Ecce quis inflat. ecce qui tu-
met. ecce quis extolitur. Spiritus pertransit
in eo & non erit. & non cognoscet ampli-
us locum suum. Uide & cotidie morien-
tes. & hoc erit totum. Ipse erit finis. non.
Alloquitur enim fenum sed propter quod
uerbum fenum. factum est. Inueni homo.
propter te autem & uerbum factum est homo. Inca-
ro. & propter te uerbum caro factum est. Om-
nis caro fenum. & uerbum caro factum est.
Quanta ergo spes feni. quando uerbum
caro factum est. Illud quod manet in aeternum
non dedignatum est suscipere fenum.
Nec desit desperare fenum. Ergo quod
ad te attendis. humilitatem tuam cogita

Noli extolli. quicquid melius eris. gratia
illius eris. misericordia illius eris. Audi
enim quid sequitur. Misericordia uero
domini in seculo. & in seculo super timentes eum.
Quia non timet eum fenum. & in feno. & in tor-
mento cum feno eris. Resurges enim ca-
ro ad tormentum. Gaudeant illi qui ti-
ment eum. quia super eos misericordia eius.
Et iustitia eius super filios filiorum. Sed fili-
os nostros dicit opera nostra. Filios filiorum
mercedem operum nostrorum. Iustitia
eius super filios filiorum. custodientibus
testamentum eius. Uideant ne putent
omnes ad se pertinere quod dictum est.
Eligant cum licet. Custodientibus inquit
testamentum eius. & memoria & in men-
tibus mandata eius. ut faciant ea. Iam te
disponebas extollere. & forte reddere
mihi psalterium quod ego non teneo. aut
totam legem memoriter pronuntiare.
Plane in memoria melior me. melior
quo uis iusto. si iustus ad uerbum legem
non tenet. Sed uide ut precepta teneas.
sed quomodo teneas. Non memoria sed
uita. Memoria & in mentibus mandata ei.
Non ut reddant ea. sed ut faciant ea. Iam
forte modo perturbatur unius cuiusque ani-
ma. Qui tenet omnia mandata dei. qui
tenet omnes litteras dei. Ecce uolo non
solum memoria tenere. sed & operibus face-
re. Sed qui tenet omnia memoria. noli-
mere. non te onerat. In duobus preceptis
tota lex pendit & propheta. Sed totam legem
uolo tenere. Tene si potes. quando potes.
quomodo potes. Quamcumque paginam
interrogaueris. hoc tibi respondebit. Quod
tenes tene. Caritatem tene. Finis precep-
ti est caritas. Noli cogitare de multitudine
ramorum. Radicem tene. & tota arbor
in te est. Et memoria & in mentibus manda-
ta eius ut faciant ea. Dominus in celo parauit
thronum suum. Quiescendit. & ascendit

Quomortuus est & resurrexit. Qui hominē
 adsumptum in celum leuauit. Ipse parauit
 in celo thronum suum. Thronus sedis est iudi-
 cis. Obseruare ergo quia auditis. quia para-
 uit in celo thronum suum. Faciat quisq; qd
 uult in terra. non erit in punitum peccatū
 non erit infructuosa iustitia. Qui ad nō
 quante thronum iudicis hominis in risu est.
 in celo parauit thronum suum. Dñs in celo
 parauit thronum suum. & regnum eius om-
 num dominabitur. Dñs est regnum. & ipse
 dominabitur gentium. & regnum eius omni-
 um dominabitur. Benedicite dñm omnes
 angeli eius. potentes fortitudine. facientes
 uerbum eius. Ergo tu uerbo di nondum
 iustus es. aut fidelis. nisi cum facis. Poten-
 tes fortitudine. facientes uerbum eius.
 Benedicite dñm omnes uirtutes eius. ministri
 eius. facientes uoluntate eius. Omnes ange-
 li. omnis potestas. fortitudines. facientes
 uerbum eius. Omnes uirtutes. omnes mi-
 nistri eius. facientes uoluntatem ipsius. Uos
 uos benedicite dñm. Omnes enim male uiuen-
 tes. & in lingua tacevit. uita dño maledicunt.
 Quid pelest. qui hñm cantat lingua tua.
 si sacrilegium exhalat uita tua. Male uiuendo.
 multas linguas misisti in blasphemiam.
 In uacua hymno. cetera te in uentia
 uacant blasphemus. Si ergo uis benedicere
 dñm. fac uerbum eius. fac uoluntatem ei.
 In p̄ra aedifica. noli in arena. Audire &
 non facere. in arena aedificare ē. Audire
 & facere. in p̄ra aedificare est. Nec au-
 dire. Nec facere. nihil aedificare est. Si in
 arena aedificas. ruinam aedificas. si nihil
 aedificas. expositus pluuiæ. fluminibus
 uentis. ante rapieris quam steteris. Ergo
 non est cessandum. sed aedificandum. nec
 sic aedificandum ut ruina aedificetur.
 Sed in p̄ra aedificandum. ut temptatio non
 euertat. Si sic est. benedic dñm. si non ē
 sic. noli blandire lingue tue. uita tuam

interroga. ipse tibi respondeat. Inuenis quid
 si mali. gemit. conficere. Confessio tua potest
 dñm benedicere. sed mutatio tua in benedictione
 perseueret. Benedicite dñm omnia opera ei
 in omni loco dominationis eius. Ergo in omni
 loco. ubi non benedicatur. ubi non dominatur.
 In omni loco dominationis eius. Ne forte aliquis
 dicat. Non possum benedicere dñm in oriente
 quia ad occidentem profectus est. aut non possum
 in occidente. quia in oriente est. Non aorien-
 te. & a occidente. non a desertis montibus
 quō dñs iudex est. Sic ubiq; est ut ubique bene-
 dicatur. Sic undique est. ut undique illi
 uibiletur. Sic undique benedicatur. ut ubi-
 q; bene uiuatur. Benedicite dñm omnia ope-
 ra eius. Quia cum ceperis in bona uita bene-
 dicere dñm. omnia opera eius cum benedi-
 cunt. non merita tua. Ipse enim p̄te. & in
 te bonum operatur. Dicente apostolo.
 Cum amore & tremore. uim ipsorum salu-
 tem operamini. Dñs enim est qui operatur
 in uobis. Ergo nec extolles quia facis uer-
 bum eius. quia facis uoluntatem eius. Uoluntate
 humiliari. respiciendo gratiam eius. unde
 hoc consecutus est. in omni loco dominationis ei.
 Benedic anima mea dñm. Ipse ultimus uersus
 est. qui primus. benedictio a capite. benedic-
 tio in fine. a benedictione profectus sumus. ad
 benedictionem redeamus in benedictione
 regnemus. **IN P̄ TRACTI DE PSA. CII.**

INCIP TRACTI DE PSA. CIII.

Die quadam nudus tertiano. quantum memi-
 nisse dignamini. abundanter refecti estis.
 Sed quia nos & iam post longum sermonem audis-
 simi dimisistis. non putauimus scitatem uram.
 hodie nichil debito fraudulenti. ut hoc sic
 de debito. illud delucro. Psalmus qui lectus
 est p̄p̄otus figuris rerū misteriusque con-
 textur. Et opus habet non solum nr̄a sed
 & iam ur̄a non parua intentione. Quam
 quā & iam cuncta que dicta sunt possint

ad litteram religiose accipi. Enumeran-
 tur enim. & si non omnia. multatamen ope-
 ra dī. Quae notae sunt omnibus intuentib;
 qui norunt ex his quae fecerunt. & uident
 illius inuisibilia intellectu conspiciere.
 Videmus enim fabricam mundi amplam quan-
 dam ex caelo & terra. & omnium quae in eis
 sunt. Et ex huius fabricae magnitudinem
 & pulchritudine fabricatoris ipsius inesti-
 mabilem magnitudinem & pulchritudi-
 nem. & si non dum uidemus. iam tamen ama-
 mus. Non enim cessauit quinondum po-
 test nri cordis puritatis conspici. ante ocu-
 los nros ponere opera sua. Ut uidentes
 quae possumus. amemus quae uidere non possu-
 mus. Ut ipsius amoris merito. aliquando
 uidere possimus. Tamen in omnibus quae
 dicta sunt. querendus & iam intellectus
 spiritalis. Ad quem perscrutandum. ad-
 iuuabunt nos in xpi nomine desideria uera.
 Quibus quas inuisibilibus ad inuisi-
 bilem ianuam pulsatis. ut inuisibiliter
 uobis aperiat. & inuisibiliter intratis. & in-
 uisibiliter sanemini. Ergo dicamus omnes.
Benedic anima mea dnm. Alloquamur om-
 niam animam nram. quia anima omnium nrm
 punam fidem. una anima est. Et omnes nos
 quicumque in xpm credidimus. ppter unita-
 tem corporis eius unus homo sumus.
 Benedic anima nra dnm. pro tantis benefi-
 cius eius. p tam multis & magnis muneribus
 gratiarum eius. Quae munera inuenim
 in hoc psalmo. in tenebris & excussa nebula car-
 nalis cogitationis. Quantum possumus
 erecta mente. & quantum possumus di-
 recta acie. & quantum possumus puro
 oculo cordis nri. Quantum non impedit
 praesens uita. quantum non occupant reru
 praesentium desideria. quantum non ce-
 cat cupiditas seculi. Erecti ergo auditu
 risumus. magna lra pchra. desiderata.
 & plena lrae. gaudiorumque munera ei.

quae in illo quae conceperat istum psalmu
 uidebat animo; Et ipsius uisionis exalta-
 one ructabat dicens. Benedic anima mea
 dnm. dñs dñs meus magnificatus est nimis.
 Uide magnifica quae dicturus est. In quibus
 magnificis. non utiq; in illo laudandus est.
 auctor omnium magnificorum. Confessi-
 onem & decorem induisti. O dñe dñs meus. qui
 magnificatus es nimis. Unde magnificatus es
 nimis. Nonne semper magnus. nonne semper
 magnificus. Numquid perfectus non es.
 ut tras. Numquid deficiis. ut aliquando minu-
 aris. Sed quia es quod es. & uere es. ut que-
 nomen tuum dixisti famulo tuo morisi. ego su-
 quis sum. Utique magnus es & magnitudo
 tua sempiterna est. Nec cepit. nec desinit.
 Nec ab initio temporis incipit. Nec usque ad
 finem temporis excurrit. Nec in medio ali-
 quid patitur. Incommutabilis enim mag-
 nitudo es. Quomodo ergo magnificatus
 es nimis. Alius psalmus ammonet nos. ait enim.
 Mirificata est scientia tua ex me. Sic recte
 dicitur. mirificata est scientia tua ex me.
 Recte dicitur magnificatus es dñe dñs meus
 ex me. Sed & hoc adhuc querendum est. Ex
 me magnificatur dñs. ergo ex me fit mag-
 nus. Docet nos & cotidiana oratio salutis nre.
 scificetur nomen tuum. Cotidie p dnm. Cotidie
 rogamus. ut fiat. si nos quisquam
 interroget. quid est quod p dnm. ut scificetur
 nomen dñi. Aliquando enim scm non est. ut
 modo scificetur. Et tamen nisi uelimus fieri.
 non p dnm. ut fieri. Alia est gratulatio
 alia oratio. Gratulamur ex eo quod est. Ora-
 mus ut sit quod dnm est. Quid est ergo scifice-
 tur nomen tuum. & intellegimus quod hic dic-
 tum est. O dñe dñs meus magnificatus es nimis.
 Hoc est scificetur nomen tuum. scm sit apud ho-
 mines nomen tuum. Scm est enim semper nom-
 inum. sed quibus dnm inmundis. non est scm no-
 men tuum. Dicit enim apostolus. Omnia
 munda mundis. immundis autem & infidelibus.

nihil est mundum. Si mundus & infidelibus nihil
 est mundum. quero causam. Sed polluta sunt
 inquit eorum mens & conscientia. Simile
 est mundum. nec dicitur. Nisi forte putatis mun-
 dum uideri dicitur. illis qui cotidie blasphemant
 eum. Si mundus est. placeat. Si placeat laudetur.
 Si autem blasphematur. displicet. Si displicet.
 quomodo potest tibi mundus esse. quod displicet.
 Quid ergo rogamus. scilicet & nomen tuum.
 Ut illis hominibus qui in fidelitatem nondum
 habent nomen dicitur. quibus nondum est ille
 scilicet. qui per se & in se. in se suis se est. Rogamus
 pro genere humano. rogamus pro orbem
 terrarum. pro omnibus gentibus. cotidie
 sedentibus & disputantibus. quia non rectus
 dicitur. & non recte iudicatur dicitur. ut aliquando
 ipsi corrigant. & rectum cor ad illius rectitu-
 dinem ducant. Et adherentes ei. de recto
 ad rectum. non uanuituperent. sed placeat
 rectus rectus. quia quam bonus dicitur in recto
 corde. Ergo cum uideret iste. qui can-
 tat iste. nos ipsi. id est corpus christi. membra
 christi. cum uideret & quanta profecerit dicitur ge-
 neri humano. cui antea aut nullus. aut
 falsus. non tam magnus uidebatur dicitur. in o-
 peribus eius eum uident. Dominus dicitur meus in-
 quid. magnificatus es nimis. id est. quid u-
 te intellegebam. intellegote magnum.
 Magnus semper. & iam occultus. Sed mihi tunc
 magnus quando apperueristi. Magnificatus
 es ergo ex me. quomodo mirificata est
 scientia tua ex me. Mira enim facta est
 ex me. Ego illam miror. conuersus ad eam.
 illa autem & si non conuertat. & si post con-
 uersionem auertat. integra permansit.
 Sed ego iam magnificatus in ea. & ex deminuto
 factus in te. Miror quod non noueram
 non quod modo magnum factum est ex quo
 dicitur. Audiam & ubi uidetur magnificatus
 dicitur nimis. semper magnus. Magnificatus in
 mis in operibus suis ad nos. Confessionem
 & decorum induisti. ante decorem. confes-

sionem posuit. Decus in pulchritudine
 Queris pulchritudinem. bonam rem queris.
 Sed quare queris pulchritudinem. O anima ut
 amate sponsus tuus. & enim displicet ei fecla.
 Ille enim qualis est. speciosus forma prefi-
 lus hominum. Osculari fecla uis pulchrum.
 sed non ad tendis. quia tu iniquitatibus plena
 es. Diffusa est gratia in labiis tuis. Sic enim
 de illo dictum est. Speciosus forma prefi-
 lus hominum. diffusa est gratia in labiis tuis.
 propter ea adulescentule dilexerunt te.
 Est ergo quidam formosus. est quidam pulcher.
 pre filius hominum. Et si filius hominis. tam
 pre filius hominum. huic ut placere uis. o ani-
 ma humana. O uia in malis. Audiamus
 eam. quia erat illis anima una & cor unum
 in dicitur. Hanc alloquitur psalmus. Uis
 placere. non potes quam diu de formosus es.
 Quid facies ut pulchra sis. prius tibi displice-
 at deformitas tua. & tunc ab illo ipso cui
 uis placere pulchra. mereberis pulchri-
 tudinem. Ipse enim erit reformator tu-
 us. qui fuit formator tuus. Ergo prius
 ad tunc que sis ne uideas ire fecla in pul-
 chris oscula. Et quid intuentis inquit me ui-
 debo. Posuit tibi in speculum scripturam
 suam. Legitur tibi. beati mundicordes.
 quo ipsi dicitur uidebunt. Speculum in hac lec-
 tione propositum est. uide si hoc es quod
 dixit. Si mundus es. gemit. ut sis. Re-
 nuntiauit tibi speculum faciem tuam. Sic
 speculum non senties. adulatorem. sic ne cete
 palpes. Hoc tibi ostendit miror ille quod es.
 Uide quod es. & si tibi displicet. quare ut
 non sis. Si enim cum fecla sis. tibi ipsi displicet
 pulchro iam placeat. Quid ergo quod displicet
 tibi feclitastua incipis & in confessione
 Sicut alibi dicitur. incipite domino in confes-
 sione. Primo accusa feclitatem tuam. Feclitatem
 enim anime. de peccatis. de iniquitatibus.
 Accusando feclitatem tuam. incipe confite-
 ri. A confessione incipis decorari. Quo

decorante. nisi specioso forma prefilius hominum. Ut autem & decoram faceret & audeam dicere. amavit & fecit. Quid est amavit & fecit. Etenim xps pro impiis mortuus est. Quam vitam tibi seruat iustificato. qui suam mortem donavit & impio. Ecce pulcher ille & speciosus prefilius hominum. Quia iustissimus prefilius hominum. Quo ueniebat ad fecit. ut faceret pulchram. Dicam & hoc. quia in scripturis inuenio. factus est. Nonne in hoc audiat. ne in hoc uerbum temere lapsus sim. Sicut enim dixerat. amavit & fecit. Non autem quasi congruenter dixerat. quibus d. v. illum amantibus. nisi mihi testis procederet. Et dixi quod dixit apostolus. Vis nos se quod amaret & fecit. Xps pro impiis mortuus est. Sic & modo quia dixi ut ueniret ad fecit. factus factus. de formis factus est. Quomodo probabo. quando iam mihi predixit diuinum eloquium. Speciosus forma prefilius hominum. Sed in ipso diuino eloquio rursus habeo. Uidimus & non habuit speciem neque decorem. Speciosus forma prefilius hominum. Uidimus eum & non habuit speciem neque decorem. Non dixit. Non uidi & ideo nesciebamus. utrum haberet speciem uel decorem. Ecce uidimus & non habebat speciem neque decorem. Ubi ergo illum uidit speciosum forma prefilius hominum. Et ubi illum uidit quid dixit. Non habebat speciem neque decorem. Audi ubi eum uidit quid dixit. Speciosus forma prefilius hominum. Cum in forma dei. non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Merito prefilius hominum. quia equalis deo. Ecce accepi & agnouit ubi eum uidit quid dixit. Speciosus forma prefilius hominum. Respondit enim uobis. Ubi uiderim queris. in forma dei. Et unde uidisti in forma dei. quomodo uidisti in forma dei. quia inuisibilia eius. per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Bene optime. accepi agnouit. & que uideris. & qualem uideris. & ubi uideris. & unde uide-

ris. Quem uidisti sponsum nr̄m. Qualem uidisti. speciosum forma prefilius hominum. Ubi uidisti. cum in forma dei. Unde uidisti. per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Uideamus & iste quid dicat. alius propheta. sed alius sp̄s. Non enim discordant inter se. Exhibuit nobis ille. speciosum forma prefilius hominum. Exhibeat & iste quod dicit. uidimus eum & non habebat speciem neque decorem. Unus apostolus paulus. prophetam utrumque coniungit. Unum capitulum pauli. utriusque prophetae. perhibet testimonium. Ibi habeo speciosum forma prefilius hominum. Quicum in forma dei. non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Ibi dixit. quod dixit & alius. non habentem speciem neque decorem. Quia semetipsum exinanuit. formam serui accipiens. in similitudinem hominum factus. & habitu inuentus ut homo. humiliavit se factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. Merito uiderunt eum. & non habebat speciem neque decorem. Merito ante crucem agitantibus caput. Hic inquit totus filius dei. si filius dei est descendat de cruce. Sed non habebat speciem neque decorem. Etiam sic. o quibus dupliciter. quia non habebat speciem neque decorem. Agitantibus caput ante crucem. & infigentes caput in cruce. quod pendebat in cruce. Merito nutu insultantibus caput. donec sit eorum caput. ille ipse cui insultabatur. Ecce resumpsit decorem. & magnum decorem. Ecce quod dicitur. minus est quam quod fecit. Dicitur si filius dei est descendat de cruce. Ecce de cruce non descendit. sed de sepulchro surrexit. Ergo anima decorasse non potest nisi confessam fuerit fedtatem. & qui semper pulcher. & propter te ad tempus non pulcher. Et sic ad tempus non pulcher in forma serui. ut nunquam deficeret & a pulchritudine que est in forma dei. Ergo tu etiam habes decorem. Dicitur & tibi in canticis canticorum. O decora inter mulieres. Dicitur dicitur. que est ista que ascendit

dealbata. Quod est dealbata. in lumina. Nonde alba sicut fuscata quemammodum se dealbant femine. que uolunt uideri qd non sunt. Nonde alba sicut paries dealbatus. Destruatur enim sicut dicit apostolus. Paries dealbatus. r. pocrisis & simulatio. Partes dealbatus. foris tectorium intus lutum. Non ergo illa sic dealbata. sed dealbata in lumina. quia non per se alba. Prius inquit fui blasphemus. & ite. Fui enim & nos aliquando natura filii irae sicut & eri. Accedit gratia in luminans. & dealbans. Prius nigra fuisti. sed facta es alba & gratia ipsius. Fuisti enim aliquando tenebre. nunc autem lux in dno. Dicit ergo & dicit. Quae est ista quae ascendit dealbata. Tam mirabilis. tam uisibilis. Ammirantur enim dicere. quae est ista quae ascendit dealbata. Tam pulchra. tam luminosa. tam sine macula & ruga. Nonne istae quae uacebat in caeno iniquitatum. Nonne istae quae uacebat in fornicatione idolorum. Nonne istae quae immunda erat in omni cupiditate. desiderioq. carnali. Quae est ista quae ascendit dealbata. Adtende quid sit ille. qui peccatus est. non habens speciem neq. decorem. Simularis illius humilitate ppter hanc. nolui mirari huius celsitudinem. ppter illum. Quoniam felicitatis est ista dealbata. ut & cum esse nigra. pulchrum ad se deponeret qui p impus moriturus. Ergo induit se dñi confessionem & decorem. induit se eam. Ipsa enim eam confessio & decus. Ante confessio. postea decus. Confessio peccatorum. decus recte factorum. Confessione & decorem induisti. Circum amictus luce. sicut uestimentum. Ipse est uestis eius. de qua uindixi. non habens maculam neq. rugam. Lux uocatur. & ego dixi. Fuisti aliquando tenebre. nunc autem lux in dno. Non ergo in uobis. Nam tenebre in uobis. Lux autem in dno. Ergo circumcemicus luce. uelut uestimentum. extendens

caelum sicut pellem. Quomodo fecit hoc ut induerit & se sicut uestim^m luce. Ecclesiam enumerare uult. figuratis quibusdam sacramentis. Quomodo lux facta sit eam. quomodo facta sit sine macula & ruga. quomodo facta sit candida dealbata. fulgens in uestimento sponsi sui. inherens illi. Quomodo facta sit audiamus. Extendit caelum sicut pellem. Et hoc quidem uideo. Quis enim extendit hoc celum. quod nris carnalibus oculis intuemur. nisi dñs. Extendit sicut pellem. Ad facilitate redegit. si ad litteram accipias. Et enim cum uideris ista fabricam magnam. Quia quisquis hominum unam uel paruam cameram extendit. magno molimine. magno labore. & difficultate. acclutur na operatione id facit. Ne huiusmodi laborem in dioperibus. infirmitas suspicatur & humana. attulit quandam facilitate p tua capacitate. Ut sic quodammodo incipit credere facile operante dñi & non putare sicut eum extendisse celum. sicut te tectum domus tue. sed quam tibi facile est extendere unam pellem. tam illi facile fuisse extendere tam magnu celum. Mira facilitas. & tamen adhuc sps tardus loquitur. Ibi inquam. adhuc tardus loquitur sps. Nam nec sic extendit dñs celum sicut pellem. Si enim sic extendit. ecce ante te pellis. uel rugosa. uel plicta ponit. dic ut extendatur. Dicit tu. extendere pellem. Non possum inquis. Ergo in extendenda pelle. multum longe es a facilitate dñi. Ipse enim dixit & facta sunt. Dixit. fiat firmamentum. inter aquam & aquam. sic factum. Tamen ppter facilitate significanda. secundum sensum tuum. acciperis aliquid interim ad litteram. Figurate autem. si aliquid tectum retegere uolumus. & pulsare ad clausum. Inuenimus extendisse dñi celum sicut pellem. Ut intellegamus celum. scam scriptura. Hanc auctoritate primo posuit dñs in eam sua. inlecepsit exsequenda. Posuit enim celum.

& extendit sicut pellem. Et non frustra sicut pellem. Primo istam famam predicantiū extendit sicut pellem. Pellis mortalitatem significat. Propter ea & illi duo homines primi. parentes nri auctores peccati generis humani. adam. & eua. cum in paradiso contempto di precepto. ad suggestionē suasionē que serpentis transgressi essent quod iusserat dñs. Facti mortales. dimissi sunt de paradiso. Ut autem significat & cur mortalitas eorum. induci sunt tunicis pellicis. De pelibus enim tunicas factas acceperunt. Pelles autē dētrahi non solent. nisi animalibus mortuis. Ergo pellium nomine. mortalitas illa figurata est. Quid ergo hic. si diuina scriptura significatur pellicis nomine. quomodo dñs de pelle fecit celum. extendit celum sic pellem. Quia p quos nobis scriptura predicata est. mortales fuerunt. Illud quidem uerbum dñi sempiternum sempiternum incommutabile atq; indeficiens. Ecce in principio erat uerbum. & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum. Numquid erat. & modo non est. & est & semper erit. Si ergo ē uerbum dñi. dñs apud dñm. lege si potes. Sed quid dicis. quia sursum est. & ideo legere non potes. ubiq; ē uerbum dñi. p̄tendit a fine usq; ad finem fortiter. & attingit omnia ppter suam mundiciam. In hoc mundo erat. & mundus p̄ ipsum factus ē. Et cum uenit. hic erat. Venit enim carne. numquā absens diuinitate. Quare ergo legere non poterat. quia insipientia dñi non cognouit mundus p̄ sapientiam dñm. Ibi constitutus insipientia dñi. Omnia enim ibi & ipsa subtracta. nulla sunt. Ibi constitutus non poterat cognoscere p̄ sapientiam dñm. Ergo necessarium erat qd sequitur. Placuit dō p̄ stultitiam predicationis. saluos facere credentes. Si p̄ stultitiam predicationis. salui futuri erant credentes. Eligat dñs quandam mortalia. Elegit homines mortales. & mortuos.

Adhibita lingua mortali. exhibuit sonos mortales. Adhibita dispensatione mortalium. adhibuit instrumenta mortalium. Et incohibit factum ē celum. ut in re mortali. cognosceres uerbum inmortale. & fieri est quoq; eiusdē uerbi participatione inmortalis. Dixit moyses & mortuus est. dicit illi dñs. Ascende in montem. & morere. Mortuus est hieremias. Iosaphat & mortui sunt. & mortuorum dicta. quia non eorum sed p̄ eos illius erant. Qui extendit celum sic pelle. manent usque ad posteritatem nrām. Ecce apostolus solutus de hac uita. quid dixit. disolui & ē cum xp̄o. multo magis ē optatum. Uuit nunc cum xp̄o. sicut illi p̄ph̄e. omnes uiuunt cum xp̄o. Sed p̄ quid nobis dispensa ut id quod legimus. per id quod mortuum erat. Per os p̄ linguā. dentes manus. Omnia ista quibus operatus est apostolus. totum qd legimus corporis officia sunt. Sed iubente anima. cui uidebat dñs. Propter ea extensus est celum sicut pellicis. Nos sub celo. tamquam sub pelle diuinarum scripturarum. Legimus modo cum tenditur. Et enim postea celum plicabitur sicut liber. Nō frustra fit sicut pellicis. ibi ut liber. Figuratum ibi quiddam nobis est. quod ad diuinā scripturā attingit. & tenditur sermo mortuorum. Ergo ideo tenditur sicut pellicis. & multo magis tenditur. quia illi mortui sunt. Nam post mortem plus innotuerunt p̄ph̄e. & apostoli. Non erant tam noti cum uiuerent. Proph̄eas uiuos. sola iudea habuit. Mortuos. omnes gentes. Cum enim uiuerent. nondum erat extensa pellicis. Nondum erat extensus celum. ut teget & orbem terrarū. Extendit ergo celum sicut pellem. Qui p̄ tegetis in aquis superiora eius. Et hoc legimus. & ad litteram bene intellegitur. Quando enim iussit ut fieret firmamentum inter aquas & aquas. factum est ut sint aquae inferiores quae p̄fundunt terras. Et sint aquae superiores remotae.

abas peccatis. Tamen fidei commendate
 Et aquae inquit quae super caelos sunt
 laudent nomen dñi. Quo ipse dixit & facta
 sunt ipse mandauit & creatae sunt; ergo
 explicatus est sensus ad litteram. Protegit
 enim in aquis superiora eius. Quid ad figu-
 ram quomodo in figura accipimus pellem scriptu-
 ram scām & auctoritatem diuini uerbi. dis-
 pensatam nobis per mortales. quibus. mortuus
 eiusdem dispensationis fama extenditur.
 Secundum hoc quomodo protegit in aquis supe-
 riora eius; Cuius superiora caeli; Et quid cae-
 lum scā scriptura. Quomodo superiora scripturae
 scā; Quid inuenimus in scā scripturis superior
 paulum interroga. Super eminentiorem in-
 quit uiam uobis demonstro. Quam dicite su-
 per eminentiorem uiam. Si linguis hominū
 loquor & angelorum. caritatem autem non
 habeam factus sum aeram tunc sonans. aut
 ambalum tinniens. Si ergo nihil super emi-
 nentius in scriptura scā inueniri potest. quā
 caritas superiora caeli. quomodo aquis prote-
 guntur. si superiora scripturae praeccepta cari-
 tatis sunt. audi quem admodum. Caritas dñi
 inquit diffusa est in cordibus nr̄is. p̄ sp̄m sc̄m qui
 datus est nobis. Jam nomine diffusionis intelle-
 ge aquas. in caritate sp̄s sc̄i. Haec sunt aquae
 de quibus dicitur. in quadam scriptura. Et in
 plateis tuis discurrant aquae tuae. Nemo
 alienus communicet tibi. Alien enim om̄
 aua ueritatis. siue pagani. siue iudei. siue he-
 retici. & aliqui xp̄iani. habere multa bona
 possunt. caritatem non possunt. Hoc ipsum
 quale donum. ut non loquamur de donis alius
 forisq; dona habent om̄ homines. qui facit
 solē suum oriri super bonos & malos. donatq;
 Et non tantum bonis & malis communia. sed
 etiam bestis & pecoribus. Ipsum esse. uideri
 sentire. audire. & ceteris fungi sensuum nu-
 meribus; donati sunt. Sed uideate cum quibus;
 & quam multis communia. & cum eis quomodo
 imitari. ipsum ingenium acutum habet &

pessimi homines. sollertem astutium indus-
 triam. habent & turpissimas caenices diui-
 tias. habent & latrones coniugia. filios
 multi mali habent. pulchra donati om̄a.
 nemo negat. Sed uideate cum quibus; communia.
 Respice ad munera ipsius eccl̄e. Munus sa-
 cramentorum in baptismo. in eucharistia.
 in ceteris sc̄is sacramentis. quale munus ē.
 Hoc munus adeptus est & simon magus. Pro-
 pheta quale munus prophetauit. & saul
 malus rex. & tunc prophetauit cum dauid
 sp̄m persequeretur. Intendite non dixi per-
 secutus fuisse. Fortassis enim eo p̄secuto
 penitentiam gessit. & dignus fuit sp̄u prophe-
 tandi. Non persecutus. neq; p̄secutus. Per-
 sequens prophetauit. misit ad comprehendendū
 dauid ministros suos. Dauid uero eo tempore
 inter prophetas erat. ubi erat & sc̄i samuhel.
 impletis sunt sp̄u prophetiae. qui missi sunt &
 prophetauerunt. Sed forte bono illi animo
 uenerant. uel ob necessitatem officii sui. uel non
 facturi quod iussu est. Misit & alios. hoc &
 in eis factum est. Eteorum hoc modo animū
 inter p̄temur. Cum illi tardarent. uenit ipse
 furens. anhelans cedere. sanguinem sitiens
 innocentissimi. cui & iam ingratus erat. & ipse
 impletus est sp̄u prophetandi. & prophetauit.
 Nonse ergo iacent qui forte sine caritate ha-
 buerint hoc munus dñi. Sc̄m munus. sicut sc̄m
 baptismum. Sed uideant qualem rationem
 habituri sunt cum dō. qui sc̄s. non sc̄e utuntur.
 Ex his erunt qui dicuntur in nomine tuo
 prophetauimus. Non illis dicitur. mentimini.
 sed dicitur non noui uos. Recedite a me qui
 operamini iniquitatem. Quasi abeam omnē
 prophetiam. caritatem autem non habeam nihil
 sum. Prophetauit autem & saul. sed operabatur
 iniquitatem. Quis operabatur iniquitatem.
 nisi qui non operabatur ^{caritate} iniquitatem. Quis non
 operabatur. nisi qui non habuerit caritatem.
 Plenitudo enim legis caritas. Ergo protegit in
 aquis superiora eius. Quid dixit in omnibus

scripturis sup eminentissimam uiam . sup
eminentissimum locum caritas optinet .
N ad eam spirant nisi boni . hanc nobiscum
non communicant mali . Possunt communi
care baptismam possunt communicare cetera
sacramenta . possunt communicare ora
tionem . possunt communicare istos parti
eter . & istam conuentionem caritatem nobiscum
non communicant . Ipse est enim fons pro
prius bonorum . proprius scorum de quo dicitur .
Nemo alienus communicet tibi . Quisunt alieni .
omnes quia audiunt non noui uos . Si enim sui ag
noscantur . utiq; alieni sunt . quib; dicitur . non
noui uos . Sup eminent ergo uia caritatis te
net . qui propriae pertinent ad regnum caeloz ;
Ergo praecceptum caritatis super caelos super om
nia libros . Et enim subducuntur libri ei militat om
nis lingua scorum . & omnis motus dispensatorum
di . & animi & corporis . super eminent est ergo
uia . Et merito protegit in aquis superiora celi
quia nihil inuenit eminentius caritate indi
uinis libris . Sed adhuc euidentius audi quoda
quasit . Diximus enim caritas di diffusa est in
cordib; nr̄is . per sp̄m sc̄m quidatus est nobis .
Diximus & iam in plateis discurrant aquae uiae .
Et ait mihi aliquis . Non mihi expresse dictum est
utrum caritatem intellegere debeam . Quid
si aliud aliud . aliquid intellegat . Tantum me
mento quid ait apostolus . Caritas di diffusa est
in cordib; nr̄is . Unde per sp̄m sc̄m quidatus est
nobis . Audiam dnm magistrum apostolorū .
Siquis sitit . uenit & bibat . Dicat adhuc qui cre
dit in me . flumine aquae uuae fluunt de uen
tre eius . Quid est hoc & ponat euangelista . hoc
autem dicebat inquit de sp̄u quem accepturi e
rant . credentes in eum . Sp̄s enim non erat da
tus . quia ih̄s non erat glorificatus . Ergo si si
propter ea sp̄s non erat datus . quia ih̄s non
dum erat glorificatus . glorificato ih̄u & as
cendente in caelos . missus est sp̄s sc̄s . & carita
te impleti sunt apostoli diffusa in cordib; eorū
per sp̄m sc̄m quidatus est nobis . Quia superiora

caeli aquis proteguntur . & bene quia dñs
in caelos ascendit . ut superior esset caelis .
Et inde mittet & caritatem . Non enim sic
di protegit ut quasi sitetur ab eo quem
protegit . Subleuat quem protegit . non
honorat . Haec ergo caelos aquis protegat .
ut magis illo diuino sp̄u subleuetur . Quod
subleuat sursum est . Quod subleuatur . infra est
Illud suspendit . hoc pendet . audi quia hoc cae
lum scripturarum . & caritate pendet . Duo
sunt nempe illa notissima praeccepta . dilec
tionis . In his duob; praecceptis . tota lex pendet
& prophetae . Qui protegit in aquis superio
raeius . Qui ponit nubes ascensum eius . Acci
pitur & hoc bene ad litteram . Dñs uisibiliter
ascendit in caelum . Quomodo posite sunt nubes
ascensu caeli . Haec cum dixisset nubes sus
cepit eum . habet item de resurrectione nra
praedictum & moysi inquit in xp̄o . resurgente
primi . Deinde nos qui uiuimus simul cum il
lis rapiemur in nubib; in obuiam xp̄o in aera .
atq; ita cum dño erimus . habet nubes ascen
sum caeli . Ostendam & nubes . Ascensum celi
huius . id est diuinarum scripturarum . Quid est
hoc fr̄ . utinam me dñs dñs meus . inter illas qua
les cumq; nubes numerare dignetur . Uiderit
quem nebulosa nubes sim . Omnes tamen pdica
tores uerbi ueritatis nubes accipere . Quicumq;
ergo infirmi . non possunt ascendere in hoc celu
id est ad intellectum scripturarum . per nubes
ascendant . forte enim & modo fit nobis . Si
aliquid agimus . si labor sudorq; noster non est
in fructuosus . ascenditis in caelum scriptura
rum diuinarum . hoc est intellectum earum .
predicationem nram . Quam altum erat celu
in psalmo isto . Nemo enim ur̄m uidebat quid
esset in figura . Excendit celum sicut pellem .
qui protegit in aquis super aereus . hoc ipsum
quod dictum est . Qui ponit nubes ascensum eius .
Ecce iam intellectum est . quantum dñs dona
uit praedicantib; nobis . Non enim nubes de suo
muniere pluunt . Uos intellegendo ascendite .

20
in intellectu ipso fructificata. Nescitis
qualis illa uinea de qua dicitur apud pro-
phetam. Mandabo nubib; meis ne pluant
super eam. Accusabatur enim quedam ui-
nea quod pro uua spinas dederat non red-
dorat dignam gratiam; dulci pluuia conpluitur.
& spinas generat. Non est ut suspicetur frater
de aliqua terrena & ista uisibili uinea dnm
locatum. Namq; ibi ne sub obscuritate sermo
nis lateret & excusatio iniquitatis. Ipse dnr per
ipsum prophetam & posuit. Cui uineae loquere
tur; & de qua uinea ista dicitur. Uinea inquit
dñi sabaoth domus israhel est. Quid uagantur.
O in qui caro ur̄a per montes & colles uinitorum.
non inquit de qua uinea loquar. Noui ubi
querebam uuam & inueni spinas. Sine causa
aliud atq; aliud suspicamini & opinamini no-
lentes intellegere. ut bene ageris. Nam & hoc
scriptum est. noluit intellegere ut bene ageret.
Tollite omnes suspensiones ur̄as de medio. Ut uinea
dñi sabaoth domus israhel est & homo iuda
nouellum dilectum. Dilectum cum plauratū
est. damnatum. cum spinas creauit. Ergo
fr̄s forte uinea fuit domus israhel. & nos non
sumus uinea. cum timore audiamus. quod
iudeis dictum uidemus. Videte quem admo-
du apostolus terreat tremor in se totos deramis
fractis. Et in ramis fractis. commendat & ti-
mendā seueritatem. In ramis insertis com-
mendat amandam bonitatem. Noli esse in-
fructuosus in bonitate. ne sterelis sentias se-
ueritatem. Sed non sum uitis dicit mihi. Ubi est
dñi uox. ego sum uitis. uos estis sarmenta. pa-
ter m̄s agricola. Ubi uox apostoli. quis plan-
tat uineam. & de fructu eius non percipit. U-
inea ergo est o ecta & habes agricolam dñm.
Nemo agricola homo. compluit uineam suam
fr̄s. Ergo uiscera dilectissimi ectae. pignere
ectae. filium matris caelestis. Audite cum tem-
pus est. minatus est dñs illi uineae. atrocissima
comminatione. Mandabo nubib; meis inquit
ne pluant super eam. & factum est. Uene-

runt apostoli ad iudeos. respuerunt eos
& dixerunt illis. Ad uos missi eramus. sed
quia repulistis uerbum dñi. imus ad gentes.
Uidetis quomodo in eodem spū dñi illo iubente
intrinsicus. qui habitat in cordib; suorum.
Mandatum sit nubib; dñi. Compluerent uinea.
Quaecum expectaretur ut faceret uuam fe-
cit spinas. Ideo & nuber fecit ascensum eius.
& caelum tetendit sicut pellem. Non est
quod queramini. auctoritas scripturarum
extenta est super orbem terrarum. Nubes
non desunt. praedicatur uerbum ueritatis.
& exponuntur omnia quae obscurasunt. ut cor-
da ur̄a per nubes ascendant. Videte quomo-
do recedatis. quid suscipiatis. Post praedica-
torem ueni & iudex. Post dispensatorem.
ueni & actor. Qui ponit nubes ascensu eius.
Qui ambulat sup pennas uentorum. Hoc
iam periculosum est accipere ad litteram.
Ut quae sunt pinnae uentorum. aut uero
quomodo in pictura facturi nobis sumus. uen-
tos uolantes & alas habentes. Ventos non ē
fr̄s. nisi quem sentimus. motus quidam &
quasi fluctus aeris impellens quod potest
pro uirib; Quae penne uentorum sed &
quae alaedi. Et tamen dictum est. sub um-
bra alarum tuarum sperabunt. Conemur
ergo & hoc accipere ad litteram uelut pro-
prie factum in creatura ista. Uelocitatem
uerbi fuisse commendat scriptura. De qua
uelocitate iam pridem in alio psalmo locuti
sumus. ubi scriptum est usq; in uelocitatem
currit sermo eius. Quia nihil uentis ueloci-
us. Norunt om̄ quomodo illa facilitas com-
mendabatur impelle. Nihil enim facilius
ab homine. quam pellis extenditur. Sic
& hic insinuans dñm. uel uerbum eius ubiq;
praesentem. Uelocitate motus nihil dese-
rere. Quia tu non noueras aliquid uento
uolotius. Ambulat inquit super pennas
uentorum. Idest uelocitas eius superat
uelocitatem uentorum. Ut per pennas uentorū

intellegas uelocitatem. Et uerbum dī intellegas uelocius omnibus uentis. Et sic in prima facie considerationis pulsemus ad aliquid interius. Et figurate aliquid nobis indicent istae litterae. Uentos quid intellegimus in figura non absurde animas. Non quia uentus est anima sed quia inuisibilis uentus. Quamuis res corporea corpora impellens tamen quia humana oculi aciem fugit. Est anima inuisibilis propter ea bene intellegimus animas uentos. Inde est quod & dī insufflante dicitur spm̄ uitae formato homini & factus est homo in animam uiuentem. Ergo uentus animae in allegoriae in absurde accipiuntur. Uide & autem neputatis nominata allegoria pan tonii malum quid maledixisse. Nam quaedam uerba quō uerbasunt & lingua procedunt. Communia nobis sunt & iam cum rebus ludicris & nononestis. Tamen locum suum habent ista uerba inecta & locum suum in scena. Non enim ego dixi quod apostolus non dixit. Cum de duob; filiis abrahamae diceret & quae sunt in allegoria. Allegoria dicitur cum aliud uidetur sonare in uerbis. & aliud intellectu significare. Quomodo agnus xpi. Numquid pecus leo xpi. Numquid per tiam p̄tra xpi. Numquid duritia montes xpi. Numquid tumor terrae. & sic multa aliud uidentur sonare. aliud significare. & uocatur allegoria. Nam qui putat medetheatro dixisse allegoriam. putet & dnm̄ de amphitheatro dixisse parabolam. Uide quid faciat ciuitas ubi abundant specula in agro securius loquere. Quid sit enim allegoria nonibi forte didicissent homines nisi in scripturis dī. Ergo quod dicimus allegoriam figura est. Sacramentum figuratum allegoria est. Quid hic accipimus ascendit super pennas uentorum Diximus bene accipi figurae uentos animas. Penne uentorum. pennae animarum

quae sunt nisi a quibus sursum accolluntur. Pennae uero animarum uirtutes bona opera rectae facta. Induab; alii habent omnes pennas. Omnia enim p̄cepta induob; p̄ceptis sunt. Quisquis dilexerit dnm̄ & proximum animam habet pennarum. Liberis alii scō amore uolantem addnm̄. Quicumq; implicatur amore carnali uiscum habet in pennas. Nam si animo non habet alas & pennas. unde ille gemens in tribulationib; dicit. Quis dabit mihi pennas sicut columbae. Et sequitur. Et uolabo & requiescam. Item alio loco. Quo abibo sp̄tuo. & quo a facie tua fugiam. Si ascendero in caelum ibies. si descendero in infernum ades. Si accepero pennas meas sicut columba & uolabo in extrema maris. Tamquam diceret. sic possum fugere a facie irae tuae si accepero pennas meas sicut columba & uolabo in extrema maris. In extrema maris uolare est spem iam pretendere in finem sc̄ti quomodo ille qui ait. Hoc laborem anteme donec introeam in sc̄uarium dī. & intellegam in nouissima. Et quomodo uenit in extrema maris & iam acceptas pennas. Et enim illuc inquit manus tua deducet me. & perducet me dextera tua. Nam & cum pennis meis casurum sum. misit me deducat. Ergo habet alas bonas & liberat. & nullo uis cooblocatas animae benae. operantes dī p̄cepta. Habentes caritatem de conscientia pura & fide non ficta. Sed quantum uis sint praedicate uirtutibus caritatis. quid ad illam dilectionem dī quia sunt dilectae & iam cum uisco essent implicatae. Maior ergo dilectio in nos dī quam nrā illum. Nrā dilectio pennae nrae sunt. sed ille ambulat & super pennas uentorum. Iam dicebat quibusdam apostolus. Flecto genua mea prouobis ad patrem. ut & uobis secundum interiorem hominem habitare xpm̄ per fidem

in cordibus vestris. ut in caritate radicati
 & fundati. Jam dat illis caritatem. dat
 illis alas & pennas. ut possitis inquit corp
 here. quae sit latitudo. altitudo. longitudo.
 & profundum. fortassis crucem dñi sig
 nificat. Erat enim latitudo in quo porrec
 tae sunt manus. longitudo a terra surgens.
 in qua erat corpus infixum. Altitudo ab illo
 diu exo ligno sursum quod eminē. Pro
 fundum ubi fixa erat crux. & ibi omnes sper
 uitaenrae. Latitudo est enim in bonis ope
 ribus. Longitudo in perseverando. usq; in
 finem. Altitudo propter sursum cor. ut
 omnes ab opera nra in quibus; perseue
 ramus usq; in finem. Habentes latitudi
 nem qui ab eo operamur. & longitudine
 qui a perseveramus. Non faciamus aliquid
 nisi spe caelestium praemiorum. Ipsa est
 enim altitudo non hic querere mercedem.
 sed sursum. Nedicatur nobis. amen dico
 uobis perceperunt mercedem suam.

Profundum autem ut dixi. ubi fixa erat pass
 crucis & non uidebatur. Inde resurgebat
 quae uidebantur. Quid est quod occultum
 est & non publicum in eia sacramentum
 baptismi. sacramentum eucharistiae.
 opera enim nra bona. uident & pagani.
 sacramenta uero occultantur illis. Sed
 ab his qui non uident surgunt illic quae
 uident. sicut a profundo crucis quod inter
 ra figitur. surgit tota crux. quae apparet
 & cernitur. Et quid postea cum hoc dix
 issit apostolus adiecit. Scire etiam super
 eminentem scientiam caritatis xpi. cum
 iam dictum fuisse & in caritate radicati
 & fundati. Amatis enim xpm & ideo in
 crucem operamini. Sed numquid amatis
 quantum uos ille amauit. amando aut
 quantum cum q; amatis. Uolatis ad eum
 ut cognoscatis quem admodum uos ipse a
 mauit. hoc est sciatis super eminentiam
 caritatis xpi. Amatis enim uos quantu

potestis & petatis quantum potestis.
 Sed ille ambulat & super pennas uentoru
 Quae ambulat super pennas uentorum.
 Qui facit angelos suos sp̄. & ministros suos
 ignem flagrantem. Et hoc quamuis non
 uideamus appetitionem angelorum. ab
 scondita est enim ab oculis nr̄is & est in
 quadam re publica magna imperatoris
 di. Tam esse angelos nouimus ex fide.
 Et multis apparuisse scriptum legimus
 & tenemus. Nec inde dubitare. fas nobis est.
 Sp̄ autem sunt angeli. Et cum sp̄ sunt.
 non sunt angeli. Cum mittuntur. fiunt
 angeli. Angelus enim officii nomen est.
 non naturae. Quae sit nomen huius natu
 rae. sp̄ test. Quae sit officium angelus est.
 Ex eo quod est. sp̄ est. Ex eo quod agit. ange
 lus est. Uide illud in homine. Nomen natu
 rae homo. Officii miles. Nomen naturae uir.
 Officii praeco. homo ergo fit praeco. Id est
 qui erat homo. fit praeco. Non qui erat p̄co.
 fit homo. Si ergo qui erat iam sp̄ con diti
 a creatore dō. facit eos angelos mittendo
 eos nuntiare. quod uiderit. Et ignem fla
 grantem. fecit ministros suos. Legimus ap
 paruisse ignem in rubo. Legimus & iam
 missum ignem de super. & implese quod
 praeceptum est. Ministrauit ergo cum
 implet & cum esset & in natura sua erat.
 cum egit quod iussu est. ministerium im
 pleuit. Sic secundum litteram in creatura.
 Quid est enim in eia figurate. quomodo ac
 cipimus. qui facit angelos suos sp̄ & mi
 nistros suos ignem flagrantem. Sp̄
 spiritalis dicit. Bene facit sp̄talis.
 angelos suos. Id est nuntios uerbis sui. Sp̄
 talis enim omnia iudicat. Ipse autem a
 nemine iudicatur. Uide sp̄talem fac
 tum angelum di. Non potui inquit loqui
 uobis quasi sp̄talis. sed quasi carna
 libus. Desp̄tali quadam effectione mis
 sus est ad carnaliter. tanquam angelus

de caelo ad terram. Quomodo dicit & mi-
nistror ignem flagrantem. nisi quomo-
do dicit spū feruenter. Si enim feru & spū
ignis ardens est omnes minister dī. Non
ne ardebat Stephanus. Quo igne ardebat
& quis ignis ille erat quando lapidabatur
rogabat. Cum audis ignis est minister dī
Incensurum illum putas incendat licet. sed
faenum tuum. Id est carnalia omnia desi-
deria tua. curat minister dī praedicans uer-
bum dī. Audi illum. Si enim & scisti & homo
quasi ministror xpī. & dispensatorem mi-
nistrorum dī. Quomodo autē ardebat cum
diceret. O nr̄m patet & ad uos. O corinthi.
cor nr̄m dilatatum est. Ardebat & flagra-
bat caritate. & abbat in eos ut incenderet.
Hunc ignem semissurum dñs in terra dicebat
cum ait. Ignem ueni mittere in terram.
Quomodo gladium sic ignem. Gladius diuidit
affectus carnalem ignis assumit. Totum
in uerbo dī intellego totum in spū dī cognos-
ce. Incipe per uerē caritate per uerbum
quod audis. & uide quid inter fecerit ignis.
§. minister dī. Qui facit angelos suos spī &
§. ministror ignem flagrantem. funda-
§. uit sup firmitatem eius non inclinabitur
§. in saeculum saeculi. De terra ista hoc acci-
pere. nescio utrum habeat ullum exitum.
Utrum recte dicatur. non inclinabitur in
seculum scđi. De qua dictum est caelum
& terra transiunt. Laboratur hic si ad
litteram quaeres accipere. Nam qđ ait.
fundauit eam terram super firmitatem
eius fortasse quaedam est firmitas
occulta nobis quae continet terra
& hoc dixit fundauit. Super quid super
firmitatem ipsius terrae quae mei suppo-
suit ut contineretur. Quae latet & fofte
oculos tuos. sint ista occulta in creatura.
Non abscuritate creaturae creator late-
bit quae possumus uideamus. Ex his quae
uidemus & lamemus. Conuestamus nos ad

querendum aliquid. hic in figurā positum.
firmavit terram intellego ecclesiam. Dñs
est terra & plenitudo eius. Intellego etiam
terram. Ipsa est terra sitiens. Ipsa est
quae dicit in psalmis. Una enim dicit ex om-
nibus. anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Sicut terra sine aqua tibi. Quid est sine
aqua sitiens. Sic fit anima mea ad te tan-
quam terra sine aqua. Nisi enim siciat
non recte irrigabitur. Anima ebriae
pluuia diluuium est. Satiat oportet. Be-
ati quiescunt & siciunt iustitiam. & dicit
anima mea tanquam terra sine aqua tibi.
Quae dicit tibi. Sicut anima mea in dñm ui-
uum. Terram ergo intellego ecclesiam.
Quae est firmitas eius super quam fundata est
nisi fundamentum eius. An incongruae in-
tellegimus firmitatem. super quam funda-
ta est terra fundamentum ubi constitu-
ta est ecclesia quod est illud fundamentū.
Fundamentum inquit nemo potest ponere
praeterquam quod positum est. quod est xps
ih̄s. Ibi ergo firmati sumus. merito quia ibi
firmati non inclinabitur in scđm saeculi. Nihil
enim firmitus isto firmamento. Infirmus tu
eras sed firmum firmamentum te portat.
Infirmus esse non poterat. firmus eris semp-
siabillo firmo fundamento non recedas.
Non inclinabitur in seculum saeculi. Ipsa est
praedestinata columna. & firmamentum
§. ueritatis. Abissus sicut uestimentum
§. amictus ipsius. super montes stabunt aquae.
§. Ab increpatione tua fugient auoce thomi-
§. truitui formidabunt. Ascendunt mon-
§. tes. & descendunt campi in locum quem fun-
§. dasti eis. Terminum posuisti quem non
§. transgredientur neq. conuestentur te-
§. gere terram. Qui emittit fontes in con-
§. uallibus. inter medium montium ptransi-
§. bunt aquae. Potabunt omnes bestiae agri.
§. suspiciant onagri insitam suam. Super
§. illos uolatilia caeli. inhabitabunt de medio

pectarum dabunt uocem suam. Rigant
 montes de superioribus suis. De fructu ope-
 rum tuorum satiabitur terra. Produ-
 cent foenum iumentis. & herbam serui-
 tuti hominum. Ut educas panem decer-
 ra & uinum laetificat cor hominis. Ut
 exhilaret faciem in oleo. & panis cor
 hominis confirmat. Satiabuntur ligna
 campi & cedri libani quas plantauit il-
 lic passeret nisi cabunt. Fulicae domus
 dux est eorum. Anim aduestatis exten-
 tum caelum. Uultis intellectu ascende-
 re. & ego uideo. Quam tamen altum sit.
 nō puto quod mecum consideret & caritas uera.
 Nam uideo multos uersus uolui pronuntia-
 re uellexat quam alta sint posita sacra-
 mentadi ne fastidiamur oblecta ne prump-
 ta uilescant. Ut semper quaesita & sicum
 difficultate cum maiore iocunditate inueni-
 untur. Inter cetera tamen fr̄s quae possunt
 accipi ad litteram. Numquid & hoc quod dic-
 tum est. illic passeret nidificabunt. fulicae
 domus dux est eorum. Numquid domus fu-
 licae dux est passerum. aut domus fulicae
 dux est caedrorum. & hoc enim ibi est. &
 cedri libani quas plantauit illic passeret
 nidificabunt. fulicae domus dux est eorū
 Et quidem latina locutione eorum caedrorū
 non possumus intellegere. Caedri enim fe-
 minini generis sunt. fulicae itaq; domus quo-
 modo est dux passerum. hoc enim in ista cre-
 atura quae occultis nr̄is adiacet intellegi.
 nullo pacto potest. fulicae enim aues esse
 marinas. uel stagnenses nouimus. Domus
 fulicae sit. nidus fulicae. Quomodo ergo do-
 mus fulicae. dux passerum. quare quaedam
 in rebus uisibilib; quasi absurda miscet sp̄s
 sc̄s. Nisi ut ex eo quod non possumus accipere
 ad litteram. cogitat nos ista sp̄italiter q̄
 quaerere. Ergo si ad caelum intellectu ut
 dixi ad extendam pellam uultis ascendere.
 & nubes fecit ascensionem eius. Nubes ista

quae uobis loquitur. inualida est hodie
 ad omnia ista exponenda. Date ueniam.
 & si non ur̄ae meae ceste infirmitati audi-
 tatem. quid est ur̄am tantam uideo. ut semp
 parati sitis audire. Sed duae res sunt quarū
 ratio non contēdenda est. & infirmitas cor-
 poris nr̄i. consideranda est. & ipsarum rerū
 quae exponuntur. Memoria interim quae
 audistis cogitate quae dixi. Quae mandu-
 castis. ruminatae. Sic enim eritis munda
 animalia & apta epulis dī; fructum autē
 ur̄m in operibus ur̄is. aduestate. Valde
 enim male digerit. qui bene audit. & non
 bene operatur. Quia dñs dñs noster non de-
 est pascere. Notum est omnib; quia de pa-
 ne quem accipimus. & quem erogamus red-
 dituri sumus rationem. Optime nouit
 caritas uera. Non enim tacet nobis pagina
 diuina. aut adulat nos dñs de isto loco quā
 liberissimus ad uos. Potestis auertere. Et
 si forte ego minus liber sum. quae omnis
 qui hoc in loco uobis locuntur siminus libe-
 ri sumus. ceste ipse sermodi. neminem timet.
 Hoc uobis non homines sed dñs praestitit ut
 per timidos liberum audiat; Excusati-
 onem in iudicio dī non habebitis. nisi uos in
 bonis operibus exercueritis. Et
 eorum quae auditis. tamquam pluuię
 fructum congruum dederitis. fructus nō b̄
 congruus opera bona. fructus congruus.
 sincera dilecta. Non solum fratris sed &
 inimici. Supplicem nullum spernas. Et cui
 dare non potes. quod petieris non eum sper-
 nas. Si potest dare. da. Si non potes effa-
 bilem te presta. Coronat dñs intus boni nō b̄;
 tatem. ubi non inuenit facultatem. Nemo
 dicat non habebam. Caritas non de acello
 erogatur. Quia quicquid dicimus & quic-
 quid diximus. & quicquid dicere potueri-
 mus uel nos uel post nos. uel qui ante nos
 finem non habent. nisi caritatem. Quia
 finis praecepti caritas est de corde puro

sp̄s quia stabat ih̄s & clamabat; Siquis si
 ut ueniat ad me. qui credit in me. flumi
 na aquae uiuae fluent de ventre eius;
 Unde probamus quia de sp̄u dictum est. Di
 cat ipse euangelista quid sequitur; et ait;
 hoc autem dicebat de sp̄u. quem accepturi
 erant. hi qui in eum fuerant credituri.
 Qui ambulat super pennas uentorum. id
 est super uires animarum; Quae est uir
 tus animae. ipsa caritas; Quomodo autē
 illē super illam. quia maior ē. caritas
 diuina. quam nostra in d̄m; Qui facit an
 gelos suos sp̄s & ministros suos ignem fla
 grantem. Id est eos qui sp̄s sunt. qui sp̄ita
 les. non carnales sunt. facit angelos suos mit
 tendo. ut praedicent. eius euangelium. Et
 ministros suos ignem flagrantem. Nisi
 enim ardeat minister praedicans. non ac
 cendit eum cui praedicat; fundauit terrā
 super firmamentum eius; firmauit etiam
 super firmamentum ecclesiae. Quod est fun
 damentum ecclesiae. nisi de quo dicit aposto
 lus. Fundamentum nemo potest ponere
 praeter quam quod positum est. quod est xp̄s
 ih̄s; Et ideo talis fundamentum suffulta. quid
 meruit audire. non inclinabitur in saeculū
 saeculi; firmauit terram sup̄ firmitatem
 eius. Id est firmauit etiam super firmamen
 tum xp̄m. Nutabit eccl̄a. si nutauerit fir
 mamentum. Sed unde nutabit xp̄s qui
 ante quā ueniret ad nos. & carnem suscipe
 re. Omnia p̄ ipsum facta sunt & sine ipso
 factum est nihil. quia omnia continent ma
 iestatem & nos bonitatem; Non nutauit xp̄s
 non inclinabitur in saeculum saeculi; Ubi
 sunt qui dicunt perisse de mundo ecclesiam.
 quando nec inclinari potest. sed unde coe
 p̄d̄ns asserere istam eccl̄am incipere osten
 dere. diffundere. Unde coepit homo. quid
 erat primo. quia firmauit terram super
 firmamentum eius. non inclinabitur in se
 culum saeculi. Abriissus sicut uestimentum.

amictus ipsius; Cuius numquid forte di.
 sed iam de amictu eius dixerat circum
 amictus lucem. uelut uestimentum.
 Audio d̄m luce uestium. & lux ipsa si uolumus
 nos sumus; Quid est si uolumus. si iam te
 nebre fuimus; Si ergo d̄ luce uestitus est.
 cuius rursus uestimentum est abriissus.
 Abriissus enim dicitur. inmensa aquarū copia.
 Omnis aqua. Omnis humida natura atq;
 substantia circum quaq; diffusa p̄ maria
 & flumina. & contra occulta. semel uno no
 mine. abriissus uocatur; Ergo terram in
 tellegimus de qua dixit. firmauit ter
 ram super firmitatem eius; Non inclina
 bitur in saeculum saeculi. De illa dictum
 credo; Abriissus sicut uestimentum amic
 tus ipsius; Terrae enim quasi uestimentū est.
 aqua circumdans eam. & contegens eam;
 Sed aliquando in diluuiō ita creuit uestis
 terrae. ut omnia omnino cooperiret & trans
 cenderet & altissimos montes. sicut scriptura
 testatur. cubitis ferme quindecim. fortas
 se ipsum tempus significauit iste psalmus
 cum diceret; Abriissus sicut uestimentum
 amictus ipsius; Super montes stabunt aquae.
 Id est uestimentum terrae quod est abriissus.
 ita creuit. ut & iam super montes aquae starent.
 Legimus hoc dixi factum in diluuiō; Inde lo
 quebatur propheta. Narrabit nobis pre
 terita. an prenuntiabat futura. sed si
 narraret preterita. non nobis diceret. Super
 montes stabunt aquae. sed super montes ste
 terunt aquae; Praeteritum enim tempus
 profuturo solet poni in scripturis. ita pre
 uidente sp̄u quae uentura sunt. quasi iam
 facta sunt. solemus legere; Inde est quod
 illud in illo psalmo nouimus omnes. ubi tā
 quam euangelium recitatur. foderunt
 manus meas & pedes. di numerauerunt om
 nia ossa mea. super uestimentum meum mi
 serunt sosem; Omnia quasi iam facta com
 memorantur. quae utiq; ad huc uentura.

cernebantur; sed quantum potest nra
diligentia. quantum au potest. tanta
occupatio. aut quando sic uacat ut possi
mus pro cetero dicere. ita est; Anim aduer
timus sepe proph&as. preterito tempore
uerbor& dicere quae uenturae sunt. figura au
futuri dicere preterita. non facile occurrit
legenti. Non audeo dicere non est. sed cepte
studiosis earum litterarum indixerim
quid querant. Si uenerint & ad nos attu
lerint gratulabimur. ad adolescentium stu
dium otiosorum. occupati senes. Et hęc eorum
ministerio & non aliquid discimus. Non eni
dedignamur. quando xpi de omnibus docet;
Ergo hoc dixit. Super montes stabunt aquae.
proph&as curant futura praedicere. non nar
rare praeterita. Propter ea dixit. Quia
ecclesiam futuram in diluuiio persecutionum
uolebat intellegi; fuit enim tempus aliquan
do quo terram di. & ecclesiam di cooperuerant
aquae persequentium. Et ita cooperuerant
ut non apparerent nec ipsi magni. qui sunt
montes. Quando enim ubiq; fugiebant.
quomodo non minus apperebant. & forte
de illis aquis est uox illa; Saluum me fac di.
quo intrauerunt aquae usq; ad animam meam.
Maxime aquae quae mare faciunt. pro cello
se infructuosae. Non enim quam cumq;
terram cooperuerit aqua marina. fun
dauit eam potius. quam ad sterilitatem
perducet. Erant enim & montes sub aquis
qui a super montes aquae. Populi resis
tentes superauerant auctoritatem om
nium. ubiq; fortiter euangelizantium uer
bum di. Qui operuerant illos aquae & sup
illos stabunt aquae. Dicebant praeme.
praeme & premebant. Extinguae non ap
pareant. Dicebant ista & prauealebant
super mares res & fugiebant ubiq; xpiani
& fuga quadam occultabantur apostoli;
Unde fuga occultabantur apostoli. quia
super montes stabunt aquae. Erat potes

tas aquarum magna. sed quam diu. audi qd
sequitur. Ab increpatione tua fugient;
Et hoc factum est frs. Ab increpatione di
fugerunt aquae. hoc est a pressura montium
recesserunt. Tam montes ipsi. extant.
Petrus. Paulus. quomodo eminent; Qui
ante persecutoribus praemebantur. Nunc
ab imperatoribus uenerantur. fugerunt
enim aquae ab increpatione di. quia cor
regum in manu dñi. deflexit quouoluit.
Iussit per eos pacem dari xpianis. Emicuit
& eminuit auctoritas apostolica. Numquid
& quando supra erant aquae montium.
defecerat magnitudo? Sed tamen fratres mei
ut omnes uiderent eminentiam montium.
per quos montes salus est & generi humano.
Quia leuaui oculos meos in montes unde ueni
& auxilium mihi. Ab increpatione dñi fuge
runt aquae. Auocet non truitui formida
bunt; Jam quis non terreatur. uocet dñi per
apostolos. uocet di per scripturas per nubes
eius; Conquieuit mare. formidauerunt
aquae. nudati sunt montes. iussit imperator
Sed quid iussit & nisi di tonuisset & quia uolu
it di. illi iusserunt & factum est; Ergo nul
lus sibi hominum arrogat aliquid. formida
uerunt aquae. sed a uoce thonitru tui.
Nam ecce cum uoluit di. fugerunt aquae. ne
premerent montes. Antequam id fieret.
& sub aquis firmi erant montes. Ascen
dunt montes. & descendunt campi in lo
cum quem fundasti eis. Adhuc de aquis
loquitur. Non hic montes accipiamus
quasi terrenos. neq; campos quasi terrenos.
Sed fluctus tam magnus. ut montibus com
parentur; fluctuauit aliquando mare.
& fluctus eius tamquam montes fuerunt.
Qui montes illos apostolos operirent. Sed
quam diu ascendunt montes. & descendunt
campi. seruiuerunt. placati sunt. Cum se
uiebant. montes erant. Cum placati sunt.
campi facti sunt. fundauit enim eis locum.

Est quidam mētus. quasi profundus locus. quod recepta sunt quodammodo. omnia se uentia corda mortalium. quam multo modo. & sal si & amar sunt. & tamen quidam. Quam multi quid dulcescere nolunt. Quid est quod dulcescere nolunt. qui in xpm credere adhuc nolunt. Et quāuis multati sunt. qui nondum crediderunt. Quid faciunt ecclesie. montes erant aliquando. modo campisunt. Tamen fr̄ mei. & malicia mare est. Quare enim non se uiuunt modo. quare non insaniunt. quare non dant opera. si non possunt auertere terram. Certe conterege. Quare n̄ audi. Terminum posuisti quem non transgredientur. neq̄ reuertentur tegere terram. Quid ergo. quia iam fluctus amarissimi modum acceperunt. ut liceat nobis talia & uoluntate predicare. quia terminum acceperunt debitum. qui transgredi non possunt inpositum finem. Neque reuertentur tegere terram. Quid sit in ipsa terra. que operatione sibi fiunt. quā iam mare nauauit. & si ad eius tenuora fluctus p̄strepunt. & si adhuc murmurant pagani. sonitū litorū. aucho. diluuium non perhorresco. Quid ergo. quid sit in terra. qui emittit fontes in conuallibus. Emitte inquit fontes in conuallibus. Conualles nostis quid sint. depressa loca terrarum. Nam collibus & montibus. contra ria figura opponitur. ualles. uel colles. ^{conualles} inquit pertransibunt aquae. Colles & montes. ^{conualles} timores terrarum sunt. Valle autē uel colles. humilitates terrarū. Noli contemnere humilitates. in defluunt fontes. Emitte fontes in conuallibus. Audi montem. Dicit apostolus. plus omnibus illis laboraui. Magnitudo quaedam commendatur. Statim tamen ut fluant aquae. Conuallem se fecit. Non ego autem. sed gratia dei mecum. Non repugnat ut quis sint

montes. sint & colles. Sicut enim montes dicuntur propter spiritalem magnitudinem. Ita & conualles propter sui sp̄s humilitatem. Non ego inquit. sed gratia dei mecum. Non ego. conuallise. Gratia dei fontis est. Qui emittit fontes in conuallibus. De sp̄. dicebatur. Quo modo commemorauit. si quis sit ueniat ad me. Qui credit in me flumina aquae uiuae fluunt de ventre eius. hoc autē dicebat in quem accepturi erant. hi qui in eum fuerant credituri. Videamus si conualles sunt. ut emittantur fontes in conuallibus. Audi prophetam. super quem requiescit sp̄s meus. super humilem & quietum. Quid est super quietam requiescit sp̄s meus. super humilem & quietum. Quis habebit fontem meum. Conuallis. Inter medium montium pertransibunt aquae. Hocusque alectore pronuntiatus est psalmus. hoc usq̄ ueteris caritatis sufficiat. hoc dicemus. & in nomine dei sermonem terminabimus. Quid est inter medium montium pertransibunt aquae. Audiuimus montes qui sunt. Magni praedicatores. sublimes angeli dei. quam uis adhuc in carne mortali. Excelsi. non sua uirtute. sed illius gratia. Quantum autem ad ipsos attinet. conualles sunt. humiliter emittunt fontes. Et inter medium montium pertransibunt aquae. Putemus hoc ita dictum inter medium apostolorum. pertransibunt praedicationes uerbi ueritatis. Quid est inter medium apostolorum. quod medium dicitur commune est. Res communis unde. Omnes aequaliter uiuunt. Media est nec ad te. nec ad me. Sed necate. peccate. propterea loquimur. Et sic de aliis quibus hominibus. habent inter se pacem. habent inter se fidem. habent inter se

caritatem sic certe dicimus. Quid est in
ter se. In medio sui. Quid est in medio sui.
Communis est illis. Audi aquas inter me
dium montium. Quia communis illis fi
des erat. Nec quisque aquas quasi propri
as et suas habebat. Si enim non sunt in
medio. quasi priuatae sunt. Non publice
fluunt. Ego habeo meam. Cille habet
suam. Non est in medio quod ego & ip
se habeat. sed et talis est non pacifica prae
dicatio. At uero inter medium montium
fluunt aquae. audi uocem montis. **D**
inquit pacis de uobis id ipsum sapere in in
uicem. Iterum. ut ipsum sapiatis omnes.
& non sint in uobis scismata. Quod sentio
sentis. In medio pluit aqua. Non habeo
quasi priuatum meum. Nec tu priuatum
tuum. Veritas. Nec mea sit propria. Nec
tua. Ut & tua sit & mea. Inter medium
montium pertransibunt aquae. Audi ipsi
montem ut dixi. quia inter medium mon
tium pertransibunt aquae. Siue autem
ego. siue illi. sic praedicamus. Et sic credi
ditis. Inter medium enim montium flu
ebant aquae. Nulla de aquis discordia
montium. sed pax consensionis. & socie
tas caritatis. Si quis autem uellet aliud
praedicare. iam de suo praedicaret non
de medio. Et audi quid de illo dicatur ab ip
so. qui emisit fontes in conuallibus. Qui
loquitur mendacium. de suo loquitur.
Itaque ne acciperetur aliquis mons. Non de
medio sed de suo manans ait apostolus. quis
quis uobis euangelizauerit praeter quam
quod accepistis. anathema sit. Et uide que
admodum noluerit de monte praesumi.
Ne forte mons discedat ab aquis per medi
um currentibus. Et aliquid proprium ue
lit influere. licet sinus. Et quantus mons
dixit hoc. quam uberrimae aqua flue
bat de conualle eius. Tamen hoc uolebat
ut medio sint. Et montes curreret Et

ibi esset fides certa populorum. Quod in
se medium atque commune. apostoli retine
bant. Licet sinus inquit. & tu paulus poter
aliquid aliter praedicare. de paulo questio.
Audi quod sequitur. licet sinus. aut ange
lus de caelo. annunciauerit uobis. praeter
quam quod accepistis anathema sit. Siue
niam mons aliud euangelizans. anatheme
tur. Si ueniat angelus. aliud euangeli
zans. anathemetur. Unde hoc. quia de pri
uato uult fluere. non de medio. Et hoc for
te homo carnali nebula praepeditus. Et
a fonte communi ad propriam suam falsi
tatem. redactus possit hoc facere. Num
quid et angelus. Uere numquam. Et angelus.
Si angelus de proprio fluens. In paradiso
non esset aditus. non praecipitarentur
in mortem. Media aqua posita erat ho
minibus. praeeptum dei. aqua media.
aqua quodam modo. publica. sine frau
de. sine labe. sine caeno fluebat. Si
ipsa aqua semper biberetur. semper ui
ueretur. Uenit angelus lapsus de caelo
factus serpens. quia in sidio se iam uenena
spargere cupiebat. Emisit uenenum
de proprio. Locutus est de suo. Quia qui
loquitur mendacium. de suo loquitur. Et
miseri audiendo dimiserunt quod commune
erat unde beati erant. Et ad suum propri
um redacti. Cum uolunt per uerse esse simi
les deo. hoc enim eis dixerat. gustate & veri
tis sicut di. Appetentes quod non erant.
quod acceperant amiserunt. Ergo fr
ad hoc ualeat quod diximus caritati uiae.
propter fontes ut fluant de uobis. Conual
les estote. & cum omnibus conferet quod
de deo habetis. Inter medium fluant aquae
nulli inuideatis. bibite saturamini. mana
te saturate. Ubique communis aqua
de deo habeat gloriam. Non hominum priuata
mendacia. **EXPLICIT TRACT. II. DE HODISAT.**
INCIPIT. III. TRACT. HUIUSDEM PSALMI

Reliquarum partium psalmi huius per
 tractandarum. debitores nos esse memi-
 nit caritas ur̄a; Non ergo opus est ut in-
 tentionem uestram. aliquo praemio moueā;
 Uideo enim uos ad intellegenda sacramenta
 prophetica omnia lacritate suspensos.
 Nec opus est ut intentos faciat sermo meus
 quos iam fecit sp̄s d̄i; hoc potius agamus quod
 ur̄guet de fontibus. Emissis in conuallibus
 Et de aquis inter medium montium per tran-
 seuntibus. Iam dictum est. sed hoc usque
 dictum; hinc deinceps ordinemur; Sequit̄
 enim; potabunt omnes bestiae siluae. Quid
 potabunt? aquas per transeuntes inter medi-
 um montium; Quid potabunt? fontes emissos
 in conuallibus. Et quae potabunt? bestiae sil-
 uae. Uidemus quidem hoc etiam in ista
 creatura. bestiae siluae bibere de montib;
 Et de uis inter montes currentibus;
 Sed iam quod d̄o placuit. talibus rerum fi-
 guris abscondere sapientiam suam. Non
 auferre studiosis. sed cludere neglegen-
 tibus. aperire pulsantibus; placuit etiā
 ipsi d̄o noscero. ad hoc hortari uos per nos.
 ut in his omnibus. quae uelut de corporali
 Et de uisibili creatura dicuntur; Quae ra-
 mus aliquid spiritualiter absconditum.
 quod in uento gaudeamus. bestias siluae
 gentes intellegimus. Et multis hoc locis
 scriptura testatur; Sed tamen euiden-
 tissima duo maxime occurrunt docu-
 menta; quod in arca noe. quam nemo
 noscitur dubitat ecclesiam esse praefi-
 guratam. Non includerentur omnia ge-
 nera animalium. nisi in illa unitate con-
 paginis Omnes gentes significarentur;
 Ni forte putamus si omnia talia paeni-
 tus. diluuiio delerentur de futura fuis-
 se d̄o potestatem iubendi. ut terra pro-
 duceret. sicut primo uerbo eius produ-
 xerat; Non ergo frustra. non temere.
 Non aliqua indigentia d̄i uel inopia po-

testatis iussa sunt animalia illa in arca inclu-
 di; Nam postea quam uenit tempus. iam
 enim debemus Et alterum euidentiissimū
 adiungere testimonium. Cum ergo uenit
 tempus ut illud quod in arca erat praefi-
 guratum. iam in ecclesia compleretur.
 petrus apostolus dubitans dare sacramen-
 tum euangelicum gentibus in circumsis-
 imo non dubitans. sed omnino dandū esse
 non putans; Quodam die esuriens cum pran-
 dere uellet. ascendit ut oraret. hoc in ac-
 tibus apostolorum omnibus bene legentibus;
 Et bene audientibus notum est; Illo igitur
 orante. facta est illi mentis alienatio.
 Quam graece extasin dicunt. Ideo est auer-
 sa est mens eius a consuetudine corporali
 ad uisum quendam contemplandum.
 alienata a presentibus. Tunc uidit uas
 quoddam uelut linteum. quattuor linte-
 is subiecti de caelo. Ibi erant omnia ani-
 malia omnis generis bestiae. Et sonuit
 ei uox. petre macta & manduca. ille
 autem qui in lege fuerat eruditus. Et
 in consuetudine iudaica creuerat. prae-
 ceptumq; per moyses d̄i famulum reti-
 nebat. Totaque uita sua fideliter custo-
 dierat. respondit. Absit a me d̄ne. Num
 quam commune intrauit in os meum; Cō-
 mune autē immundū dici a iudeis. Et ale-
 ge. bene nouerunt qui ecclesiasticas lit-
 teras didicerunt; Et uox ad illum. Quod
 d̄s mundauit. tu in munda ne dixeris.
 hoc autē factū est ter. Et ablatus est il-
 le discus qui demonstrabatur. ter. De cae-
 lo submissus discus. qui quattuor lineis
 continebatur. orbis terrarum erat in
 quattuor partibus. has quattuor partes
 scriptura commemorat. Orientem & oc-
 cidentem. a quilonem & meridiem. Ideo
 quatuor orbis per euangelium uocabat.
 quattuor euangelia conscripta sunt;
 Ter autem summis sum de caelo uas. Hoc

significat. quia dictum est apostolis. Ite
baptizate gentes. In nomine patris & filii
Et spiritus sancti: Inde colligitur sicut iam notatis
duodenarius etiam numerus discipulorum.
Non enim frustra duodecim habere uoluit.
Et ita numerus ille sacratus est. ut in locum
unius qui ceciderat. Non posset nisi alter
ordinari; Quia enim sunt quattuor or-
bis partes. & totus orbis in euangelio uoca-
batur. unde quattuor euangelia cons-
cripta sunt. & totus orbis in nomine tri-
nitatis uocatur. ut congregetur in ec-
clesia. Quattuor ter ducta. duodecim
fiunt. Ergo non miremur si de illis
aquis inter medium montium per transeun-
tes. In illa doctrina apostolica. flu-
ente in medio. propter concordiam com-
munionis. Omnes bestiae siluae bibunt;
Omnes enim erant in arca. omnes in dis-
co. omnes mactat. & manducat petrus.
Quia petrus petra. petra ecclesia. Quid
enim mactare & manducare. Occidere
in eis quoderant. & in sua uiscera assume-
re; Dissuasisti pagano sacrilegia. Oc-
cidisti quoderant. dato sacramento christi
In corporasti ecclesia manducasti; Ipse er-
go bestiae potant istas aquas per transeun-
tes. Tamen non manentes. sed per transeun-
tes; Omnis ergo doctrina quae isto
tempore dispensatur. transit. Inde dicit
apostolus. & scientia destruetur; Et pro-
pheta euacuabitur. Quare euacuabun-
tur ista. Ex parte enim scimus. & ex par-
te prophetamus. Cum autem uenerit
quod perfectum est. quod ex parte est
euacuabitur; Nisi forte putat caritas
uestra quia in illa ciuitate cui dicitur
con lauda hierusalem dominum. Lauda domi-
num tuum sion. Quoniam confirmauit uectes
portarum tuarum. iam confirmatis uec-
tibus & clausa ciuitate. Unde. ut iam pri-
dem diximus. nemo exit amicus. Et quo nemo

intrat inimicus; quod codex de nobis legen-
dus est. aut tractandus sermo. quem ad mo-
dum uobis modo tractatur. Ideo modo trac-
tatur. ut ibi teneatur. Ideo modo per sil-
labas diuiditur. ut ibi totus atque integer
contempletur; Non tibi de erit uerbum di-
sectamen non per litteras. Non per sonos.
Non per codices. non per lectorem. non per
tractatorem; Quomodo ergo in principio
erat uerbum. Et uerbum erat apud deum.
Et deus erat uerbum; Non enim sic ad nos ue-
nit. ut inde discederet. quia in hoc mundo
erat. Et mundus per ipsum factus est.
Tale uerbum contemplaturi sumus. appa-
rebit de deorum in sion. Sed hoc quando
post peregrinationem finita uita. Si tamen
possit finita uiam. non iudicetrademur
ut iudex mittat in carcerem. Sed si finita
uia sicut speramus & optamus. Et stude-
mus ad patriam uenerimus. ibi contem-
plabimur quod semper laudabimus;
Nec illud deficiet quod nobis presto est. pe-
nos qui fruemur. Nec fastidiet qui mandu-
cabit. Nec deficiet quod manducabit. mag-
na illa & mira contemplatio erit; Et quis
de illa digne dicet isto tempore. Cum in
montes fluunt aquae. Interim ergo fluunt
aquae inter montes & per transeunt. Cui
transeunt aquae. bibitur in peregrinati-
one. Ne sit in uia deficiamus; potabunt om-
nes bestiae siluae. Inde uenistis. De silua
collecti estis. Et qualis silua. Nullus homi-
num ibi pertransibat. quia nullus prophe-
ta illuc missus erat. sed ad arcam conser-
endam conscisa sunt ligna de siluis. Inde
ligna. inde bestiae. Inde uenistis. Ergo
bibite. potabunt omnes bestiae siluae.
Suscipiunt onagri in strum suam. Onagros
magnas quasdam bestias dicit; Qui enim
nesciat onagros dici agrestes a sinos. mag-
nos ergo quosdam dicit. in domicos. Nul-
lumenim habebant gentes iugum legis;

Uuebant multo gentes moribus suis. super
 ba iactantia uagantes. tamquam in deser-
 to. Et omnes quidem bestiae ita; sed ona-
 gri positi sunt ad significationem magnitu-
 dinis. potabunt & ipsi in sitam suam. flu-
 unt enim ille aquae. In debibit lepus. Inde
 onager. Lepus paruus. & onager mag-
 nus. Lepus timidus & onager ferus.
 uterque inde bibit; Sed quisque in sitam
 suam. Non dicit aqua lepori sufficio. Et
 repellit onagram. Neque hoc dicit. ona-
 gri accedat. Lepus si accesserit rapiet;
 Tam fideliter & temperate fluit. ut si ona-
 gram satiet. ne leporem terreat; Sonat
 strepitus uocis tullianae. Cicero legitur.
 aliquis liber est dialogus eius. siue ipsi
 us siue platonis. Siue cuiusque talium
 Audiant imperiti. infirmi. minoris cordis
 Quis aude illuc aspirare. strepitus aquae
 Et forte turbatae. Certe tamen tam ra-
 paciter fluentis. Ut animal timidum non
 audeat accedere. Et bibere; Cui sonat.
 In principio fecit deus caelum & terram. Et
 non ausus est bibere. Cui sonat psalmus
 et dicat. multum est ad me. Et ecce mo-
 do quod sonat psalmus. Certe occulta
 sunt misteria. Tamen ita sonat. Ut et
 pueros audire delectet. & imperiti acce-
 dant ad bibendum. Et satia ructent in
 psallendo; Bibunt ergo minores bestiae
 Et maiores. Sed capacius maiores. quia
 suscipiunt onagri in sitam suam; Bibat mi-
 nor quod dictum est. Uiri dilige uxores ues-
 tras. sicut et xpi dilexit ecclesiam. Mu-
 lieres uires suis subdite sint; Bibant minores.
 dictum est auctore. Licet dimittere uxorem
 omni causa. prohibuit dominus & dixit non lice-
 re. Non scitis inquit. qui ad se ab initio mas-
 culum & feminam fecit. quod deus coniunxit.
 homo non separat. Deinde addidit. quid
 miserit uxorem suam. excepta causa fornicati-
 onis. facit ea mechari. & si aliam duxerit

mechatur. Confirmavit. compede hoc.
 expedit conligato. prius agere ne ligatur.
 Aligatur uxori ne quiescat solutione. So-
 lutus est ab uxore. ne quiescat uxore. Sed
 non est onager. & solutus ab uxore. habet
 ibi quod & lepus bibat. Et si accipere uxorem
 non peccasti. Discipuli autem uiderent
 dictum a domino. non licere ullomodo proter-
 causam fornicationis disungi coniugia. si
 talis est inquit causa cum uxore non expe-
 dit ducere. Et dominus. Non omnes capiunt
 uerbum hoc. Nam uerum dicitur. quia si
 talis est causa cum uxore. non expedit
 ducere; Sed numquid soli onagri bibitu-
 risunt. non omnes capiunt uerbum hoc.

Mulan non capiunt. & quis quicapiunt. sus-
 cipiunt onagri in sitam suam. Quid est suscipi-
 ent onagri in sitam suam. qui potest capere
 capiat. De inde sequitur. in confectione
 sua psalmus. Super illos uolatilia caeli inhabi-
 tabunt. Super quos. super onagros. an potius
 super montes. illic enim sensus iste dirigitur.
 Inter medium montium pertransibunt aquae.
 potabunt omnes bestiae siluarum. suscipiunt
 onagri in sitam suam. Super illos uolatilia caeli
 inhabitabunt. Congruentius intellegi-
 mus. super montes. Quia hoc est. etiam
 huic simile creature. Super montes possunt
 habitare uolatilia. Super onagros non.
 Hoc intellegere mus sine necessitate cogeret. super
 montes uolatilia caeli inhabitabunt. U-
 demus aues istas habitare super montes. Sed
 multe earum habitant in campis. multe
 in conuallibus. multe in nemoribus. multe
 in hortis non omnes super montes. Sunt que-
 dam uolatilia. quae habitant nisi super
 montes. Spiritales quasdam animas signi-
 ficat hoc nomen. Uolatilia spiritalia cor-
 da sunt. aere libero perfruuntur. Gau-
 dent serenitate caeli aues istae. sed tamen
 pastus earum in montibus; illic inhabitabunt.
 Nostis montes. iam tractatis sunt montes

prophete. montes apostoli. montes omnes
predicatore ueritatis. Quicumq; uult eo
spitalis. ibi inhabitet. non in corde suo ober
re uolando. Habemus aues significantes
aliquid spitalis. Non frustra dictum est re
nouabitur iuuentus tua sicut aquile.
Non frustra dictum est de abraham. aues au
non diuisit abraham. In illo sacrificio satis
mistico accepit tria animalia. arietem tri
mum. uaccam trimam. capram trimam. & tur
turem & columbam. Diuisus est aries. & ad
uersus inuicem partes constituta. Diuisa
capra nihilominus aduersus partes consti
tuta. Diuisa uacca. sic & de ipsius carne
factum est. Et subicit scriptura. aues autem
non diuisit. Deinde dicitur. trimas aries.
trimas uacca. trimas capra. de uinum ad
te taceat. Unde ergo uos. nisi quia sig
nificanter in auib; quidam spitalis quoru
adces temporalis. ppter ea taceat. quia &
na meditantur & transgrediuntur desi
derio. & intellectu. omnia temporalia. Spi
tales uiri. quide omnib; iudicant. & ane
ne iudicantur. Itaque ipsi soli non diuidun
tur in aeres & scismata. In arie & intel
leguntur pposita. ducunt enim greges. In uac
ca intellegitur plebs iudeoru. habuit enim
iugum legis. sub quo laborabat. In capra
intellegit aecta de gentib;. quib; clamem
liberis salab; insultabat. & amor opasce
batur oleastro. Trima sunt dicta haec
animalia. quia tertio tempore gratia re
uelatae. Nam primu fuit ante lege. se
cundu ex quo lex datae. Tertium quod nunc
est. ex quo regnum celoru predicatur.
Quid ergo dicimus. quod aries non diuidat.
Nonne episcopi fuerunt auctores scismatu
& heresu. Porro si plebs ipse non diuide
rentur. id est si uacca non diuideretur.
sic capra non diuideretur. erubuissent for
tasse ille. in diuisionib; suis. & ad conpage
reme assent. Diuiduntur duces. diui

duntur & plebes. ut ceptus cecus sequitur.
& simul in foueam cadit. ponuntur aduer
sus inuicem. aues autem non diuisit. Spitalis
autem non habent diuisiones. Non cogitant
scismata. pax est in eis. custodiunt ea in de
ris quantum possunt. Ubi malis deficiunt. in
se tenent. Si erit. bis filius pacis inquit. re
quisit super eum pax ura. si quominus. ad uos
reuertetur. Non est filius pacis. diuisi uolu
it. reuertetur ad te pax tua. quia aues non
diuisit. Ueni & caminus. Nam confedit
tibi ab abraham. usque ad uesperam. & ue
nit terror magnus diei iudicii. Uespera
enim illa finis seculi. & caminus ille ueniens
diei iudicii. Diuisit inter media illa. que
diuiserant & iam caminus. Sunt inter media
transit caminus. alia in dextera. alia in si
nistram seperauit. Sunt ergo quidam
carnales. & tamen ecte gremio continentur
uiuentes secundum quendam modum suum.
Quib; tamen ne seducantur ab hereticis.
Quoniam diu enim carnales sunt diuisibiles sunt.
aues quippe non diuisit. Carnales diuidun
tur. Non potui loqui uob; quasi spitalib;. sed
quasi carnalib;. Et quomodo probatur qui
a carnales diuiduntur. adtingit. Cum enim
dicit unusquisq; uirum. ego sum pauli. ego
autem apollo. ego uero cephe. Nonne car
nales estis. & secundum hominem ambula
tis. Rogo uos fratres audite & proficite. excau
te uos de loco carnali. pgrate in uirtutem
& columbam. aues autem non diuisit. Sed
quicumq; tales p manserit. & secundum
quendam modum uitae aptum carnalib;. & de
gremio aecte non recesserit & non fuerit
seductus ab hereticis ut ex contraria parte
diuidatur. Ueni & caminus & ad dextera
ponitur. Sine camino non poterit. sed ca
minum patinon uult pgrate in uirtutem &
columbam. Qui potest capere capiat.
Si autem non sic erit. & edificauerit super fun
damentum lignum faenum stipulam id est

amatores seculares fundamento fidei suae sup
aedificauerit. Tamen si in fundamento sit xps
ut primum locum ipse habeat in corde & in omni
nonihil anteponatur portantur & tales to
lerantur & tales. Ueni & caminus incendit
ligna sonu stipula. Ipse autem inquit saluus
erit sicut ament quasi pignem. Hoc agere caminus.
Alios in sinistram separauit alios in dextram quo
dammodo eliquabit. Aues autem non diuisit.
Sed aues uideant. si aues tales sunt quae super
montes illos inhabitent. non debent sequi alti
tudinem cordis sui. De qualib; dicitur. posue
runt in celum ossium ne uenas tollantur. in
montibus requiescant. habent auctoritatem
secorum. requiescant in montibus. in apostolis
in prophetis. Illic inhabitent tales aues quia in
montibus petras inueniunt. firmamenta quae
de non preceptorum. Sicut enim una illa petra
xps uerbum dei. sic multa uerba multi petras.
Et iste petras in montibus. uide aues ibi habitantes
sup illos uolantia caeli inhabitabunt. sed noli
putare quia ista uolantia caeli. auctoritatem
sua secuntur. Uide quid dicat psalmus.
De medio petrarum dabunt uocem suam. Mo
do dicam uobis credite. Hoc enim dixit cicero.
hoc dixit plato. hoc dixit phitagoras. Quis uirum
non mirabit me. ero enim auis que non de pe
tra mitto uocem meam. Quid mihi unus quisq;
uirum debet dicere. quod debet dicere ille.
quis si instructus est. si quis uobis euangeliza
uerit propter qua quod accepistis anathema
sit. Quid mihi dicis de platone. & de cicero
ne. & de uirgilio. habes ante te petras monti
um. de medio petrarum mihi da uocem tuam.
De medio petrarum dabunt uocem suam. Audi
antur quia a petra audiuntur. Audiuntur
quia & illis multos petras. petra auditur. pe
tra enim erat xps. Audiuntur ergo libenter
dantes de medio petrarum uocem suam. Nihil
suauius tali uoce. Aliter ille sonant. & petra
resonant. Sonant ille. disputant spiritales.
Resonant petrae. testimonia respondent scrip

ture. Ecce inde uolantia de medio petrarum
dant uocem suam. habitant enim in montibus.
ipsi montes. & ille petra unde habent uocem.
Ut enim regamur scripturis. confugimus ad aposto
lum paulum. Ille unde unde habet. confugim
ad suam. Ihuas unde. audi unde. Rigant
montes de superioribus suis. Modos iadnos ue
nerit gentilis homo. in circueisus creditur us
xpo. clamare baptismum. ne creuocamus ad illa
opera legis. Et si nos iudeus quare ita faciamus.
sonamus de petra. Dicimus hoc fecit paulus.
hoc fecit petrus. de medio petrarum. dant uocem
suam. Illa autem petra ipse petrus. mons magnus.
quando orabat. & illum uisum uidebat. de su
periobus rigabatur. Paulus apostolus dicit
gentibus. Sicut cum clamini xps uobis nihil
perderit. Dicit hoc paulus tamquam mons.
Inde nos dicimus. sonantes de petra. Rigant
ipsam petra de superioribus suis. Nam cum ad
huc ista petra eest in infidelitate aspera. uolens
eam rigare de superioribus suis. ut fluere & aqua
in conualle. clamauit. saule saule quid me
persequeris. Nonne legit prophetam. ne legit
alterum apostolum. Oia enim contemne
re & mons magnus. Rigauit illum de superioribus
suis. Et statim rigatus. & manare uolens. dno
ait. quid me iubes facere. Accipe illum mon
tem uel petram. unde possis da re uocem tua.
Accipe illum. & uide rigari de superioribus. &
effluere in inferioribus. Audi hoc & in uno loco.
Sive in quid mente excessimus deo. siue tempe
rantesimus uobis. Quod ait mente excessi
mus. uos capere non potestis. Excessimus
enim oia ista carnalia. uos adhuc carnales estis.
Do ergo mente excessimus. Et quod uide mus cu
mente excedimus. effari non possumus. Ibi enim
audiuit ineffabilia uerba. que non licet ho
mini loqui. Quid ergo inquit illicarnales.
illilepores. nos non rigabimur. ad nos nihil
peruenit. Et quomodo mittet fontes in con
uallib;. & quomodo in medio montium petras
sibunt aquae. Ad hoc enim petrae. siue tem

petantes sumus uobis. Unde hoc quod imita-
mur. caritas inquit xpi compellit nos. In
particeps uerbi & si hoc spitalis heri carnalis.
Ad carnales dedigneris descendere. cum ipsum
uerbum caro factum sit. & habitet & in nobis.
Benedicamus ergo dnm. & laudemus eum qui
rigat montes de superioribus suis. Inde ueni-
& irrigatio in terra. inde & humilia faciuntur.
Sequitur enim. De fructu operum tuorum
faciabitur terra. Quid est de fructu ope-
rum tuorum. Nemo gloriatur in operibus
suis. sed qui gloriatur in dno gloriatur.
Gratia tua faciatur. cum faciatur. Non du-
cat meritis suis. data gratia fuisse. Si gra-
tia dicitur. gratis datur. Si operibus. redde-
tur. merces redditur. Gratia ergo accipe.
quia impios iustificaris. De fructu operum tuorum
faciabitur terra. Producent fenum
umentis & herbam seruituti hominum.
Uerum est. uideo. agnosco. creaturam. Pro-
ducit terra fenum uumentis. & herbam ser-
uituti hominum. Sed uideo & alia uumenta
di. que significantur cum dicitur. Boui.
trituran. os non infrenabis. Dicit enim ip-
sum uumentum. Numquid debuius p. me & ad-
dm. ppter nos ergo scriptura dicit. Quo-
modo ergo producit terra fenum uumen-
tis. quia dms constituit ut que euangelium
annuntiant. de euangelio uiuant. Misit
predicatos & ait illis. Oia que ab ipsis
apponuntur uobis manducate. Dignus e-
nim operarius mercede sua. Cum enim
dixisset. que apponuntur uobis manducate.
ne illi dicerent in phierimus. ad mensas ali-
enas. indigebimus. uis nos esse frontosos. non
inquit. Non est illa donatio eorum sed
ura merces. Sed cuius rei merces. quid dant.
quid accipiunt. dant spitalia. accipiunt
carnalia. Dant autem accipiunt fenum.
Omnis caro fenum. & claritas carnis. ut
flos feni. Oia temporalia que tibi supflu-
unt. & recludant. fenum uumentorum est.

quare. quia carnalia sunt. Audi quorum
umentorum sic fenum. Si nos uobis spita-
lia seminauimus. magnum e sic carnalia
ura m&amus. Hoc apostolus dicit. Ta-
lis annuntiator. Tam laboriosus. tam im-
piger. tam exercitatus. ut ipsum fenum
donat & terra. Ego inquit nullius horu
usus sum. Ostendit sibi debere. & non accepit.
Nec condemnauit eos. qui acceperunt. quod de-
beatur. Condamnauit enim etiam ex-
igentes indebita. non accipientes mercedem
suam. Ille tamen. & ipsam mercedem donauit.
Non quia tibi alius donauit. debes alteri. Al-
ioquin non est irrigata terra que pelucit fe-
num uumentis. De fructu operum tuorum
inquit faciabitur terra. producent fenum u-
mentis. Inoli ee sterelis. producent fenum u-
mentis. Si nolunt uumenta fenum tuum non te
sterilem inueniant. Accipis spitalia. redde
carnalia. Debita sunt uimentis. punita
lis est xpi. Quis militat suis stipendius unquam.
quis plantat uineam. & de fructu eius non
edat. quis pascit gregem & de lacte eorum non
pripit. non ideo dico. ut ista fiant in me.
Fuit quidam miles. qui dnm punita li donat &
annonam. Sed tamen reddat punita li anno-
nam. Ut autem hinc dicat potius uumenta sunt.
Boui trituran. os infrenabis. producent in-
quit fenum uumentis. & quasi hoc exponens
ad iecit. & herbam seruituti hominum. Ne
non intellegeres quod dictum est producent
fenum uumentis. repetitione exposuit quod
premisit. Quid enim dixit supra fenum.
postea herba nominauit. Quod autem
dixerat uumentis. seruituti hominum.
Dixit ergo seruituti. & in libertate. Ubi est.
uos in libertatem uocati estis. Sed audi eum
dem ipsum. Cum enim liber sum ex omnibus.
omnium me seruum feci. ut plures lucrif-
acerem. Et quibus dixit in libertatem
uocati estis. Et quid ad hunc. tantum
in libertate in occasionem carnis d&is.

sed per caritatem seruite inuicem. Quos
 liberof fecerat. seruos fecit. Non conditio
 ne. sed tamen xpi redemptione. Non neces
 sitate. sed caritate. Per caritatem inquit
 seruite inuice. Sed xpo seruimus at. n̄
 populis. non carnalib. non infirmis. bene
 xpo seruis. seruis quib. xps seruuat. Non
 ne de illo dictum est bene seruientem; plu
 rimis pph&a legitur. de nullo. nisi de xpo
 accipis sol&. Audiamus tamen proprie. &
 me uangelio uocemur. Quicumque in
 quit in uobis uult maior ee. erit uester
 seruus. Seruum eum fecit. quia suo sangui
 ne liberum fecit. Dicit hoc nobis. quia
 uerum dicitis. Aud illud alio loco. Nos
 au seruos uestros. sed in dno ur̄o. Prest&
 nobis ut bene seruamus. Nam uelimus
 nolimus seruis sumus. Et tamen si uolen
 tes sumus. non necessitate. sed caritate ser
 uimus. Quodam modo enim quasi supbia
 seruorum stomachata uidebatur cum
 dicer& dñs. Erat uester seruus. Qui uo
 luerit in uobis maior esse. Iam enim filii
 zebodei. sedes altissimas querebant. U
 nus uolebat sedere ad dextram & alter
 ad sinistram. Dicentes p matrem quod
 ipsi cupiebant. Dñs non illis sedes inui
 dit. sed conuallem prius plorationis
 ostendit. quasi dicer&. Illuc uultis
 uenire ubi sum ego. uenite qua ego.
 Quidē uenite qua ego. p humilitate. Ego
 de sublimi descendi. & humiliatus ascen
 do. Uos in terra inueni. & ante uultis
 uolare. quā pasci. Prius nutrimenti
 educamini. ferte nidum. Quid enim
 ut. quomodo illos reuocauit ad humi
 litatem. Iam querentes altitudine.
 potestis bibere calicē quē ego bibiturus
 sum. Falli. & iam. In hoc supbi
 possumus. quomodo p&rus tecum usq;
 ad mortē foras uir. donec feminadi
 cer&. & iste cum illis erat. Sic & isti

possumus. Potestis. possumus. & ille.
 Calicem quidem meum bib&is. & si modo n̄
 potestis. bib&is. Quomodo p&ro. non po
 tes me sequi modo. sequeris me postea.
 Calicē quidem meum bib&is. sedere ad
 dexteram meam uel ad sinistra non est meum
 dare uobis. Quid est nonē meum dare uob.
 non est meum dare supbis. Modo quib.
 loquor. supbi estis. Ideo dixi. non est meum
 dare uobis. Sed forte dicerent. erimus
 humiles. Non ergo eritis uos. ergo dixi uobis.
 Non dixi. non dabo humilibus. sed non dabo
 supbis. Qui autē ex supbo fit humilis. non
 erit querat. Ergo predicator es uerbi.
 & iumenta & seruisunt. Producat ter
 ra simrigata ē fenum iumentis. & herba
 seruituti hominum. Ipse est enim fructus.
 ut possit fieri. quod dictum est in euan
 gelio. ut & ipsi recipiant uos in tabernacula
 aeterna. Uide de feno quid facias. uide
 derē uili quidem as. Ut recipiant inquit
 uos in tabernacula aeterna. Ubi erunt
 ipsi. illuc uos recipiant. Quare hoc.
 quia qui suscipit iustum in nomine iusti.
 mercedem iusti accipit. Et qui suscipit
 pph&am. in nomine pph&e mercedem pph&e
 Ecce quomodo transierunt de gente ingente
 & de regno in populum alterum. Et auxit
 populum suum uehementer & firmauit eum

super inimicos eius. Si autem scire uultis
 quomodo eum firmauerit super inimicos eius.
 audite. Conuertit cor eorum ut odissent po-
 pulum eius & dolorem facerent in seruos eius.
 Misit moysen seruum suum. aaron quem ele-
 git ipsum. Posuit in eis uerba signorum
 suorum & prodigiorum suorum in terra cha.
 Misit tenebras & obscurauit eos & exacer-
 bauit sermones eius. Conuertit aquas
 eorum in sanguinem & occidit pisces eorum.
 Edidit terra eorum ranas & impenetrabilibus
 regum ipsorum. Dixit & uenit cernomia
 & cinifes in omnibus finibus eorum.
 Posuit pluuias eorum grandinem. ignem con-
 burentem in terra ipsorum. Et percus-
 sit uineas eorum & ficulneas eorum. & con-
 triuit omne lignum finium eorum.
 Dixit & uenit locusta & bruchus cuius non
 erat numerus. Et comedit omne foenum
 in terra eorum. & comedit omne fructum
 terre eorum. Et percussit omne primo-
 genitum in terra eorum primitias omnis
 laboris eorum. Et eduxit eos in argento
 & auro & non erat in tribubus eorum infir-
 mus. & lata est aegyptus in profecti-
 one eorum quia incubuit timor eorum
 super eos. Ecce quomodo populum suum
 firmauit super inimicos eius. Cum autem
 inimicis eorum ista mala. iustitia eius in-
 fluxerit quae ipsis largita sunt & iam te-
 poralem misericordiam accipite.
 Expandit nubem in protectionem eorum. &
 ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt.
 & uenit coturnix & pane caeli saturauit eos.
 Dirupit petram & fluxerunt aquae abierunt
 in sicco flumina. Quo memor fuit uerbi
 scilicet sui quod habuit ad abraham puerum suum.
 Et eduxit populum suum in exultatione &
 electos suos in læticia. Et dedit illis re-
 giones gentium & labores populorum pos-
 siderunt. Non ut propter ista eum colant.
 sed ut ex quoque ad bonam aeternam refe-

tant atque conuertant. id est ut custodiant
iustificationes eius & legem eius requirant.
Quaecumque igitur alia bona dat deus referenda
sunt. ad gratuitum cultum eius. Ipse autem
cultus eius. Non est referendus ad alia bona.
quae dat deus. Tunc enim erit gratuitus. ad quod
certamen prouocans hostis. ausus est dicere
do. Numquid gratis colit iob dominum. Porro si
in seruum uenundatus est ioseph & humili
atus & exaltatus. Locum fecit ad temporalia
bona populo dei ut firmaretur super inimi
cos eius. quanto magis ihs uenundatus est.
& humiliatus a fratribus suis secundum car
nem & exaltatus in celis. Locum facit ad
terrena bona populo dei. triumphanti de
diabolo & angelis eius. Audi ergo semen
abrahae. non de carne glorians sed imitans
fidem. Audi te seruum dei & electi dei promiss
ionem habentes uite presentis & future.
Sit temptationes dure sunt in hoc seculo.
ioseph in carcere. ihm in cruce. Cogitate
sit temporalium rerum prosperitas. adiacet
non propter ipsam deo. sed ipsam utimini
propter deum. Nec eum existimatis propter
uite huius necessarium cultoribus suis.
quae donat & blasphematoribus suis.
Sed querite primum regnum dei & iustitiam
eius. & haec omnia adicientur uobis.

EXPLICIT TRACTATUS DE PSALMO
CENTESIMO QUARTO.

INCIPIT TRACTATUS DE PSALMO
CENTESIMO QUINTO:

Psalmus centissimus quintus. & iam
ipse prenotatur alleluia. & hoc
duplitter. sed quidam dicunt unum al
leluia pertinere ad finem psalmi supe
rioris. Alterum ad huius principium
& hoc asserunt. quod omnes alleluatici
psalmi. abeant in fine alleluia. non om
ni in capite. unde quicumque psalmus non ha
bet in fine alleluia. Nec in capite eum
uolunt habere. Quod autem in eius capi

te uidetur esse ad finem superioris perti
nere. Sed nos quousque nobis aliquibus
certis documentis. id uerum esse persua
deant. multorum consuetudine sequi
mur. Qui ubicumque legunt eiden psal
mo attribuant. In cuius hoc capite inue
niunt. Paucissimi enim codices sunt quod
quidem in nullo grecorum reperiri. quos
inspicere potui. qui habeant. alleluia
in fine cetesimi. & quinquagesimi psalmi.
Postquam iam nullus est. qui ad eundem ca
nonem pertinet. Sed neque hoc possit pre
scribere consuetudini. & iam si omnes codices
id haberent. Fieri enim potuit. aliqua
ratione laudationis dei. totus psalmo
rum liber. quilibet quinque constare
perhibetur. Nam ubi scriptum est. fiat
fiat ibi fines librorum esse dicunt.
Post omnia quae cantata sunt ultimo al
leluia clauderetur. Nec propter fine
cetesimi. & quinquagesimi psalmi. Necess
se esse uideo. ut omnes alleluatici in fi
ne alleluia habeant. Cum uero in ca
pite psalmi geminatur alleluia. Cur
dominus aliquando semel. aliquando bis dicit
amen. & eo modo non possit aliquando se
mel. aliquando bis dici. At. Nescio pre
sertim. quia post numeri notam. quo
psalmus inscribitur. quo iussit ueluti iste
centessimus quintus. utrumque alleluia.
positum est. Debit autem unum poni
ante ipsam numerum. si ad finem perti
net superioris. & post numerum psalmi
scribi alterum alleluia. quod ad psalmum
ipsius numeri pertinet. sed fortasse & in
hoc inperita preualuit consuetudo. & a
liquid afferri potest quod adhuc ignora
mus unde nos magis ducere debet iudi
cium ueritatis quam pre iudicium consu
etudinis. Nunc tamen antequam hoc
perdiscamus. ubicumque post numerum
psalmi. siue semel. siue bis conscriptum

inuenimus alleluia secundum ceber
 rimam ecclesiae consuetudine et psalmo
 tribuimus qui eodem numero prenotatur.
 Confiteres nos archana omnium titulorum
 qui sunt in psalmis & ordinis eorundem psal
 morum & magna esse credere. & nondum
 sicut uolumus penetrare potuisse.
 Video autem istos duos centesimum quartum
 & centesimum quintum ita inter se coniunc
 tos ut in uno eorum qui precedit commen
 detur populus dei in electis eius. De quibus
 nulla querela fuit. Quos ergo arbitror ibi
 fuisse in quibus bene placitum est deo.
 In isto autem qui sequitur commemoratos qui
 in eodem populo amara uerunt. Nec tamen
 & iam ipsi dei misericordiam defuisse dicunt
 aut ista execrorum persona qui ueniam conuer
 si precantur. & exempla commemorantur il
 lorum in quos & iam peccatores diues appa
 ruit misericordia dei. Incipit ergo & iam
 iste psalmus sicut ille confitemini deo sed
 ibi sequitur & inuocate nomen eius.
 Hic autem quo bonus quo in seculum misericor
 dia eius; Qua propter potest quidem hic in
 tellegi & iam confessio peccatorum; Nam &
 post paucos uersus sequitur; Peccaui cum
 patribus nostris iniuste egimus iniquitatem
 fecimus; Sed in eo quod dicit quo bonus quo in
 seculum misericordia eius; Laus utique dei e
 atque in eius laude confessio. quam quam & iam
 cum sua confitetur quisque peccata. Cum dei
 laude confiteri debet. Nec aliter pia est
 confessio peccatorum nisi unde sperans & pos
 cens misericordiam dei. Habet ergo eius
 laudem siue & iam in uerbis cum eum bonum
 & misericordem dicit siue in solo affectu cum
 hoc credit. Nam & ille publicanus cuius sola
 illa uerba commemorata sunt. Dne propitius
 esto mihi peccata. & si non dixit quo bonus
 & misericors uel aliquid huiusmodi. non
 tam illud diceret nisi hoc crederet. quo cum
 spe orauit. quae sine illa fide esse non possent.

Potest ergo esse laus dei uera & pia ubi non
 sit confessio peccatorum. quae laus multo
 crebrius in scripturis confessio uocatur.
 Nulla est autem confessio peccatorum pia
 & utilis ubi non laudatur deus siue corde siue
 & iam ore atque sermone. Quod autem
 habent aliqui codices quo bonus alii habent
 quo suauis. Ita unum uerbum grecum quo
 dicitur christos diuersa interpretatio se
 cuta est. Item quod dictum est quo in se
 culum misericordia eius grecus habet sto
 neona. quod potest & iam in aeternum
 interpretari. Proinde si illa misericor
 dia hic intellegitur qua nemo sine deo esse
 beatus potest. Melius accipimus in aeter
 num; Si autem illa est misericordia quae
 miseris exhibetur ut uel consoletur in
 miseria uel ab illa & iam liberentur. me
 lius in seculum. hoc est usque in seculi fine
 in quo non de erunt miseri. quibus mise
 ris misericordia prebeatur. Nisi forte
 quis audeat dicere & iam his quidam na
 buntur cum diabolo & angelis eius.
 aliquam misericordiam dei minime defu
 turam. Non quasi ex illa dampnatione
 liberentur sed ut eis aliquatenus mitige
 tur. Atque ita aeternam posse intellegi
 dei misericordiam super illorum miseriam
 aeternam. sed tolerabiliorem quosdam
 exceptores dampnationem. in quorunda
 conparatione legimus. Ali cuius uero
 mitigari eam. cui est traditus paenam.
 uel quibusdam inter uallis habere ali
 quam pausam; Quis audacter dixerit
 quando quidem unam fallam diues ille
 non meruit. Sed de hac tanta re diligen
 tius exotio differendum. & nunc quod
 ad istum psalmum attinet. a tenus de illa
 dictum esse sufficere tur. Quis loque
 tur potentias dei. impletus consideratio
 ne diuinorum operum. qui misericordiam
 eius exposcit. Quis inquit loquetur

potentias dñi auditas facis & omnes laudes ei.
Subaudiendum est quod supradictum est.
Ut & iam ista sententia ita sit plena, quis
auditas facis & omnes laudes eius, id est quis
nam sufficit auditas facere omnes laudes
eius. Auditas facis & dixit, id est facis & ut
audiantur. / Ostendens ita loquendas po-
tentias dñi & laudes eius, ut predicentur
audientibus; sed quis potest omnes. An for-
te quia sequitur; Beati qui custodiunt iu-
dicium & faciunt iustitiam in omni tempo-
re. / Et dixit laudes quas intelleguntur
opera eius in preceptis eius. / Dñs enim est ait
apostolus qui operatur in nobis, & dictum
est semini abrahe, caritate ei & psallite,
quibus duobus uerbis, id est cantandi & psal-
lendi, conuenire duos consequentes uersus;
ut quod dictum est, narrate omnia mirabili-
a eius, hoc sit, cantate ei. / Quod uero dic-
tum est, laudamini in nomine scō eius, hoc
sit, psallite ei. / Huic quippe semini & iam ip-
se dñs dicit, Luceant opera urā coram ho-
minibus, ut uideant bona facta ~~u~~ facta
uestra, & glorificent patrem uestrum qui in
celis est. / Hic ergo ipsa dñi precepta conside-
rans, quorum preceptorum opera laudes sunt,
eius qui operatur in suis, ait, Quis loquetur
potentias dñi. Quō haec ineffabiliter operat.
Quis auditas facis & omnes laudes eius. Quis
cum audierit, facit omnes laudes eius.
Quae sunt opera preceptorum eius. Quia in
quantum fiunt, & si non omnia quae audita
sunt, fiunt, ille laudandus est, qui operatur
in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate.
Ideo cum possit dicere omnia mandata eius uel
omnia opera mandatorum eius, maluit dicere
laudes eius; quia ut dictum est in quantum
fiunt, ipse laudandus est; Quis tamen lau-
des, quis nam sufficit, auditas facere,
id est cum audite fuerint, facere omnes.
quis est idoneus. / Beati qui custodiunt
iudicium & faciunt iustitiam in omni

tempore. Utique ex quo incipiunt & uiuant
in tempore. Qui enim per se ueriterit us-
que in finem, hic saluus erit. / Potest autē
uidere eiusdem sententiae repetitio,
ut hoc sit facere iustitiam, quod est custo-
dire iudicium; Ut & iam in superiore
uersu subauditur in omni tempore, sicut
in posteriori subauditur beati & redditis
quae subaudiuntur. Ita dicantur.
Beati, qui custodiunt iudicium in omni tem-
pore. Beati qui faciunt iustitiam in omni
tempore. / Sed nisi aliquid inter esset, in-
ter iudicium & iustitiam, non in alio psalmo
diceretur, quousque iustitia conuer-
tatur in iudicium; / Nam quidem scriptura
ista duo simul ponere, sicut est, iustitia &
iudicium, sedis eius, & illud, Et educet quasi
lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum sicut
meridiem. / Cum et illic eiusdem sententiae
repetitio uideatur; / Et fortasse propter uer-
nitatem significationis, Etiam alterutrum
pro altero poni est, uel iudicium pro iustitia, uel
iustitia pro iudicio; / Tamen si propriae dicantur
aliquid inter esse non dubito, ut iudicium custodi-
re dicantur, qui recte iudicant, iustitiam ue-
ro facere qui recte agunt; nec absurde existimo
intellegi, secundum illud quod dictum est, quous-
que iustitia conuertatur in iudicium, & iam
hic eos dictos beatos, qui iudicium custodiunt,
in fide, iustitiam faciunt in operatione.
Veni enim tempus, ut iudicium quod modo cus-
toditur in fide, & iam exercentur in opere;
Cum iustitia conuersa fuerit in iudicium, id est
cum acceperint iusti potestatem, iudicandi eos
recte, a quibus modo non recte iudicantur;
Unde alibi ipsum corpus xpi, intellegere dico,
cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo,
quod uerbū e uerbo magis diceretur, aequitate
iudicabo. / Non autē diceret, cū accepero tem-
pus, iustitiam faciam. / Quia in omni tempore faci-
enda est, sicut & iam hic dixit, qui faciunt
iustitiam in omni tempore; / Deinde quidē

iustificat. id est iustos facit. sanando eos ab ini-
 quitatibus suis. Sequitur oratio. Memen-
 to nostri dñe. in bene placito populi tui. id
 est ut in eis simus in quibus beneplacitum
 est tibi. Quia non in omnibus illis benepla-
 citum est dō. uisita nos in salutarituo.
 Ipse est enim saluator in quo peccata dimit-
 tuntur. & anime sanantur. ut possint custo-
 dire iudicium & facere iustitiam. Quos cum
 beatos esse intellegere. qui haec locuntur.
 Hoc sibi consequenter orando p̄eunt. Deis
 salutari alibi dicitur. ut cognoscamus
 in terra uiam tuam. Et quasi quereremus in
 qua terra. secutum est. in omnibus gentibus.
 Rursum quasi quereremus quam uiam. secutum
 est salutare tuum. De illo quippe dixit sime-
 on senex. quō uiderunt oculi mei salutare
 tuum. Quidose ipse dixit. ego sum uia.
 uisita ergo nos in salutarituo. hoc est in
 xp̄o tuo. ad uidentem in bonitate electorum
 tuorum. & laudemur in l̄etitia gentis tuae.
 id est ad hoc nos uisita in salutarituo. ut ui-
 deamus in bonitate electorum tuorum. & le-
 temur in l̄etitia gentis tuae. Quod autem
 hic positum est in bonitate. alii codices habent
 in sua uitate. sicut illud. quō bonus. Alii ha-
 bent quō sua uis. Id ipsum autē uerbum ingre-
 co est. quod & alibi legitur. dñs dabit sua uita-
 tem. quam & aliqui interpretati sunt bonitatem.
 aliqui benignitatem. Sed quid est. uisita nos.
 ut uideamus bonitatem electorum tuorum.
 id est mea bonitate quā prestas electis tuis.
 ut non remaneamus cecis sicut illi. quibus
 dictum est. Nunc autem dicitis. quia uide-
 mus peccatum uestrum manet.
 Dñs enim illuminat cecos. non meritis eorum.
 sed in bonitate electorum suorum. id est quā
 exhibet uel donat electis suis. sicut salus uul-
 tus mei. non a me ipso. sed dñs mihi. Et panem
 nostrum dicimus cotidianum. sed tamen ad-
 dimus danobis. uisita ergo nos in salutarituo.
 ad uidentem. id est ut uideamus in bonita-

te electorum tuorum. ad laudandum. id est ut
 laudemur in l̄etitia gentis tuae. una gentem
 di intellegere debemus. uniuersum semen
 abrahe. sed filios promissionis non carnis.
 Huius ergo quorum uox est. optant eiusdem
 gentis habere l̄etiam. Et quae huius gen-
 tis l̄etia. nisi dñs eius cui dicitur. exultatio
 mea redi memo. & cui dicitur. signatum est
 supernos lumen uultus tui dñe. dedisti l̄e-
 tiam in cor meum. Summo licet uero. in com-
 mutabili & beatifico bono. quod ipse dñs est.
 ut lauderis cum hereditate tua. Miror
 istum uersum sic interpretatum. & in mul-
 tis ita esse codicibus. cum sit una atq; eadē
 in tribus his uersibus. greca locutio. ut si
 hoc recte dictum est quod legitur. ut laude-
 ris cum hereditate tua. possit recte dici.
 ut uideas in bonitate electorum tuorum.
 & lauderis in l̄etitia gentis tuae. toto ipso
 sensu ita contexto. uisita nos in salutarituo.
 ut uideas in bonitate electorum tuorum.
 ut lauderis in l̄etitia gentis tuae. & lauderis
 cum hereditate tua. secundum hoc quod dix-
 imus. uisita nos in salutarituo. ut uideas in
 bonitate electorum tuorum. & laudemur
 in l̄etitia gentis tuae. Consequenter
 & hic dici debuit. ut laudemur cum heredita-
 te tua. Cui hereditati dictum est. lauda-
 mini in nomine sc̄o eius. Porro autem. quō hęc
 ambigua uidetur locutio. si uerus est iste sen-
 sus. quomaluertunt interpretes dicere. ut
 lauderis. & iam duo uersus superiores. ita in-
 tellegendi sunt. Quia ut dixi. una est in his
 tribus uersibus. greca locutio. Vt hoc totū
 ita dictum accipiatur. uisita nos in salutarituo.
 ut uideas in bonitate electorum tuorum.
 id est ad hoc nos uisita. ut illic nos esse facias.
 & illic nos uideas. ut lauderis in l̄etitia gentis
 tuae. id est iudicaris. l̄etari. cum illi le-
 tantur exte. ut lauderis cum hereditate
 tua. id est cum ea lauderis. quō non laudat.
 nisi propter te. Siue ergo illo siue isto

modo intellegendum sit quoddictum est. adui-
dendum. ad laudandum. ad laudandum. Ideo
se optant uisitari in salutarem. id est in xpo
eius. ut non alienentur a populo eius. & ab
eis in quibus bene placitum dō. Quid autē
deinceps confiteantur audiamus. pecca-
uimus cum patribus nostris. iniuste egimus.
iniquitatem fecimus. Quid est cum pa-
tribus nostris. an sicut habet epistola ad he-
breos. quia & leui cum abraham decimatus ē.
quō in lumbis eius fuit. quando decimas dedit
sacerdoti melchisedech. sic & isti peccauerunt
cum patribus suis. in quorum lumbis erant
quando in egypto fuerunt. Nam qui fuerunt
eo tempore cum salmō iste conscriptus est.
Maxime que posteris eorum. quia uel habent
qui tunc erant. dici uel de post futuris po-
tuit prophetari. longe aberant ab aetate
illorum. qui in egypto peccauerunt. non in-
tellegentes mirabilia di. Hoc enim sequitur
exponendo. quomodo peccauerunt cum pa-
tribus suis. Patres nostri inquit. non intel-
lexerunt in egypto mirabilia tua. & cetera
quae de peccatis eorum multa commemorat.
An sic potius accipiendum est quod ait. peccaui-
mus cum patribus nostris. tamquam dicere.
peccauius sic patres nostri. eorum uidelicet
imitando peccata. quod si ita est. adstruendum
aliquo huiusmodi locutionis exemplo. quod
cum in presentia quererem. non occurrit. ut
cum illo sequis que peccasse. uel cum illo se ali-
quis. fecisse dicat. quem in simili facto. & iam
post multum temporis. fuerit imitatus.
Quid est ergo patres nostri non intellexerunt
mirabilia tua. nisi non cognouerunt. quod per
illa mirabilia. eis prestare uolueris. quid
utique. nisi uitā aeternam. & non tempora-
les. sed incommutabile bonum. quod per pa-
tientiam expectatur. ideo impatienter mur-
murauerunt & amaricauerunt. & bonis presen-
tibus. fallacibus. atque fugacibus. beatos se fi-
eri. quesiuerunt. Nam fuerunt memores multitudi-

nis misericordiae & usque & intellectum redargu-
it & memoriam. Intellectum quippe opuserat
ut cogitarent. ad quorum bonorum aeternita-
tem. per illa temporalia uocaretur.
Memoria uero. ut saltem quae temporaliter
mirabilia facta sunt non obliuiscerentur.
fideliterque presumerent. quod de eadem po-
testate. qua fuerant iam experti. de illis
ab inimicorum persecutione liberaretur.
Obliti sunt autem. quid eis in egypto ad ini-
micos eorum conterendos. per tanta pro-
digia prestatisset. Et irritauerunt ascen-
dentes in mare rubrum. Mare rubrum.
codex quem intuebar. sic habebat. & his
quidem duobus uerbis ultimis. quoddictū
est mare rubrum stella fuerat notata.
quasi significatur quae in hebreo sunt. & in-
terpretatione septuaginta non sunt.
Plures autem codices quos inspicere potui.
& greci & latini. sic habent. & irritauerunt
uel quod expressius. de greco est. & amarica
uerunt. ascendentes in rubro mari.
Qui illam legit historiam. quando exierunt
de egypto. & per rubrum mare transierunt.
dolentium eorum infidelitatem. in quantum trepi-
datione & desperatione fuerint. post re-
centia tot & tanta miracula in egypto.
cuius multitudinis misericordiae di. non
eos fuisse memores dicit. Ascenderunt
autem. propter ea dictum est. quia in ter-
rae posito est. ut descensio dicatur in egypto.
tum de terra chanaan. & in eam illinc as-
censio. Notandum est sane. quomodo
scriptura culpam reuoluerit. non intel-
legere. quod intellegendum. & non meminisse
se. quod memoriae retinendum est. quod ho-
mines suae culpe deputari nolunt. ad nihil
aliud. nisi ut minus supplicent. minusque
sint humiles dō. in cuius conspectu confi-
teantur quod sunt. atque imperato adiuto-
rio. possint esse quod non sunt. Nam & illa
peccata ignorantiae uel negligentiae me-

lius accusantur ut pereant. quā accusan-
 tur ut manent. meliusque purgantur
 inuocato dō. quam firmanur irato.
 Adiungit tamen non secundum eorum in-
 fidelitatem dñm fecisse. & saluauit eos in
 quid propter nomen suum. ut notam faceret
 potentiam suam. non propter ulla bona
 merita eorum. Et increpauit mare ru-
 brum. & siccatum est. Non legimus ullam
 qua increparetur mare. emissam celitus
 uocem. sed potentiam diuinam; quia id fac-
 tum est. increpationem appellauit; nisi
 forte quis dicat. latenter increpatum.
 sicut aqua possit audire. & homines non
 possent. Valde occulte & abstrusa uis
 est. quā dñs agit. ut & iam illa quae sensu
 carent. confestim eius obtemperent uo-
 luntati. Et deduxit eos in abissi sicut
 in deserto. Abissus dixit. multitudinem
 aquarum. Nam quidam istum uersum
 uolentes totum interpretari. dixerunt.
 & deduxit eos in aquis multis. Quid est
 ergo in abissi sicut in deserto. nisi quia
 factum erat siccitate. uelut desertum.
 ubi fuerant abissi aquarum. Et salua-
 uit de manu odientium; hunc uersum.
 per circuitum quidam interpretati sunt.
 uerba minus latina uitantes; & saluos fe-
 cit eos de manu eorum qui oderunt eos.
 & redemit eos de manu inimici; Quid pre-
 cii dat. cum est in hac redemptione. an
 prophetia est quod in figura baptismi
 hoc factum est. ut redimimur de manu
 diaboli. Magno pretio. quod sanguis est
 xpi. unde non quocumque mari. sed mari
 rubro. id conuenientius figuratum est.
 sanguis enim. rubrum colorem facit;
 Et operuit aqua tribulantes eos. unus
 ex eis non remansit; non ex omnibus aegy-
 ptis. sed ex eis qui per se quebantur. profec-
 tos adprehendere uel inter imere cupi-
 entes. Et crediderunt in uerbis eius;

Minus latina uidetur locutio. quia non
 ait. uerbis eius. uel in uerba eius. sed in uer-
 bis eius. Tamen scripturis usitatissima;
 & laudauerunt laudes eius. Tales sunt
 locutiones. cum dicimus. hanc seruitutem
 seruauit. tale uita uixit. Laudem porro
 dñi notissimā illam commemorat. ubi dici-
 tur. Cantemus dño. gloriose enim mag-
 nificatus est. equum & equitem proiecit in
 mare; Cito fecerunt. obliuisci sunt operum eius;
 Alii codices. intellegibilius habent; festi-
 nauerunt. obliuisci sunt operum eius. non sus-
 tinuerunt consilium eius; Debuerunt enim
 cogitare. tanta erga se operadi non esse
 inania. sed uocare ad aliquam sine fine
 felicitatem. quae per patientiam sustinenda
 est. sed festinauerunt beati fieri tempo-
 ralibus rebus. Quae ideo nemini conferant
 ueram felicitatem. quia non extinguunt insatia-
 bilem cupiditatem. Quia enim biberit
 inquit ex hac aqua. siti & iterum; denique
 & concupierunt concupiscentiam in deserto.
 & temptauerunt dñm in inaquoso quod est
 in deserto; hoc repetitum est in inaquo-
 so. id est loco sine aqua; Quod uero con-
 cupierunt concupiscentiam. hinc temp-
 tauerunt dñm. Talis sane locutio est. con-
 cupierunt concupiscentiam. qualis supe-
 rior. laudauerunt laudem; Et dedit eis
 petitionem ipsorum. id est quod petitione
 petierunt. & misit saturitatem in ani-
 mas eorum. Nec ideo beatos fecit. quia
 non erat illa saturitas. de qua dicitur.
 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.
 quō ipsi saturabuntur; itaque hoc loco. ani-
 mam non secundum id quod rationalis est
 dixit. sed secundum id quod animans cor-
 pus. animal facit. ad cuius animalis sus-
 tentationem. pertinet & cibus & potus; secun-
 dum hoc in euangelio dicitur. Nonne
 anima plus est quam esca & corpus plus
 quam uestimentum? Tamquam ad anima

per tinent uesci aut corpus uestiri. secundū
hoc dicitur apud esaiam: quid est hoc quod ie
iunauimus & non uidisti defraudauimus ani
mas nostras & nescisti. Et irritauerunt mo
rsem in castris aaron secundū. Quam dicat
irritationē. uel sicut expressius alii inter
pretati sunt amaricationem. Consequen
tia satis indicant. Aperta est inquit ter
ra & deglutinauit dathan. & operuit super
congregationem abiron. Quod est degluti
uit hoc est super operuit. Amorum autē
id est dathan & abiron una erat causa sup
bissimi & sacrilegis ^{scilicet} chrisimatis.

Et exarsit ignis in sinagoza eorum flam
ma combussit peccatores. Non est hoc no
men in scripturis usitatum eorum qui licet
iuste hac laudabiliter uiuant non sunt
sine peccato. Magis enim sicut est inter
ridentes & inrisores. inter murmurantes
& murmuratores. inter scribentes & scripto
res. & cetera similia. ita scriptura pecca
tores appellare consuevit. ualde iniquos.
& grandis peccatorum sarcinis oneratos.
Et fecerunt uitulum in chorep. & adoraue
runt sculptile. & mutauerunt gloriā suā
in similitudine uituli. comedentis foenum.
Non aut in similitudine. sed in similitudine.
Talis est locutio. qualis illa ubi ait. & cre
diderunt in uerbis eius. Eleganter sane
non ait. & mutauerunt gloriā dī. cum hoc
fecerint. sicut & iam apostolus loquitur.
& in mutauerunt gloriā incorruptibilis
in similitudinem imaginis corruptibilis ho
minis. sed gloriā suā dixit. Dī enim erat
gloria eorum. si eius sustinerent consilium.
& non festinarent. Cui dicitur. gloria mea
& exaltans caput meum. Ista gloriā
suā. id est dī. mutauerunt in similitudine
uituli. comedentis foenum. ut ab eo come
derentur. a quo comeduntur. qui sapiunt
secundum carnem. Omnis enim caro fenu.
Obliti sunt dī. qui saluauit eos. Quomodo

saluauit. qui fecit mirabilia in aegypto.
magnalia in terra cham. terribilia
in mari rubro. Quae sunt mirabilia.
ipsa sunt terribilia. Nulla quippe
ammiratio est. sine quadam formidine.
quam uis ista & iam hinc terribilia dici
potuerint. quod aduersarios adflixerunt.
& istis qui deberent timere monstrauerunt.
& dixit ut disperderet eos. quia oblitis
dī. qui saluauit eos. faciens mirabilia &
magnalia. & fecerunt & adoraue runt sculp
tile. hoc utique tam inmani scelere. &
incredibili impietate. digni fuerant
qui perirent. Dixit ergo ut disperderet
eos. si non moyses electus eius stetit & in
confractioe in conspectu eius. Non ita
dixit stetit in confractioe quasi irran
geret iram dī. sed in confractioe id est
in plaga. qua erant illi ferendi. id est ob
iecisset seipsum pro eis dicens. si dimittis
illis peccatum. dimitte. si autem deleme
delibrotuo. Ubi demonstratum est. inter

hoc cessio scōrum. quantum pro aliis ualeat
nō apud dī. Securus enim moyses de iusti
tia dī. quae eum delere non possit. impetra
uit misericordiam. ne illos quos iuste pos
set deleri. ita stetit in confractioe in
conspetu eius. ut auerteret iram eius
ne disperderet eos. & pro nihilo habuerunt
terram desiderabilem. sed dum quid uiderunt
eam. Quomodo ergo pro nihilo. quam non
uiderant habuerunt. Nisi quomodo sequi
tur. non crediderunt in uerbis eius.

Profecto nisi terra illa significaret aliquid
magnum. quae dicebatur fluens lac & mel.
per quod uisibile sacramentum. ad inuisi
bilem gratiam. Regnumque caelorum da
ceret eos. mirabilia eius intellegebant.
Nullomodo isti culparentur. quia pro nihilo
habuerunt terram. cuius temporale regnū
& iam nos pro nihilo habere debemus. ut
in hierusalem liberam. matrem nostram

quae in caelis est. uere desiderabilem diligamus. Sed potius hic infidelitas merito redarguitur. quia in eo quod terra desiderabilem pro nihilo habuerunt. uerbis dei non crediderunt. per quaedam parua ducen-
 tes ad magnam & festinantes beari tempo-
 raliibus rebus quas secundum carnem sa-
 piebant. Non sustinuerunt sicut supra
 dictum est consilium eius. & murmura-
 bant in tabernaculis suis. non exaudierunt
 uocem domini. Uehementer eos a murmurati-
 one prohibentes. & eleuauit manum suam
 super eos. ut prosterneret eos in deserto.
 Et ut deiceret semen eorum in nationibus. & dis-
 perderet eos in regionibus. Hic antequam
 diceret. quod tanta indignatione dei quisquam
 intercesserit. eumque aliquo modo placue-
 rit. secutus adiunxit. Et iniurati sunt bel-
 phegor. id est idola consecrati. & manduca-
 uerunt sacrificia mortuorum. Et irrita-
 uerunt eum in adinventionibus suis. & mul-
 tiplicata est in eis ruina. Tanquam ad hoc
 distulerit. quod eleuauerat manum suam su-
 per eos. prosterrendos in deserto. Et deici-
 endum semen eorum in nationibus. & disper-
 gendos eos in regionibus. ut dati in reprobu-
 sensum. & iam illud amitterent. in quo in
 maiore crimine euidenti iustitia puni-
 rentur. Quem admodum dicit apostolus. &
 sicut non probauerunt deum habere in notitia.
 tradidit illos deo in reprobu-
 mentem. ut faciant quae non conueniunt. Denique tan-
 tum fuit scelus eorum. quod consecrati sunt
 idolo. & comederunt sacrificia mortuorum.
 Id est quia mortuis hominibus. tanquam
 diis sacrificabant gentes. ut aliter se pla-
 cari deo nollent. nisi quomodo eum placauit
 finces sacerdos. qui masculum & feminam
 in complexu adulterino deprehensos. pariter
 interimit. quod si odio eorum non dilec-
 tione fecisset. dum eum comederet. Zelus
 domus dei. non ei reputaretur ad iustitiam.

Hoc enim factum. illum populum cuius futurus erat
 maior interitus. tanquam unum hominem qua-
 si uirga percussit. ut animam eius saluaret
 a morte. leniorem quidam reuelato testa-
 mento nouo. dominus christus esse uoluit disciplinam.
 sed a tritiorum communicatio gehennae. qua
 tunc in illis communicationibus dei pro tem-
 porum dispensatione non legimus. Multipli-
 cata est ergo in eis ruina. cum profuis graui-
 bus peccatis. grauius uastarentur. Et fie-
 rit finces & placauit. & cessauit quassatio.
 Breuiter totum dixit. quia non hic nescientes
 docet. sed commemorat scientes. Quae hic po-
 sita est quassatio. haec superius confractio.
 Nam in greco unum uerbum est. & reputatum.
 ei iustitiam. in generatione & generatione.
 usque in sempiternum. De hoc reputauit
 sacerdos suo in iustitiam. non solum qua-
 diu generatio est. sed usque in sempiternum.
 qui cor scrutatur. & nouit ascendere. quan-
 ta id factum sit populi caritate. Et ini-
 tauerunt eum ad aquam contradictionis.
 & exatus est moyses propter eos. quia exa-
 cerbauerunt spiritum eius. & distinxit in labi-
 is suis. quid est distinxit. quasi illud non pos-
 set deus facere. qui tanta iam fecerat. ut aqua
 de petra proflueret. Dubitauerunt enim pe-
 tram uirga percussit. & ideo miraculum hoc
 distinxit a ceteris miraculis. in quibus non
 dubitauerat. hinc offendit. hinc audire
 meruit ut moreretur. ne intraret in terram
 promissionis. Perturbatus enim murmuratio-
 ne populi infidelis. non tenuit fiduciam
 qualem debuit. Cui tamen deus. tanquam
 electo suo. & iam post mortem eius. bonum
 perhibet testimonium. ut intellegamus
 illam fidei eius titubationem. hac sola pena
 fuisse correptam. quod in eam terram quo
 populum ipse ducebat. non est permissus
 intrare. Absit autem ut eum credamus ali-
 enatum a regno gratiae dei. quod significabat.
 illa terra promissionis. Unde lac & mel

defluere dicebatur. Hoc enim potius tes-
tamentum aeternum. quod disposuit ad a-
braham non secundum carnem patrem nos-
trum. sed secundum fidem. Illi autem de quo-
rum iniquitatibus iste loquitur psalmus.
cum in illam temporalem terram promissio-
nis intrassent. non disperdiderunt gentes
quas dixit dñs illis. Et commixti sunt in-
ter gentes. & didicerunt opera eorum. Et
seruierunt sculptilibus eorum. & factum
ē illis in scandalum. illud quod eas non dis-
perdiderunt. sed eis commixti sunt. factū
illis in scandalum. Et immolauerunt fili-
os suos & filias suas demoniis. Et effuderunt
sanguinem innocentem. sanguinem filiorū
suorum & filiarum suarum. quas sacrifica-
uerunt sculptilibus canaan. immolasse fi-
lios suos & filias suas demoniis. & idolis. non
eos illa narrat historia. Sed neque iste
psalmus mentiri potest. neque prophē-
te. qui hoc dicunt multis increpationum
suarum locis. habuisse uero istam consue-
tudinem gentes. nec eorum litterae tacuerunt.
Sed quid est quod sequitur. Et interfecta ē
terra in sanguinibus. Putarem enim
scriptoris errorem. eumque diceremus
pro eo quod est infecta. fecisse interfecta.
Nisi haberemus beneficium dī. qui scriptu-
ras suas in multis linguis esse uoluit. atq.
ita esse scriptum. Interfecta est terra
in sanguinibus eorum. inspectis grecis
codicibus uideremus. Quid est ergo
interfecta est terra. nisi hoc referatur
ad homines qui habitant in terra tro-
pica locutione. qua significatur per id
quod continet. id quod continetur. sicut
dicimus malam domum. in qua mali ha-
bitant. & bonam. in qua boni. Ipsi nāq.
interficiebant animas suas. immolan-
do filios suos. & effundendo paruulorum.
a consensione illius sceleris alienorum.
unde dictum est. effuderunt sanguine

sanguinem

innocentem. Ergo interfecta ē terra
in sanguinibus. & contaminata ē in operib.
eorum. Cum interfecti sunt ipsi in anima.
& contaminati sunt in operibus suis. & for-
nicati sunt in aduentionibus suis.
Has dicit aduentiones. quae greci-
epite deūmata appellant. Nam hoc
uerbum est in codicibus grecis. & hoc lo-
co. & superius. ubi dictum est. Intraue-
runt eum in aduentionibus suis. Cum &
illic & hic eas dicat aduentiones. in
quibus alios imitati sunt. Non itaque
sic dictas arbitremur aduentiones.
quasi ab ipsis institutas. nullo in alius pre-
cedente quod imitarentur exemplo.
Unde alii interpretes nostri. non aduuen-
tiones sed studia. Alii uero affectiones
uel affectationes. Alii uoluntates dicere
maluerunt. Et idem ipsi dixerunt ad-
uentiones. Alio loco studia posuerunt.
Hoc commemorare uolui. ne questionem fa-
ceret nomen aduentionis in ea re. quā
non a se ipsis excogitauerunt. sed alios imi-
tati sunt. Et iratus est in populo suo furo-
re dñs. Noluerunt quidam interpretes
nostri. iram ponere. in eo quod grecus
habet thimōs. sed quidam posuerunt. qui-
dam uero indignationē. quidam animum
interpretati sunt. Quod libet autem ho-
rum dicatur. perturbatio non cadit in dñm.
sed de consuetudine translatum. potentium
uindicandi hoc nomen accepit. et ab homi-
natus est hereditatem suā. Et tradidit eos
in manus gentium. & dominati sunt eorum
qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos
inimici eorum. & humiliati sunt sub manu
eorum. quando eos hereditatem dī uocauit.
manifestum est quod non ad perditionem
sed ad disciplinam eos abominatus est. & tra-
didit in manus inimicorum. Denique sequi-
tur. Sepe liberauit eos. Ipsi autem exacer-
bauerunt eum in consilio suo. hoc est quod

superius ait. non sustinuerunt consilium eius.
 Perneiosum est autem consilium hominis.
 Ipsi homini. quò ea querit quae sua sunt. non
 quae di sunt. in cuius hereditate quod ipse
 nobis est. cum adstruendum se prebere digna
 tur. nullas patiemur cum se. societas an
 gustias. dilectioni rei nostrae quasi prauis.
 Gloriosissima quippe illa ciuitas. ad epta
 pmissam hereditate. in qua nullus morie
 tur. nullus oritur. Non habebit ciues
 qui singuli gaudeant suis rebus. Quia deserit
 omnia in omnibus. cuius societas. quisquis
 in hac peregrinatione fideliter & flagrant
 desiderauerit. assuescit preferre priuatis
 communia. non sua querendo. sed quae ihu xpi
 ne sibi sapiens & sibi consulens. exacerbet & dñm
 consilio suo. Sed sperans quod non uideat. non
 festinet fieri de his quae uidentur. beatus.
 Neque illud aeternum quod non uideatur. pati
 enter expectans. eius in promissionibus sequa
 tur consilium. cuius intemptationibus preca
 tur auxilium. Ita erit humilis in confessio
 nibus suis. ne fiat istorum similis. De quibus
 dicitur. Et humiliatis sunt in iniquitatibus
 suis. dñs tamen plenus misericordia non negle
 git eos. & uidit cum tribularentur. cum
 audiret orationem eorum. & memor fuit
 testamenti sui. & penituit eum secundam
 multitudinem misericordiae suae. penituit
 dictum est. quia mutauit quod eos perditurus
 uidebatur. Et apud dñm quidem disposita
 fixa sunt omnia. nec aliud facit quasi consilio
 repentino. quod ex aeternitate se facturum
 esse proficiuit. sed in creaturq; temporalibus
 motibus. quae gubernat mirabiliter. ipse non te
 poraliter motus. quasi repentina uoluntate
 facere dicitur. quod ordinatis rerum causis.
 consilia sui secretissimi inmutabilitate dis
 posuit. quae suis quaeque temporibus agit.
 & praesentia facit. & futuram non fecit.
 & adhuc quis idoneus. Audiamus itaq; scrip
 turam. humiliter excelsam dicentem. cum &

paruulis nutriendis sumenda porrigit. & ma
 ioribus exercendis per scrutanda proponit.
 Et uidit cum tribularentur. cum audiret
 orationem eorum. & memor fuit testam
 ti sui. utiq; testamenti aeterni. Quod dispo
 suit ad abraham. non ueteris quod aboletur.
 sed noui. quod & iam in uelere absconditur.
 Et penituit eum secundum multitudinem mi
 sericordiae suae. hoc fecit quod disposue
 rat. sed contribulatis & orantibus. id
 concessurum esse precauerat. quia & ipsa
 oratio eorum cum ad hunc non esset. sed futura
 esset. dñm proculdubio non laterat. & de
 dit eos in misericordias. ut essent non uasa
 irae. sed uasa misericordiae. Ideo autem pu
 to pluraliter. misericordias dictas dictas.
 in quas eos dedit. quia unus quisq; propriū
 donum habet ad dō. Alius sic. Alius autem sic.
 Dedit ergo eos in misericordias. in conspectu
 omnium qui coeperant eos. Age nunc quis
 quis haec legis. & gratiam dñi qua in aeter
 nam uitam per dñm nostrum ihu xpm. re
 didimus. legendo in apostolicis litteris.
 In prophetis autem scrutando cognoscis.
 & uetus testamentū in nouo reuelatum.
 In ueteri nouum uelatum fuit. recole quae
 dixerit apostolus paulus. principem potes
 tatis aeris. qui operatur in filiis infideli
 tatis. & illud ubi ait de quibusdam. ut resipis
 cant de diaboli laqueis capti. uati ab ipso
 secundum ipsius uoluntate. & uerba dñi
 nostri ihu xpi. ubi eum expellens de fidelium
 cordibus. Nunc ait princeps huius mun
 di. missus est foras. Et ipsius itidem apos
 toli dicentis. qui eruit nos de potestate
 tenebrarum. & transtulit in regnū filii
 suae caritatis. Haec atq; huius modi ra
 tio tinatus. intende animū & in litteras
 uetus testamenti. & uide quid canter tur
 in eo psalmo. cuius est titulus quando do
 mus edificabatur post captiuitate.
 Ibi enim dicitur. Caritate dño caritatem

nouum; & ne existimes ad iudeorum populū
tantum modo pertinere. Cantate inquit
dño. omnis terra. Cantate dño & be-
nedicite nomini eius; nuntiate. uel po-
tius bene nuntiate; immo ut ipsum uer-
bum. quod in greco positum est transferā.
euangelizate diem ex die. salutare eius.
Hinc enim euangelium nuncupatum est in
quo adnuntiatur dies ex die. dñs ih̄s xp̄s
lumen ex lumine. filius ex patre.
Hoc enim salutare eius. quia salutare dī
xp̄s est; sicut superius iam demonstra-
uimus; adnuntiate in gentibus gloriam
eius. in omnibus populis mirabilia eius.
Quo magnus dñs & laudabilis ualde.
terribilis est super omnes deos.
Quo omnes di gentium demonia. Iste er-
go inimici cum rege suo diabolo. captiuū
tenebant populū dī. De qua captiuita-
te cum redidimur. & princeps huius mun-
di mittitur foras. & edificatur domus post
captiuitatem. Cuius lapis angularis est
xp̄s. qui duos condidit in se. in unum nouū
hominem faciens pacem; quam dies ex die
ueniens euangelizauit eis. quierant pro-
pe. & eis qui erant longe faciens utraque
unum. Et adducens alias oues quae non
sunt ex hoc ouili. ut sit unus grex & unus
pastor. Ita dedit dī in misericordias
prediſtinatas suos. quia non uolentis neq.
currentis sed miserentis est dī. & in con-
spectu omnium qui ceperant eos.
Huius ergo inimici. diabolus & angeli eius. cap-
tiua uerant prediſtinatos in dī regnum
& gloriam. A redemptore autem nostro
foras missi. qui dominari in fidelibus sole-
bant intrinsecus. fideles oppugnant ex-
trinsecus. sed oppugnant. non expugnant
eos qui adprehendunt turrē in fortitu-
dinis a facie inimici. Ut autem op-
pugnant sentiunt in nobis esse infirmi-
tatis reliquias. propter quas dicimus.
dimitte nob̄ debita nr̄a. propt̄ quas dicimus.

ne nos inferas in temptationem. sed libera-
ma malo. His itaque inimicis eiecus perfi-
cit dñs xp̄s sanitates in corpore. cui caput
est saluator corporis. Ut in eo ipso cor-
pore suo terra consumatur. Sic enim dixit.
ecce eicio demonia. & sanitates perficio ho-
die & cras. & tertio consumor. id est perfici-
or. Occurrit enim omnibus nobis in unum
perfectum. in mensuram aetatis plenitudi-
nis xp̄i. itaque eiecus demonis. a quibus
captiuū tenebamur. perficit sanitates.
Ideo h̄c cum dixisset. Et dedit eos in misericordias.
in conspectu omnium qui ceperant
eos. Tamquam eiecus demonis qui ceperant.
fit oratio ut perficiat sanitates. Saluos.
nos fac dñe dñs noster. & congrega nos de nati-
onibus. Uel sicut alii codices habent. de gen-
tibus. Ut confiteamur nomini sc̄o tuo. & glo-
riemur in laude tua. Deinde breuiter sub-
iecit ipsam laudem. Benedictus dñs dī isrl̄.
a seculo & usque in seculum. quod intellegi-
mus. ab aeterno usque in aeternum. quia
sine fine laudabitur ab eis. De quibus dicitur.
beati qui habitant in domo tua. in se-
cula seculorum laudabunt te. ipsa est
tertia consummatio corporis xp̄i. eiec-
tis demonis. & perfectis sanitatibus.
usque ad ipsius immortalitatem corporis
regnum sempiternum perfecte laudanti-
um. quia perfecte amantiū. Perfecte
autem amantiū. quia facie ad faciem
contemplantiū. Tunc enim perficitur.
quod in primordio psalmi huius oratum
est. oremus nostri dñe in beneplacito po-
puli tui uisita nos in salutaris tuo. Ad uiden-
dum in bonitate electorum tuorum ad-
herendum in l̄ra gentis tuae. ut laude-
ris cum hereditate tua. Non enim de gen-
tibus. solas congregat oues. quae perierunt
domus israhel. Sed eas & iam quae non sunt
de illo ouili. ut sit unus grex. ut dictum ē.
& unus pastor. Iudei uero computant ad

49
suum regnum uisibile. istum pertinere
prophetiam: quia spe inuisibilium bono-
rum gaudere non norunt. in laqueos il-
lius ruitur sunt. de quo dñs ait. Ego ueni
in nomine patris mei. & non suscepistis me.
Alius uenit in nomine suo. hunc suscipistis.
De quo & paulus apostolus dicit. quia reuela-
bitur ille homo peccati. filius interitus.
qui aduersatur. & super extollitur supra
omne quod dicitur dñs aut quod colitur. ita
ut in templo dñi sedeat. Ostendens se tamquā
filius dñi. & paulo post. Tunc reuelabitur inquit
iniquus quē dñs ih̄s interficiet & spū oris sui.
& euacuabit in laminatione presentiae suae.
eum cuius est presentia secundum operatione
satanę. in omni uirtute. & signis & prodigijs
mendacii. & in omni seductione iniquitatis
his qui pereunt. pro eo quod dilectionem
ueritatis non receperunt ut salui fierent.
Et ideo mittet dñs illis dñi operationem ut cre-
dant mendacium. ut iudicentur omnes.
qui non crediderunt ueritati. sed consensē-
runt iniquitati. per istum refugam per
istum qui se extollit & supra omne quod di-
citur dñs. & quod colitur. Videtur mihi
populum israhelitarum carnalium pu-
taturum impleri istam prophetiam. quia
dictum est. saluos nos fac dñe dñs noster &
congrega nos de gentibus. quod illo duce ue-
lut in conspectu inimicorum suorum uisi-
bilium qui eos uisibiliter captiuauerant.
habitu sint uisibilem gloriam. sic credent
mendacium quia dilectione ueritatis non re-
ceperunt. ut non bona carnalia sed spirita-
lia concupiscerent. Sic enim a diabolo
decepti sunt. ut occiderent xpm. quan-
do dixerunt. sidimus timus eum sic om̄s
credent in eum. & uenient romani & tol-
lent nostrum & locum. & gentem. quan-
do caphas unus ex ipsiis cum esset ponti-
fex anni illius. dixit eis. uos nescitis quic-
quam nec cogitatis. quia expedit nobis ut

unus moriatur homo pro populo. & non data
gens pereat. Hoc autem sicut euangelis-
ta intellexit. non a se ipso dixit. Sed cum
esset pontifex anni illius prophetauit. quia
unus moriturus erat pro gente. & non tan-
tum pro gente. id est pro ouibus quae pe-
rierant domus israhel. sed ut filios dñi
qui erant dispersi congregaret in unum.
Habebat enim alias oues quae non erant
de illo ouili. istas uniuersas oues. & de
israhelitis & de gentibus. diabolus & uis
angeli captiuauerunt. Expulso itaque
ab eis diaboli dominatu. in conspectu ma-
lorum spirituum qui eas captiuauerant
ut saluentur. & perficiantur in aeter-
num. uox earum est in propheta.
Saluos nos fac dñe dñs noster. & congrega
nos de gentibus. non sicut per anti christū
conpleri existimant iudei. sed per
xpm dñm nostrum uenientem in nomi-
ne patris sui. diem ex die salutare eius.
De quo & hic dictum est. uisita nos in salu-
tari tuo. & dicitur omnis populus iste. predes-
tinatorum decursum cisione & preputio.
gens sc̄a. populus in adoptionem. fiat fiatam.
EXPLICIT TRACTUS DE PSALMO. C. V.

INCIPIT TRACTUS DE PSALMO. C. VI.

PSALMUS ISTE. MISERATIONES Dñi
commendat nobis. probatas in nobis. &
ideo experitius est dulcior. & mirum si pote-
rit suauis esse cui libet. nisi illi. qui id
quod in isto audit. in se didicit. Non tam
uni alicui uel duobus. sed populo dñi conscyp-
tus est. & ad se cognoscendum tamquam
in speculo prepositus. Cuius titulus. non nunc
tractandus est. Est enim att & bis att.
quod nobis cantare certo tempore. sol-
lemniter moris est. secundum antiquā
ecclesiae traditionē. Neque enim &
hoc sine sacramento. certis diebus can-
tamus alleluia. Certis quidem diebus

cantamus. sed omnidie cogitamus.
Sic enim hoc uerbo significatur laus dñi. & si
non in ore carnis. certe in ore cordis. semp
laus eius in ore meo. Quod autem non se
mel sed bis habet alleluia. titulus iste.
non huius psalmi proprium. sed & alius supe
rior sic habet. Et quantum appareret ex eius
textu. cantatus est ille de populo israhel.
Cantatur autem iste de uniuersa ecclesia dñi.
diffusa toto orbe terrarum. forte non
in merito bis habet alleluia. propter quod
clamamus. abba pater. Cum aliud nihil
sit abba quam pater. Non tamen frustra dixit
apostolus. in quo clamamus abba pater. nisi
quia unus quidam patet ueniens ad lapidē
angularem. clamat abba. alius ex alio late
re. clamat pater. In illo utiq; lapide an
gulari. qui est pax nra qui fecit utraq; unū.
Uideamus ergo hic quid admoneamur. & un
de gratulemur. & unde gemamus. & unde
auxilium postulemus. Unde deseramur.
unde nobis subueniatur. quid simus per
nos. quid per misericordiam dñi. Quomodo
nra superbia conteratur. ut illius gratia
glorificetur. unicuique hominum quod dic
turus sum. si fieri potest. occurrat in se.
Loquor autem hominibus qui ambulat
uiam dñi. & constituti sunt in aliquo prouec
tu spiritali. unde qui forte propter hoc
minus me intellegunt. inueniant ubi
sint. & proficiendo ad intellectum festinem.
Non autem arbitror deseraturum dñi. cona
tum nostrum. ut ad omnes perueniat quod
loquimur. siue expertos siue in expertos.
ut experti adprobent. in experti deside
rent. & omnibus suauis sit disputatio
mea. quae primum dño suauis erit. siue
re dicent. Veridica autem erit. si non
mihi a me. sed ab illo erit. Sic coepit psal
mus. Confitemini dño. quō suauis est. quō
in seculū misericordia eius. Hoc confite
mini quō suauis est. si gustastis confitemini.

Non potest autem confiteri qui gustare no
luit. Unde enim dicitur est. suauis esse
quod nescit. Uos autem si gustastis quam su
auis est dñs. Confitemini dño quō suauis est.
si gustastis auiditate confessione ruerate.
In seculum enim misericordia eius. id est in
aeternum. Hic enim ita positum est seculū.
quia & in non nullis scripturis locis. in seculum
id est quod grece isona dicitur. in aeternum
intellegitur. Neque enim misericordia eius
ad tempus est. & non in aeternū. cum deo sit
super homines. haec eius misericordia. ut
uiuam cum angelis in aeternum. Dicant
qui redempti sunt ad dñm. Redemptus qui
dem uidetur & populus israhel. de terra
aegypti. de manu seruitutis. ex laboribus in
fructuosus. ex operibus luteis. Uideamus ta
men utrum ipsi sint qui haec dicunt.
qui ab aegypti liberati sunt ad dñm. non tamen.
sed qui sunt isti quos redemit de manu inimi
corum. Adhuc potest quisque & illos acci
pere redemptos de manu inimicorum.
Hoc est aegyptiorum. propriae expriment
quis sint. propter quos haec libet psalmus iste
cantari. De regionibus congregauit eos.
Possunt esse adhuc regiones egypti.
Multae enim & iam unius prouintiae regio
nes sunt. Aperte dicat ab oriente & loc
casu. ab aquilone & mari. istos ergo nunc
redemptos intellegimus. in toto orbe terrarū.
populus hie dñi. de magna & lata aegypti libe
ratus. tanquam per mare rubrum ducitur.
ut in baptismo puniat inimicos. Sacramen
to enim tanquam rubri maris. baptismo
scilicet xpi sanguine consecrato. in seque
ntes aegypti peccata delentur. & te
dente. nullus quate premar. remanet inimi
cus. Isti ergo dicant haec. & audiamus
iam fratres. quō dicitur iste populus dñi. quid a
gatur in congregatione omnium gentium re
dempta post xpm. Non quasi simul con
tingunt haec quae cantantur in omnibus.

sed in singulis quibusque credentibus.
 In populo autem illo aliter: totus enim
 populus: tota illa gens: ex semine abrahe
 secundum carnem: tota multitudo domus
 israel: semel educta est ex aegypto: semel
 per mare rubrum ducta: semel ad terram
 promissionis perducta: Simul enim omnes
 erant: in quibus haec contingebant.
 Haec autem omnia: in figura contingebant
 illis. Scripta sunt autem ad correptionem
 nostram: in quos finis seculorum obuenit.
 Nos uero simul omnes: sed paulatim: singul
 latimque credentes: congregamur in unam
 quendam ciuitatem: & in unum populum dei.
 Sed in uno quoque nostrum & iam singulo:
 contingunt haec quae scripta sunt: contin
 gunt in populo: Et enim populus de singu
 lis: non singuli de populo: Numquid enim
 unus homo ex populo: sed populus ex singulis
 hominibus constat: Quicquid ergo cum
 loquor agnoueris in te: quisquis ex pertus es:
 noli cogitando quasi remanere in te: & putare
 quod in solote contingit: sed crede continge
 re: ista aut in omnibus: aut prope in omni
 bus: quae ueniunt ad hunc populum: & de ma
 nu inimicorum: pretioso sanguine redimur
 tur: Rep&atur enim assidue: quod
 cantabimus modo: Confiteantur dno mi
 serationes eius: & mirabilia eius filii hominum.
 Istos uersus quantum ad uertere potui: quod
 potestis & uos qui ferre potest: in quo nume
 ro quantum dno adiuuante scutari ualimus:
 significat nobis quattuor quasdam temptati
 ones: ex quibus nos liberat: cui confitentur
 suae miserationes: Fac enim hominem primo
 nihil querentem: secundum uitam uiderem se
 ductoria securitate uiuentem: Nihil putan
 tem aliud esse post hanc: quandoque finien
 dam: negligentem quendam: & suo corde obru
 tum: cor habentem in lecebris mundi: & mor
 tiferis delectationibus consopitum: ut exci
 tetur: iste ad querendam gratiam dei: ut fiat

sollicitus: ut tamquam de somno euigilet.
 Nonne manus dei excitat eum: Sed tamen
 a quo sit excitatus: ignorat: Incipit autem
 esse iam dei: cum cognouerit ueritatis fide.
 Sed antequam cognoscat: dol& errorem
 suum: Inuenit enim se in errore: uult
 cognoscere ueritatem: pulsat: ubi potest:
 temptat: quod potest: uagatur: quam po
 test: famem & iam patitur ipsius uerita
 tis: Prima ergo temptatio est: erroris
 & famis: ubi in hac temptatione fati
 gatus: exclamauerit ad dm: perducitur
 ad uiam fidei: unde incipiat pergere ad
 ciuitatem quietis: perducitur ad xpm:
 qui dixit: ego sum uia: cum ibi fuerit ia
 sciens: quid obseruare debeat: Nonnum
 quam multum sibi tribuendo: & qua
 si de suis uiribus presumendo: incipit
 conflare uelle contra peccata: & prop
 ter superbiam superari: Inuenit
 ergo seligatum difficultatibus cupidita
 tum: & non posse uiam propter compe
 des ambulare: Inclusum se sentit diffi
 cultate uiciorum: & tanquam muro im
 possibitatis erecto: portisque clausis: quae
 uadat: ut recte uiuat: non inuenit: iam
 scit quomodo uiuere debeat: Prius enim
 in errore erat: & famem ueritatis paci
 ebatur: Accepit autem iam cibum
 ueritatis: & positus est in uia: Audit:
 uiue bene secundum quod nosti: Ante
 enim non noueras: quem admodum uiue
 res: modo accepisti: & nosti: conatur: non
 potest: Ligatum se sentit: exclamat
 ad dm: Secunda ergo temptatio est
 difficultatis: in bene operando: sicut illa
 prima: erroris & famis: exclam& in hac
 hora ad dm: liberat de necessitatibus:
 rumpit uincula difficultatis: constitu
 & in operatione aequitatis: Incipit ei
 iam facile esse: quod difficile fuerat:
 abstinere a malis: non adulterare: non

furtum facere. non homicidium. non sacrilegium. non alienum concupiscere. facta est facultas quae fuerat antea difficultas. potuit dominus hoc sine difficultate prestare. sed si hoc sine difficultate haberemus. largitorem huius boni non agnosceremus. Si enim primitus cum uellat posse. & non sentiat aduersus esse obnitentes cupiditates. nec uinculis suis grauata anima consideretur. suis uiribus tribuet. quod se posse sentiret. & non confiterentur domino miserationes eius. post has duas temptationes. prima. erroris. atque inopis ueritatis. secunda. difficultatis bene operandi. Tertia temptatio excipit hominem. Eiloquor qui iam transit has duas. Nam iste duplex. fateor multis notus sunt. Quis enim nescit se ab ignorantia uenisse ad ueritatem. ab errore ad uiam. a fame sapientiae ad uerbum fidei. Deinde multi luctantur cum difficultatibus uitiorum suorum. & ad hoc consuetudini conligati gemunt. tamquam in clusura & conpedibus. Agnoscunt. & istam temptationem. quam uis. tam dicant. si forte dicunt. infelix homo. qui me liberabit de corpore mortis huius. Nam uide artissima uincula. Caro inquit concupiscit aduersus spiritum. spiritus aduersus carnem ut non ea faciat. Proinde quia est aduersus spiritum. ut quem admodum noluit esse adulter. sic non sit. quomodo noluit esse fur. sic non sit. & cetera illa omnia quae uolunt homines uincere. & sepe inplexi superantur. ut exclament ad dominum. & de necessitatibus eorum eruat eos. & deliberatis. confiteantur domino miserationes eius. Quisquis ergo talis est. euit illas difficultates. & probabiliter iam conuertatur inter homines. sine ulla querel

la malorum morum. excipitur temptatione. Tercia te du cuiusdam inmortem huius uite. Ita ut aliquando eum negligere. ne conare delectat. Tercia temptatio. priori contraria. Prius enim periclitabatur fame. postea fastidio. Unde & hoc. nisi de quodam languore animae. Otio nonne inlicitum adulterium. nec tamen delectat uerbum. Jam post periculum in peritiae & concupiscentiae. de quibus duobus te euasisse letaris. Uide ne tedium fastidium quae nec te non est. & ista leuis temptatio agnoscere. in illa exclama ad dominum. ut de necessitatibus tuis. & iam hic liberat te. & de hac temptatione liberatus cum fueris. confiteantur illi miserationes eius. Liberatus autem ab errore. liberatus ad difficultatem bene operandi. liberatus a tedium fastidioque uerbidi. fortassis dignus eris. cui populus comitatur. Constituatur in gubernaculis nauis. rector ecclesiam. Ibi quarta temptatio. tempestatis maris. quatit ecclesiam. turbantis gubernatorem. Denique tres illas temptationes. experiri potest omnis pius fidelis in populo dei. Quarta ista nostra est. Quantum enim plus honoramur. tanto plus periclitamur. Metuendum est. ne a ueritate aliquem uestrum aueritate. periculum erroris. Metuendum est. ne uincat unumquemque cupiditas sua. & eligat eam sequi. quam exitus difficultatibus exclamare ad dominum. Metuendum est. ne unusquisque uestrum sapiat uerbum dei. & fastidio moriatur. Temptatio uero gubernandi. temptatio periculorum in regenda ecclesia. nos peritissimum tangit. sed quomodo. & uos alieni eritis. si uis tota periclitabitur. Quod ideo dixi. ne in hac quarta temptatione. tamquam nostra propria minus solliciti sitis. & pro nobis oretis minus.

Quid enim quia ad eadem gubernacula
 non se detis non in eadem nauigatis.
 Post has quatuor temptationes quatuor
 or exclamationes quatuor liberationes
 quatuor miserationum dominicarum
 confessiones generaliter in hoc psalmo &
 consequenter ipsa commendatur ecclesia
 ut euidentissime noueritis. De qua psal
 mus ab exordio loquebatur. Commendat
 autem ita. ut nobis in omnibus di gratia
 predicetur. qui superbis resistit. humilib;
 autem dat gratiam. Quia ideo ille uenit.
 ut qui non uident uideant. & qui uident ceci
 fiant. Quia omnis uallis implebitur. & om
 nis mons & collis humiliabitur. quo commen
 dato dicitur aliquid. quod & iam de hereticis
 intellegatur. quibus tamquam ciuilibus bel
 lis. quattuor ecclesia. & concluditur psalmus
 quem iam exposui breuius fortasse. quam
 putabatur. Nam usque adeo me istum totum
 psalmum aliquantum prolixum. exposuisse
 arbitror. ut iam officium a me non expecte
 tis disputatoris. sed bene lectoris. si tenetis
 quae dixi. Puto enim sunt ante uestros
 oculos constituta. sed ut melius commenden
 tur. breuiter replacentur. Prima tempta
 tio erroris & famis uerbi. Secunda difficul
 tatis uincendarum concupiscentiarum.
 Tercia tedii atque fastidii. Quarta tem
 pestatis & periculorum ingubernandis ec
 clesis. & in his omnibus exclamationes &
 liberationes. & miserationum di confessiones.
 ad extremum ipsius ecclesiae fit commen
 dato. quae salua facta e per gratiam di non
 per meritum suum. Et commemoratur ini
 micorum afflictio. propter superbiam. quib;
 extinctis. erecta est ecclesia. & propter
 insidias quasdam deminationis. ab hereti
 cis & detrimetorum quodam modo domesti
 corum. ex his circa ecclesiam diuina be
 neficia. & psalmi conclusio legamus iam
 magis quam disseramus. Dicant qui redemp

51
 tisunt adno. quos redemit de manu inimico
 rum. de regionibus congregauit eos.
 Ab oriente & occasu. & a quilone. & mari.
 Xpiani ergo ipsi dicant. de toto orbe
 conuocati. Errauerunt in solitudine in
 sititate. uiam ciuitatis habitationis
 non inuenerunt. errorem miserabilem
 audiuimus. quidde inopia. esurientes &
 sitientes. anima eorum in ipsis defecit.
 Sed quare defecit. cui bono. non enim
 crudelis est di. Sed se commendat quod ex
 pediat nobis. ut nobis deficientibus rogetur.
 sed subueniens ametur. & ideo post hunc
 errorem & famem & sitim. Exclamauer
 ad dnm cum tribularentur. & de necessitati
 bus eorum eruit eos. Et quid illis presti
 tit. quia errabant. & deduxit eos in uia
 rectam. Viam habitationis non in
 uenerunt. nec ciuitatis. Fame & siti
 aestuabant & deficiebant. Deduxit in uia
 recta. ut irent in ciuitate habitationis.
 Quomodo subuenere fame & siti nomen
 dum dicit. sed & hoc expectate.
 Confiteantur dno miserationes
 eius. & mirabilia filii hominum. Dicit
 experti in expertis iam in uia positum.
 iam ad ciuitate inueniendam directi.
 Jam denique a fame & siti liberati. Quo
 satiauit animam inanem. & animam esu
 rientem satiauit bonis. Viue ergo
 bene. iam in uia positus es. iam audisti quid
 agere debeat. quid sperare. Quid aliud
 excipit. quo conaris & superaris. sed en
 tes in tenebris & umbra. Compeditos in
 mendicitate & ferro. Unde hoc nisi
 quia tribuebas tibi. quia gratiam di
 non agnoscebas. quia consilium dmi circa
 te reprobabas. Nam uide quid adiu
 gat. quo in aemericauerunt eloqui adni.
 per superbiam iustitiam iustitiam dmi
 nescientes. & suam uolentes constituere.
 & consilium altissimi exacerbauerunt.

& humiliatum est in laboribus cor eorum;
in hunc & pugna contra concupiscentiam;
dō desistente ab adiutorio laborare potes
uincere non potes. Et cum fueris pres
sus consuetudine tua praua humiliabi
tur cor tuum in laboribus ut iam corde
humiliato discas clamare. Infelix homo
qui se liberabit de corpore mortis huius.
humiliatum est in laboribus cor eorum in
firmati sunt nec fuit qui adiuuaret eos.
Quid ergo restat nisi quare factum est;
Si enim data esset lex quae possit uiuifi
care omnino ex lege esset iustitia.
Sed conclusit scriptura omnia peccato
ut promissio ex fide ihu xpi daretur
credentibus. Lex subintravit ut habun
dar & delictum. Accepisti uerbum acce
pisti preceptum nec desinis facere quod
male faciebas. & accepio precepto auge
peccata per preuagationem superbiae;
Sic te ignorabas uel disce te humiliatus
clamabis. a necessitate liberaberis. libe
ratus miserationes dñi confiteberis.
Exclamauerunt ad dñm cum tribularen
tur & de necessitatibus eorum saluos fe
cit eos. Liberati sunt de secunda temp
tatione restat tēdu atq; fastidii.
Sed primo quid est prestiterit liberatis;
uide. Et eduxit eos de tenebris & umbra
mortis. & uincula eorum dirupit;
Confiteantur dño miserationes eius & mira
bilia eius filiis hominum; Quare quas
difficultates uicit. Quia contriuit por
tas aereas & uictes ferreos confregit;
Suscepit eos iniquitates eorum propt̄
iniquitates enim suas humiliati sunt;
quia sibi tribuebant nondō. Quia sua
iustitiam constituiebant ignorantes ius
titiam dñi humiliati sunt. Inuenerunt
se non posse sine adiutorio eius quide
suis solis uiribus presumebant sed quod
aliud genus restat. Omnē escam ab ho

minata est anima eorum. Jam fastidium pa
tuuntur fastidio languent fastidio pere
clitantur nisi forte putas occidi eos fame
potuisse & non posse fastidio. Vide quid
sequatur cum dixisset. Omnē escam ab
hominata est anima eorum ne quasi eos
putares de facie & ate securos non magis ui
deres de fastidio mortuos. Et ad propin
qua uerunt inquit usq; ad portas mortis.
Quid ergo restat ut & quod te delectat uer
bum dñi non tibi tribuas neque hinc aliqua
infleris arrogancia & laudus cibi in eos qui
fastidio periclitantur superbe insilias in
tellege & iam tibi prestitū esse hoc non
ate tibi esse. Quid enim habes quod non ac
cepisti. Hoc ergo intellegens & hoc utro
atque languore periclitans. Fac quod
sequitur. Exclamauerunt ad dñm cum tri
bularentur & de necessitatibus eorum li
berauit. Et quia languor erat non delec
tari misit uerbum suum & sanauit eos.
Vide quid mali habeat fastidium uide
unde liberat ille ad quem clamat fastidi
ens. Misit uerbum suum & sanauit eos & le
ravit eos. Unde non de errore non de fame
non de difficultate uincendi peccata
sed de corruptela eorum. Quaedam cor
ruptela mentis est fastidire quod dulce est.
Ergo & de hoc beneficio sicut de ceteris su
perioribus. Confiteantur dño misericor
dia eius & mirabilia eius filiis hominum.
Et sacrificent sacrificium laudis. Jam
enim ut laudetur sua uis est dñs. & enun
tiant opera eius in exultatione. Non cu
tedio non cum merore non cum & xietate
non cum fastidio sed in exultatione.
Quarta illa restat in qua omnes pericu
tamur. Omnes enim in nauis sumus.
Alii operantur alii portantur simulta
men omnes & in tempestate periclitantur
& in portu saluantur. Post haec enim
omnia sequitur. Quid descendunt in ma

re in nauibus facientes operationes in a-
quis multis. id est in populis multis.
Aquis enim sepe pro populis poni consue-
uit. testis est in apocalypsi iohannis ubi
interrogans. quae ille aequae essent. respon-
sum est ei. populi sunt. Qui ergo faciunt
operationem in aquis multis. Ipsi uident
opera dñi. & mirabilia eius in profundo.
Quid enim profundius cordibus humanis.
inde plerumque uenti erumpunt. tem-
pestates seditionum & dissensionum nauem
perturbant. Et quid agitur in his uolens
dñs ut ad eum clamarent. & hi qui guber-
nant & hi qui portantur. Dixit. & stetit
sp̄s procelle. Quid est stetit. permansit. per-
durauit. adhuc turbat diu. iactat. seuit.
& non transit. Dixit & stetit sp̄s procelle.
Quid agit iste sp̄s procelle. exaltati sunt
fluctus eius. ascendunt usque ad celos au-
dendo. Descendunt usque in abyssi timen-
do. Ascendunt usque in celos. descendunt
usque in abyssi. foris pugnae. intus timores.
animas eorum in malis tabescebant. Tur-
bati sunt & moti sunt. sicut ebrius. Qui sedent
ad gubernacula. & qui fideliter nauem
manant. sentiunt quoddico. turbati sunt &
moti sunt sicut ebrius. Certe quando lo-
cuntur. quando legunt. quando tractant.
sapientes apparent. Ue a tempestate. &
omnis inquit sapientia eorum absorpta
est. aliquando deficient. Omnia humana
consilia. Quocumque se quisque conuer-
tit. fluctus fremunt. tempestas seuit. bra-
chia deficient. quo protra in pingatur. cui
fluctui. latus non datur. quonauis impulsus
dimitatur. a quibus saxis ne pereat refre-
netur. omnino a rectoribus non uidetur.
Et quid restat. nisi quod sequitur. Et cla-
mauerunt ad dñm cum tribularentur. & de
necessitatibus eorum eduxit eos. Et impe-
rauit procelle. & stetit in auram. Non ste-
tit in tempestate. sed in aura. & siluerunt

52
fluctus eius. Audite de hac re uocem
cuiusdam gubernatoris periclitati. humili-
ati. liberati. Nolo inquit ignorare fra-
tres de pressura nra. quae facta est in asia.
quia supra uis & supra modum grauati sumus.
Uide omnem sapientiam eius absorptam.
ita ut aederet nos inquit uiuere. & quid ui-
uere. & quid ille. ita deficientes desereret.
aut non propterea illi defecerunt. ut ille
apud eos gloriam reperiret. Deniq. quid
sequitur. sed ipsi in nobis in ipsis. Respon-
sum mortis habuimus. ut non confidentes in
nobis simus. sed in deo qui suscitatur mortuos.
Et imperauit procelle & stetit in auram.
Jam illi dese. apud se responsum mortis ha-
buerant. quorum omnis sapientia absorp-
ta erat. & siluerunt fluctus eius. & iocun-
datisunt. quo siluerunt. & deduxit eos
in portum uoluntatis eorum. Confitean-
tur dño miserationes eius. Ubique omni-
no ubiq. confiteantur dño. non merita
nostra. non uires nostrae. non sapientia nra.
sed miserationes eius. ille ametur in omni
nostra liberatione. qui est inuocatus in omni
nostra tribulatione. Confiteantur dño
miserationes eius. & mirabilia eius filii ho-
minum. & uidete unde dicat. unde omnia
ista. prelocutus sit. Unde haec omnia
enumerauerit. ubi agantur haec. exal-
tent eum in ecclesia plebis. & exal-
tent eum hoc est laudent eum. Et laudent eum.
hoc est exaltem eum. Exaltem. laudent
populi. & seniores. negotiatores & guber-
natores. Quid enim fecit in hac secula.
quid constituit. unde illa meruit. quidem
prestitit. quem admodum superbis resis-
tit humilibus gratiam dedit. Superbis. sci-
licet primo populo iudeorum. arroganti &
ex tollenti sed genere abrahæ. & quod
illi gentis sit. credit eloquia di. non eis hec
ualebant ad sanitatem. sed ad exaltationem
cordis. ad tumorem potius. quam ad magni

tudinem. Quid ergo fecit dñs. superbis re-
sistens. humilibus dant gratiam. Ramos
naturales. propter superbiam amputans.
oleastrum propter humilitatem inserens.
Quid fecit dñs. audite hæc duo dñs primum
quemadmodum superbis resistat. Deinde
quemadmodum humilibus dñs gratiam. posu-
it flumina in desertum. Currebant ibi aque.
Currebant prophete. Quære modo apud
iudeos. non inuenis. Posuit enim flumina
in desertum. Exitus aquarum insitum.
Posuit flumina in desertum. Dicant iam
non est propheta & non agnoscit adhuc.
Posuit flumina in desertum. & exitus aqua-
rum insitum. Terram fructiferam in
salinas. queris ibi fidem xpi. non inuenis.
Queris prophetam. non inuenis. queris sacer-
dotem. non inuenis. queris sacrificium. que-
ris templum. non inuenis. Quare hoc.
Quia posuit flumina in desertum. exitus
aquarum insitum. Terram fructiferam
in salinas. Unde. quomodo. amalitia in
habitanti vinea. Ecce quomodo superbis
resistit. Audi quomodo humilibus dñs gra-
tiam. Posuit desertum in stagna aquarum.
& terram sine aqua in exitus aquarum.
& habitare fecit illic esurientes. quò illic
dictum est. tu es sacerdos in æternum. se-
cundum ordinem melchi sedech. Quæ-
ris enim sacrificium apud iudeos. non ha-
bes secundum ordinem aaron. quia posuit
flumina in desertum. queris secundum
ordinem melchi sedech. apud illos. non
inuenis. sed per totum orbem celebratur
in ecclesia. Nolis ortu & occasu. lauda-
tur nomen dñi. & dicit dñs illis. quorum flu-
mina posuit in desertum. non est mihi
in uobis dicit dñs uoluntas. Nec accipia
sacrificium de manibus uestris. quò ab or-
tu solis usq. ad occasu. sacrificium mun-
dum offertur nomini meo. Ubi erant
omnia in munda sacrificium. quando de-

sertum erant. quando squalabant. quando
salinae erant. omnes gentes. ibi nunc fontes.
ibi nunc flumina. ibi nunc stagna aquarum.
& exitus aquarum. Ergo superbis resistit.
humilibus autem dedit gratiam. Jam & habita-
re fecit illic esurientes. quia scilicet paupe-
res & saturabuntur. Et constituerunt ci-
uitatem habitationis. Interim habitationis
inspe. quò quime audit inquit habitat inspe.
Et constituerunt ciuitatem habitationis & se-
minauerunt agros. & plantauerunt vineas. & fece-
runt fructum frumenti. atque gaudere
operarius ille quid dicit. non quia quaero da-
tum. sed requiro fructum. Et benedixit eos.
& multiplicati sunt nimis. & iumenta eorum
non sunt diminuta. hoc est factum. firmum enim
fundamentum dñi stat. quia nouit dñs qui sunt
eius. iumenta & pecora dicunt. in ecclesia sim-
pliciter ambulantes. sed utilia. non multa
docta. sed fide plena. Ergo & spiritalis. &
carnales benedixit eos. & multiplicati sunt
nimis & iumenta eorum non sunt diminuta.
Et pauci facti sunt. & exatis sunt. Unde
hoc de trauer so. immo de interno. ut eni
pauci fierent. ex nobis exierunt. sed non
erant ex nobis. Ideo autem tamquam de
his dicit. de quibus ante loquebatur. ut
cum intellectu discernantur. Quam
quam de eis dem loquitur. propter com-
munia sacramenta. ad populum enim di-
pertinent. & si non per uirtutem. certe
per speciem pietatis. De illis enim audi-
uimus apostolum. in nouissimis tempo-
ribus instabunt tempora seua. Erunt
enim homines seipsos amantes. utique
sibi placentes. utinam sibi displiceant.
& dñm amarent. Utinam in difficultatibus
exclamarent. & in necessitatibus liberaren-
tur. sed multum de se presumentes. pau-
ci facti sunt. manifestum est. patres om-
ni se diuidunt ab unitate. pauci facti.
multi enim sunt. sed in unitate. dum non

separantur ab unitate. Cum enim coe-
 rit a deo non pertinere multitudo unitatis
 in heresi. & in scismate pauci sunt. et pauci
 facti sunt afflictione molorum & dolore.
 Effusus est contemptus super principes.
 Reprobati enim sunt ab ecclesia dei. & magis
 quia principes esse uoluerunt. Ideo con-
 tempti sunt. & facti sunt sal infatuatis.
 proiectus foras. ideo conculcatur ab homi-
 nibus. effusus est contemptus super princi-
 pes. & seduxit eos in inuio & non in uia.
 Illi superius in uia. illi ad ciuitatem directi.
 denique deducti non seducti. Ista autem
 in inuio seducti. quid est seduxit eos. tradi-
 dit in concupiscentias cordis eorum. Hoc
 enim seduxit donauit illos sibi. Nam si pro-
 prie querat ipsi se seducunt. Qui enim se-
 putat esse aliquid cum nihil sit. se ipsum
 seducit. Quid est ergo seduxit eos. dimisit
 eos in inuio & non in uia. Quomodo enim in
 uia homines qui partem tenent. & totum re-
 linquunt. Quomodo in uia. quae est enim uia
 aut ubi agnoscitur uia. **D**s inquit misereat
 tur. & benedicat nos. in lumen & uultum
 suum super nos. agnoscamus in terra uiam
 tuam. in qua terra. in omnibus gentibus
 salutare tuum. utique tales ut minuantur.
 ut pauci fiant. hinc exeunt a multitudine
 unitatis. Omnes exierunt. sicut paulo
 ante commemorauimus dictum de illis. ex nobis
 exierunt. sed non fuerunt ex nobis.
 Si enim ex nobis fuissent. permanissent
 utique nobiscum. Sed si forte nostri sunt
 in ocula praesentia dei. necesse est ut rede-
 ant. quam non nostri adhuc quasi intus.
 & quam multi nostri adhuc quasi foris.
 nouit dñs qui sunt eius. Et illi non nostri
 qui intus sunt. quando occasiones inuenie-
 rint. ex eunt. Et illi nostri qui foris sunt.
 quando occasiones inuenierint. redeunt.
 Illud ergo accipite. quod nouit dñs. secundum
 hoc seduxit eos in inuio. & non in uia.

Et quid de illis fecit. quod dicere coeperam
 quod attente audiat. Potuit illos pati
 intus semper. sed nos de illis non proficeremus.
 Cum autem separati sunt. & per questionem
 malignas inquietant nos. Propositum est
 nobis ex illis. & inquisitionis studium. &
 timoris exemplum. unus quisque tremat
 cum alterum uidet exisse. tamquam ex illi-
 us exire dicatur illi. Quapropter qui se
 putat stare. uideat necadat. Profunt
 ergo. quia exeunt. nam si intus essent. &
 tamquam mali essent. nihil de illis proder-
 sent. quid de illis predictum est in quodam
 psalmo. Congregatio taurorum. id est cer-
 uicatos & superbos. Congregatio tau-
 rorum. inter uaccas populorum. uaccas dicit
 seductiles animas. quae facile consentiunt
 seductoribus tauris. Sed quare hoc exclu-
 dantur hi qui probati sunt argento. ^{ut}
 Quid est ut excludantur. ut appareant.
 ut emineant illi qui sunt probati in elo-
 quio. Cum enim responderetur hereti-
 cis ex necessitate. aedificantur catholi-
 ci. Ex utilitate. hanc sententiam. pla-
 ne paulus expressit dicens. Oportet
 enim inquit hereses esse. ut probati ma-
 nifesti fiant in uobis. Oportet & tauros
 seducere esse. ut probati sunt argen-
 to. manifesti sint. hoc est excludantur.
 Quid est argento probati. Eloquia dñi elo-
 quia casta. argentum igne examinatum. probatum
 terre. purgatum septuplo. Quicumque
 sunt probati in hoc argento. id est in elo-
 quio dñi. Non possunt plene exercere
 hoc argentum. nisi questionibus in quibus
 hereticorum. & hic attendite quia
 non protermissum est. ecce effusus est
 contemptus super principes. super illos
 tauros. quare contempti sunt. aliud ad-
 nuntiantes. Quid sunt contempti. ana-
 themati. ^{est} Quisquis enim uobis adnuntia-
 uerit. preterquam quod accepistis. anathe-

ma sit; Quidam contemptum quam sal
infatuatus qui foras proiectus conculca
tur; & uidete si non principes sunt; ipsum
paulum audite; licet si non aut angelus
de celo euangelizauerit uobis preter
quam accepistis anathema sit;
Principes sunt docti sunt magni sunt la
pides preciosi sunt; quid adhuc dicitur
est numquid angeli sunt; & tamen si ange
lus de celo uobis adnuntiauerit preter
quam quod accepistis anathema sit;
Quia & ipse diabolus angelus de celo lap
sus est; Effusus ergo contemptus super
principes; & adiuuit pauperem amendi
citate; Quid est hoc fratres contempti
sunt principes; & adiuuitus est pauper abiec
tis sunt superbi; & instructus humilis; hoc
fecit; & hoc faciendo adiuuit pauperem
amendicitate; Medicus ille est nihil sibi
tribuens totum de misericordia dei expec
tans; ante ianuam domini eam cotidie cla
mat pulsans ut aperiat eam nudus &
tremens ut uestiatur; oculos in terram de
iciens; & spectus tundens; Istum mendicam
hunc pauperem hunc humilem adiu
uit deus plurimum; & iam de ipsa separati
one hereticorum qui paucifacti sunt
& uexati sunt; & ducti in inuio non in uia;
Denique quod postea ex illis deminutis
seductis paucifactis uexatis in adiuto
paupero quid sit; & posuit sicut oues
familias quasi unum pauperem; & unum
mendicam intellegebas de quo dixit;
& adiuuit pauperem amendicitate;
pauper iste multe familie sunt; pauper
iste multe plebes sunt multe ecclesie
una ecclesia una plebs una familia una
ouis est; & posuit sicut oues familias;
Magna ista misteria magna sacramen
ta quam profunda plena misteriorum
quam dulciter inuenta quam diu la
tentia; Ergo uidebunt recti & iocun

dabuntur; & omnis iniquitas oppilauit
os suum; Quis sapiens & custodit hęc &
intellegit misericordias dei; Uide &
quod clausit; Quis sapiens & custodit
hęc; quid custoditus est sapiens id est
si pauper sit custodiat; si non sit diues id
est non sit superbus non sit inflatus cus
todiat hęc; Quare enim custodit hęc
quia intellegit miserationes domini non me
rita sua non uires suas non potentiam suam
sed miserationes domini qui errantem & ge
mentem in uiam deduxit & pauit; qui
pugnantem aduersus difficultatem peccato
rum & conligatum uinculis consiludini
soluit & liberauit; qui fastidientem
uerbum dei & tedio quodam pene morien
tem missa medicina uerbi sui recreauit;
qui periclitantem inter nau fraga & pro
cellosa discrimina mari placato ad por
tum perduxit; qui eum denique con
stituit in eo populo ubi humilibus gra
tiam dat non in illo ubi superbis resistit;
& fecit eum suum ut intus manens
Multiplicaretur non ut foras exiens minu
eretur; hoc uident recti & iocundantur;
Omnis ergo iniquitas oppilauit os suum;
& sapiens quis est custodit hęc unde
custodit per humilitatem intellegendo
miserationes domini quia ubique dictum est
Confiteantur domino miserationes eius & mi
rabilia eius filii hominum

EXPLICIT DE PSALM CENTESIMO. VI.

INCIPIT EXPOSIT DE PSALMO. C. VII.
Psalum centesimum septimum expo
nendo non putauit. Quo exposui eum in
psalmo quinquagesimo sexto & in psalmo
quinquagesimo nono. Ex quorum postre
mis partibus ita constat; Nam postrema
pars quinquagesimi sexti prima est
huius usque ad eum uersum ubi dicitur
& super omnem terram gloriatus
Hinc autem usque in finem postrema pars est

quinquagesimi noni. Sicut postrema pars
 centesimi. tricentisimique quarti. eandem est
 quae centesimi terciae ab eo uersu ubi dicitur ^{decimus}
 simulacra gentium argenti & aurum.
 Sic tercius decimus & quinquagesimus se-
 cundus. mutatis aliquibus medijs. eadem ha-
 bent omnia principijs usque ad finem. Que-
 cumque igitur in hoc psalmo centesimo septi-
 mo. aliquantulum aliter posita sunt. quam
 in illis duobus. ex quorum partibus constat.
 non habet intellectum difficile. sicut in quin-
 quagesimo sexto dicitur. Cantabo & psallam.
 exsurge gloria mea. In isto autem cantabo
 & psallam in gloria mea. Ad hoc enim dictum
 est. & illuc exsurge. & in illa cantabatur &
 psallatur. item ibi. quomagnificata est
 usque ad celos misericordia tua. uel sic alii
 interpretati sunt. eleuata est. Hic autem
 quomagnificata est super celos misericor-
 dia tua. Ideo enim magnificata est usque
 in celos. ut magna sit in celis. Hoc enim uolu-
 it dicere. super celos. Item in quinquagesi-
 mo nono. & labor & diuidam sicimam.
 hic uero exaltabor & diuidam sicimam.
 ubi ostenditur quod de diu denda sicima
 significatum est. post dñi exaltationem predictum
 futurum. Et illam letitiam ad hanc exaltati-
 onem pertinere. ut ideo letetur quia exalta-
 tur. Vnde alibi dicit. conuertisti luctum
 meum in gaudium mihi. conuertisti saccum
 meum & accinxisti me letitia. item ibi. &
 effraim fortitudo capitis mei. Suscipien-
 do enim fortitudo. id est suscipiendo fortiter
 facit. fructificans in nobis. Interpretatur
 enim effraim fructificatio. Susceptio
 autem ad utrumque. refertur potest. Siue
 cum suscipimus xpm. siue cum ipse nos
 suscipit. qui est caput ecclesiae. Et
 quod ibi ait tribulantes nos. hic ait mi-
 micos nostros. utique idem ipsi sunt. ^{am nota}
 monemur sane isto psalmo. eos titulos.
 Quamquam de historia positi sunt. rectis

sime fieri. ut secundum prophetiam intelle-
 gamus. secundum quod uidemus psalmos esse
 conscriptos. Quid enim tam diuersum secun-
 dum historiam. quam id quod est in titulo
 quinquagesimi sexti. In finem nec corrumpas
 ipsi dauid in titulo in inscriptione. cum fugerit
 a facie saul in spelunca. & in titulo quinquage-
 simi noni. in finem his qui immutabuntur
 in titulo in inscriptione ipsi dauid in doctrina. cum
 succendit mesopotamiam syriam. & syriam so-
 bal. & conuertit iobal. & percussit in ualle
 salinarum duodecim milia. Nam preter
 id quod positum est. in titulo in inscriptione. &
 ipsi dauid. & in fine. cetera ita diuersa sunt.
 ut ille habeat humilitatem dauid. iste for-
 titudinem. ille fugam. iste uictorias. & ta-
 men existorum duorum posterioribus parti-
 bus. quorum tam diuersi tituli sunt. psalmus
 iste componitur. ubi significatur ad unum
 aliquid utrumque concurrere. non super-
 ficie historie. sed altitudine prophetie.
 Copulatis utriusque finibus in hoc uno.
 cuius est titulus. canticum psalmi ipsi da-
 uid. Ne uero illi titulo similis. preter quod
 & iam hic positum est. ipsi dauid. Quomultis
 partibus & multis modis. sicut ad hebræos
 epistola loquitur. Olim dñs locutus est in
 prophetas. eum tamen locutus est. quem
 misit postea ut complerentur eloquia pro-
 phetarum. quot quot enim promissiones dei sunt.

in illo. **EXPLICIT PSALMUS CXXII.**

INCIPIT EXPOSITIO PSALMI CXXIII.

Psalium istum de xpo haberi prophetiam.
 quisquis actus a apostolorum fideliter le-
 git agnoscit. ubi de xpi traditore iude pro-
 phetatum est. quod hic scriptum est. fiant
 dies eius pauci & episcopatum eius accipi-
 at alter. quando mathias in locum iude
 ordinatus. numero apostolorum duodecimus
 adiunctus est. euidenter apparere. sed si de
 illo uno homine. omnia que hic in illo dic-
 ta sunt. intellegere conemur. expositionis

ratio. Non omnimodo ut uix ualebit oc-
currere: Si autem de taligenere hominum
malorum. id est inimicorum xpi. ingratoru
que iudeorum. omnia mihi uidentur pos-
se clarius apperiri. Sicut enim quaedam
dicuntur. quae ad apostolum p & rum pro-
priae pertinere uidentur. Ne tamen
habent inlustrem intellectum. nisi cum
referuntur ad ecclesiam. cuius ille agnos-
citur in figura gestasse personam. prop-
ter primatum quem in discipulis habuit.
sicut est. Tibi dabo clauis regni caeloru.
Et si qua huius modi. ita iudas personam
quodam modo sustinet in inimicorum xpi
iudeorum. qui & tunc oderant xpm. & nunc
per susceptionem perseuerant. e genere
ipsius impietatis oderunt. De quibus
hominibus. & de quo populo. possunt non
inconuenienter intellegi. non solum ea
quae apertius de ipsis in hoc psalmo le-
gimus. uerum. & iam illa quae propriae
de ipso iuda dicuntur expressius. Sicut
est quod commemorauimus. Fiant dies eius
pauci. & episcopatum eius accipiat alius.
Quod apparebit adiuuante dno cum ad eos
uersus tractandi ordine uenerimus.
Incipit ergo ita psalmus. di laudem mea
ne tacueris. quia os peccatoris & dolosi.
super me apertum est. Unde apparere
& falsam esse uituperationem. quam non
tacet peccator & dolosus. & ueram esse
laudem. quam non tacet di. Di enim uerax.
Omnis autem homo mendax. quia non est
homo uerax. nisi in quo loquitur di.
Laus autem maxima est unigeniti filii di.
quia hoc ipsum. quod est unigenitus di fi-
lius. predicatur. Hoc autem non appa-
rebat. sed apparente infirmitate eius
latebat. Cum os peccatoris. & os dolosi. su-
per eum apertum est. Et ideo illud a-
pertum est. quia opera huius uirtus
fuit. Ideo autem dicit apertum os dolosi.

quia odio quod dolo tegebatur. strupit
in uocem. Hoc & iam consequentibus uer-
sibus planius dicitur. Locuti sunt aduer-
sum me lingua dolosa. Tunc utique quan-
do eum tanquam magistrum bonum. cap-
tiosa adulatione laudabant. Unde ali-
bi dicitur. & quime laudabant aduer-
sum me iurabant. Deinde quia eruperunt
clamantes crucifige. crucifige. secu-
tus adiunxit. & sermonibus odii circum-
dederunt me. illi qui lingua dolosa quasi
non odii. sed dilectionis uerba locuti sunt. ideo
aduersum me quia hoc insidiando faciebant.
postea sermonibus non falsae & dolosae di-
lectionis. sed aperti odii circumdederunt
me. & ex pugna uerunt me gratis.

Sicut autem pro gratis amant xpm. sic
impii gratis oderunt. quia sicut uertas.
nullo extra ea proposito. quomodo propt
se ipsam expectatur ab optimis. ita iniqui-
tas a pessimis. Unde & apud auctores
secularium litterarum dictum est de
quodam pessimo. gratuita potius. malus
atque crudelis erat. pro eo inquit. ut di-
ligerent me detrahebant mihi.

Sex sunt in isto genere differentiae. quae
commemoratae. animaduerti facillime
possunt. Reddere bona pro malis. non red-
dere mala pro bonis. reddere bona pro
bonis. reddere mala pro malis. Non
reddere bona pro bonis. reddere mala
pro bonis. Horum duo prima bonorum
sunt. & eorum duorum prius melius.
Postrema duo. malorum. & eorum poste-
rius. deterius. duo media. quodam modo
mediorum. sed eorum prius. propinquius
bonis. posteriorius propinquius malis.
haec in scripturis scis oportet adrende-
re. Reddit bona pro malis. ipse dñs qui
iustificat impium. & pendens in cruce
dixit. pater ignosce illis. qui nesciunt
quid faciunt. Cuius uestigio secutus
et ipsa materia. ponit. xxiii. q. ii. c. p. p.
differentia

Stephanus fixo genu orauit pro lapidan-
tibus. dicens. dñe. ne statuas illis hoc
delictum. Ad quam rem preceptum per-
tin&. diligite inimicos uestros. benefaci-
te his qui oderunt uos. Et orate pro per-
sequentibus. Mala pro malis non esse red-
denda. Paulus apostolus dicit. nulli ma-
lū pro malo reddentes. Et apostolus pe-
trus. non reddentes malum pro malo. uel
maledictum pro maledicto. Vnde & in
psalmis legitur. Si reddidi retribuētibus
mihi mala. duorum postremorum illud
mītius. ad nouem leproso^{rum} pertin&. quicū
mundati essent ad dño. gratias non eger-
unt. Illud uero ultimum. quod nihil est peius.
ad nos pertin&. De quibus in isto legitur.
pro eo ut mediligerent. detrahebant mihi.
dilectionē quippe debebant. tantis dñi
beneficiis quam non solum minime redde-
bant. Verum & iam pro illo bono iⁿproga-
bant malum. duo uero media. quae dixi-
mus hominum quodam modam^{us} mediocriter
iⁿ se habent. ut eorum prius. quod est red-
dere bona pro bonis. habeant boni medio-
criter. uel mediocriter mali. Ideo dñs
hoc reprehendit. sed non uult in eos solo.
suos discipulos permanere. quos uult ad
maiora prouehere. quibus dicit. Si di-
lexeritis eos qui uos diligunt. id est
redderitis bona pro bonis. quam merce-
dem habebitis. idē quid magnum facietis.
nonne & publicani haec faciunt. Uult autē
illos. hoc facere. & longe amplius. idē
ut non solum. amicos. uerum etiam. inimicos
diligant. posterus autē. qđ est reddere mala
pro mala. habeant mali. & mediocriter mali.
ut mediocriter boni. usque adeo. ut lex eis
dederit ulciscendi modum. oculum pro oculo.
dentem pro dente. quae fiduci potest. iniustoru
iustitia ē. non quia iniquum est. ut recipiat
quisque quod fecerit. Alioquin nequaquam

id lex constituer&. sed quia ulciscendi li-
bido uiciosa est. magisque ad iudicem
pertin&. Inter alios hoc decernere.
quam bonum hominē sibi expetere. Qua
propter. impii. ex illa benignitatis summi-
tate delapsi. ubi redduntur bona pro ma-
lis. at quantum malignitatis profunditate
uenerunt. tribuendo mala pro bonis. quan-
to precipitio. tot grados interpositos. tran-
sierunt. Nec parum aliquid putari deb&. adstantam
quia non ait. pro eo ut diligerent me. inter-
ficerent me. sed detrahebant mihi. Ideo
quippe interfecerunt. quia detraxerunt.
negantes filium dī. & dicentes quod in prin-
cipem demoniorum. eicit demonia & demo-
num habet. & insanit. quid eum auditis.
& cetera talia. quia detractione ab illo
auertebant eos. quorum conuersionem ille
quererat. Et ideo potius hoc dixit. ut os-
tender& magis eos noceri. qui xpō detra-
hant. Et per hoc animas interficiunt. quā
qui eius mortalem carnem. Mox preser-
tim resurrectorum. se uendo per imē.
Sed cum dixisset. pro eo ut diligerent me de-
trahebant mihi. quid ait. Ego autem
orabam. non quidem dixit. quid orabat.
Sed melius intellegimus. quam pro eis ipsis.
Cruci fixo enim maxime detrahebant.
quando uelut homini. quem quasi uice-
rant includebant. De qua cruce ille dixit.
pater ignosce illis. quia nesciunt quid faci-
unt. ut quō in profundo malignitatis red-
debant ipsi mala pro bonis. Ille in sum-
mo benignitatis. redder& bona pro malis.
Quam quā bene intellegatur. & iam pro
discipulis orasse. quod & iam ante passi-
onem suam dixit. ne deficer& fides eorum.
Quando ipse pendent in ligno. ut commen-
dar& patientiam. non ostendebat poten-
tiam. Inter uerba detrahentium. quos pos-
set diuina potestate delere. Sed nobis uti

lius erat quod patientiae prebebat
exemplum. quam si suos inimicos sine
dilatione perdendo. ad hoc nos aedifica
r & ut impatienter festinaremus. de his
quos malos patimur uindicare. cum scrip
tum sit. melior est patientis quam fortis.
Docent igitur nos diuina eloquia. dñi cō
exemplum. cum audiuiimus. pro eo ut dili
gerent me. detrahebant mihi. Ego autem
orabam. ut quando aliquos sentimus in
gratos non solum non reddentes bona. sed
in super reddere mala pro bonis. Nos ore
mus. & ipse quidem pro alius. uel sequenti
bus. uel dolentibus. & infide periclitanti
bus. Nos uero & iam pro nobis primitus.
ut animam nostrum dō miserante atque
opitulante uincamus. quo ferimur in ul
ciscendi cupiditatem. cum detrahitur
siue presentibus siue absentibus nobis.
Deinde cum xpī patientiā recordamur
tamquā ipso excitato. Sicut factum est
cum dormiret in nauī. qui per turbatio
nē cordis nostri. tempestatem que tran
quillat. animo sedato atque placato.
oremus & iam pro ipsis detractoribus
nostris. ut securi dicamus. dimitte nob
sicut & nos dimittimus. Sed ille dimit
tebat. qui peccatum quod ei dimittere
tur. utiq; non habebat. Sequitur
autem. Et posuerunt aduersum me
mala pro bonis. Et quasi quereremus. que
mala. pro quibus bonis. Et odium inquit
pro dilectione mea. hic est omnis & mag
nus reatus illorum. Nam quid nocere
potuerunt persequentes. uoluntate
non necessitate morientem. sed ipsum
odium est crimen maximum per se
quentis. quam uis sit uoluntaria poena
patientis. Satis autem exposuit. quem
admodum supra dixerat. pro eo ut dili
gerent me. quia dilectionem. non utiq;

sed dilectioni eius debebant. cum hic ad
didit pro dilectione meam. hanc dilecti
onem. in euangelio commemorat ubi dicit.
Hierusalem hierusalem. quotiens uolui
colligere filios tuos. tanquam gallina
pullo suos sub alas suas. & noluit. De
inde quae pro ipsa impietate recipiant.
Incipit prophetare. & eodem modo illa dicit.
tamquam ulciscendi cupiditate obtre
uit fiant. cum dicantur futura certissima
ueritate. & perdi iustitiam. super tales dig
na uentura. quem admodum futura predi
cendi. uelut specie male optandi. quidam
non intellegentes. putant odium. Odio &
malo animo. malum animum reddi. quo
re uera paucorum est dinoscere. quomo
do placeat plena iniquorum accusatorum
micitias & saturari cupientem. & quam longe
aliomodo placeat iudici. recta uoluntate
peccata puniendi. ille quippe reddit ma
lum pro malo. Iste autē. cum uindicat. non
reddit malum pro malo. quō iustum red
dit iniusto. Quod autē iustum est. utiq; bonū ē.
Punit ergo non delectatione alienae mise
riae. quod est malum pro malo. sed dilec
tione iustitiae. quod est bonum pro malo.
Itaque nec lumini scripturarum calumnia en
tur cecī. nec opinantes quod dñs peccata
non puniat. Ne quasi malum pro malo
reddat. sibi blandiantur iniusti.
Audiamus ergo deinde. quid diuinus sermo
contexat. & in uerbis quasi mala optantis.
Intellegamus predicta prophetantis. & dñi
iusta retribuente. subleuata in eius ae
terna legē mente cernamus. Constitue
super eum peccatorem. & diabolus fit & adex
tris eius. cum superius querella de pluri
bus fuerit. Nunc de uno loquitur psal
mus. Superius autem dixerat. Locuti sunt
aduersum me lingua dolosa. & sermones
odii circui erant me. & expugnauerunt me.

gratis. pro eo ut me diligere detrahe-
bant mihi. ego autem orabam. Et posuerunt
aduersum me mala pro bonis. & odium pro di-
lectione mea. Omnia de pluribus. Nunc
uero quid digni essent pro his iniquitati-
bus suis. & quid eis diuino iudicio futurum
esset pronuntians. Constitue inquit su-
per eum peccatorem. tanquam intendens
in eum quise tradidit talibus de qualibus
suis inimicis loquebatur superius. Cū igitur
hic iudam traditorem secundum scripturam
actuum apostolorum. supplicio debito
pronuntia & puniendum quid est constitue
super eum peccatorem nisi eum quem sequen-
ti uersu indicat cū dicit & diabolus stetit
ad dextris eius. Hoc itaque meruit ut super
se habeat diabolum. id est diabolo subditus
sit. qui xpo esse subditus noluit. Sic & au-
ad dextris eius. Dicitur est quia opera dia-
boli preposuit operibus dñi. Hoc enim cuique
non in merito dextrum dicitur quod pre-
ponit. sicut sinistrae dextera preponit
ideo & de illis qui seculi huius gaudia pre-
ponentes dō. Beatum dixerunt populum
cui hęc sunt. Rectissime dictū est dexte-
ra eorum dextera iniquitatis. Unde
quod dixerunt. Beatum populū cui hęc sunt.
Or eorum locutum est uanitatem. quod
de illis supra dictum est. Cuius autem or
loquitur ueritatem contra illud quod
dixerunt isti. beatum populum cui hęc
sunt. Debet & iam ipse dicere quod in eodē
psalmo legitur quod in eodem psalmo sequitur
Beatus populus cuius dñs dñs ipsorum. Hinc
enim non diabolus est ad dextris. sed dñs sic
alibi dicit. Pro uidebam dñm in conspectu
meo semper quō ad dextris est mihi nec com-
mouear. Diabolus ergo stetit ad dextris
eius quando preposuit auariam sapientiae
& pecuniam salutis suae ut eum traderet
a quo debuit possideri. ne ab illo possidere

tur. cuius opera ipse xps soluit a quo nolu-
it possideri. Cum iudicatur. exeat con-
demnatus. Noluit enim talis esse cui
diceretur intra in gaudium dñi tui.
Sed talis de quo dicitur proicite illū in te-
nebras exteriores. Et oratio eius fiat
in peccatum. quō non est iusta oratio. nisi
per xpm quem uendit in iniquitate pec-
cati. Oratio autem quae non est per xpm
non solum non potest delere peccatū sed
& iam ipsa fit in peccatū. Quando autē
iudas ita orare potuerit. ut oratio eius
fieret in peccatum. queri potest. credendū
antequam dñm traderet & de illo tradi-
do cogitare. Non enim iam poterat
orare per xpm. nam postea quam illum
tradidit. eumque penituit. si per xpm
oraret indulgentiam rogaret. si indul-
gentiam rogaret. spem haberet. si spem
haberet. non sibi desperatione collum liga-
ret proinde cum dixisset. cum iudicatur
exeat condemnatus. ne ab inminente
condemnatione putaretur se potuisse
oratione liberari quam didicerat cū con-
disulis suis. ubi dicitur. dimitte nobis de-
bita nostra sicut & nos dimittimus debito-
ribus nostris. Et oratio inquit eius fiat
in peccatū. Quia non fit per xpm quem no-
luit sequi. sed per sequi. fiant dies eius
pauci. dies eius dixit dies apostolatus
eius qui pauci fuerant. quō ante dñm ip-
sa passione scelere ipsius. & morte con-
sumpti sunt. & tanquam diceretur.
Quid ergo fiet de sacratissimo duodena-
rio in quo non frustra dñs duodecim
habere primos apostolus uoluit con-
tinuo subiecit. Et episcopatū eius ac-
cipiet alter. tanquam dicens. Et ipse
pro suo merito puniatur. & ille nume-
rus subpleatur. Quod si quis quem ad-
modū factū sit scire desiderat. actus

apostolorum legat. fiant filii eius
orfan & uxor eius uidua nutan
tes transferantur filii eius & mendi
cent. Nutantes dictum est incerti
quo eant omni presidio destituti. Eici
antur de habitacionibus suis. Exposu
it quid supra dixerit. transferuntur
Hoc autem totum quomodo uxori eius
filiisque contigerit. sequentes uersus
inducant. Scrutetur foenerator om
nem substantiam eius & diripient alie
ni labores eius. non sit illi adiutor.
Adtuendam dicit. eius potestatem. ideo
sequitur. nec sit qui miseretur pupil
lis eius. Sed quia possent & iam pupilli
eius sine adiutorio & sine tutore inae
rumnis & egestate tamen crescere ge
nus propagatione seruare. Sequitur
& dicit fiant nati eius in interitu in
natione una deleatur nom eius. id est
ut quod de illo generatum est iam non ge
neret. & cito transeat. Sed quid est
quod deinde adiungit. In memoriam
redeat iniquitas patrum eius in conspec
tudini. & peccatum matris eius non dele
atur. ad intellegendum est ut reddan
tur ei peccata. & iam parentum suorum.
ei quippe non redduntur qui fuerit mu
tatus in xpo. & ceperit esse non filius
iniquorum non imitatus mores eorum.
Quia & illud uerissime scriptum est.
Reddam iniquitatem patrum in filios.
& illud quod per prophetam dicitur.
& anima patris mea est. & anima filii
mea est. Anima que peccauerit ipsa
moriatur. Hoc quippe dictum est de
his qui conuertuntur ad dm & non imi
tantur mala parentum suorum. quod
ipse p prophetam euidenter ostendit.
Dicit enim parentum iniquitates eis
non obesse qui iustitiam faciendo dis

similes fuerint. Illud autem quod dictum est
reddam peccata patrum in filios. additum
est qui oderunt me. Hoc est sicut me
oderant parentes eorum. ut quem admo
dum bonorum imitatio facit. ut & iam
propria peccata deleantur. sic malorum
imitatio facit ut non solum sua. sed & ia
eorum quos imitatisunt merita sortian
tur. Si ergo iudas teneret illud ad quod
uocatus est. nullo modo ad eum. uel sua
preterita uel parentum iniquitas perti
neret. Quia ergo non tenuit adoptionem
in familia di sed iniquitatem uetustigen
ris potius elegit. reddat iniquitas patrum
eius in conspectu dmi. ut in eo & iam ipsa
puniretur. & peccatum matris eius non est
in eo deletum. Fiant contra dnm semper.
id est patres eius. & mater eius. fiant con
tra dnm semper. non ut dno aduersentur.
sed ut merita eorum pessima non obliuisc
atur dms in isto. cum illi & ipsa retribuet.
Contra dnm enim dixit in conspectu dmi.
Nam & alii inter pretes sic translulerunt.
Fiant in conspectu dmi semper. Alii uero
fiant coram dno semper. Posuisti iniqui
tates nras in conspectu tuo. semper au
dicit. ut sine remissione. sit tantum illud
scelus. & hic & in futuro seculo. Dispe
reat de terra memoria eorum. patrum
scilicet & matris eius. memoriam dicit
eorum quae in propagatione generationibus
custoditur. Hanc prophetauit de terra
perituram. quia & ipse iudas & filii eius
quiescant tamquam memoria patrum
& matris eius sine successione prolis
sicut superius dictum est in breuitate
unius generationis extincti sunt.
Dicit aliquis & ia in hoc ad penam iu
de pertinere credendum est quod post
mortem eius ad mendicitatem uxor eius
& filii peruenierunt & translatisunt elec

ti de habitationibus suis. Scrutante feneratori omnem substantiam eius & diripientibus alienis omnes labores eius. Nemine adiuuante nec miserante pupillis eius. & quod cito sunt in posteris mortui. Num quid & alia de his qui in suis post mortem cuiusque contingunt ulla mortuos tangit dolor aut hęc saltem scire putandi sunt quorum sensus alibi est. promeritis seu bene seu male. Cui respondeo. Magnam quidem esse questionem nec in presentia differendam. quod sit operis prolixioris utrum uel quatenus. uel quomodo ea quę circa nos aguntur. nouerint spiritus mortuorum. Uerum tamen quod breuiter dici potest si nulla illis esset cura de nobis non diceret dominus dixisse illum diuitem qui tormenta apud inferos patiebatur. Habeo ibi quinque fratres ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. sed quomodo libet intellegant. qui hoc aliter intellegere conantur. Et quia fatendum est non esse consequens. ut si uident mortui suos uiuere quia nec in locis poenarum eos uident ubi diues ille erat. nec in requie beatorum. ubi iazarum et abraham quamuis longe agnoscebat. Ideo eos etiam quę circa eos uim caros aguntur. uel laeta uel tristitia scire necesse sit. hoc dico paucos esse. eius animi homines qui post mortem suam. qui suis boni maliue contingant salutem. dum uiuunt negligant. atque omnino contempnant. multos autem quod indicat. etiam tanta cura condendae ultime uoluntatis. Et qualium cumque testamentorum scis agere. ut cum defuncti fuerint suis bene sit. per mansionem uero posteritatis suę per successionem generationum. solis laudabiliter spernunt. qui se ipsos absidunt propter regnum caelorum. Et filios suos hoc facere cupiunt. & exoptant uel matriuicorari. Ita ut nullus eorum in terra remaneat. Ceteri autem omnes aut paene omnes

felices uolunt suos esse in hac uita post mortem suam. Et suum genus interire nolunt. Quapropter quod iuda tamen feliciter mortuo. Ita uxor uidua. Et filii eius orfani remanserunt ut faenerator. scrutante omnem substantiam eius. Et diripientibus alienis labores eius. de suis habitationibus eiecerentur. nec aliquem pupilli eius miserantem inuenirent. Et in una generatione. sine posteris interirent. Si haec sentiunt mortui cumulus malorum est. si haec non sentiunt formido uiuorum. Si autem mouet quomodo poterit habere substantiam quam fenerator scrutetur. alienique diriperent. Quando iam cum aliis undecim dominum sequebatur. Credat ei omnia quę habebat ita dimisisse filiis & uxori. ut non inde sinceriter uel perseueranter uinculum cupiditatis abruperit. Qui etiam si ea uelut uendere uidentur distribuenda pauperibus profecto faceret quod ananias post ascensionem domini. neque enim metueret ne hoc dominus diuinitate cognosceret. quam falli putabat. quando ea quę emittebantur de loculis aufererebat. Sed iam uideamus si possumus quantum dominus adiuuat. quomodo ista conuenire possint. etiam in populo iudaeorum. Cuius etiam inimicitiae contra dominum pertinaci odio permanserunt. Cuius populi diximus iudam in figura gessit se personam. sicut ecclesiae cessit apostolus petrus. Constitue super eum peccatorem. Et diabolus fiet ad dextram eius. Quomodo dum in iuda. sic in populo intellegendum est. qui repulso a se christo. factus est subditus diabolo. Cuius persuasionis in omnibus prauis & terrenis cupiditatibus qui posunt aeternae salutis. Cum iudicatur exeat condemnatus. Quia in nequitię infidelitate persistens thesaurizat sibi iram. in reuelatione iusti iudicandi. Qui reddet unicuique secundum opera eius. Et oratio eius fiat in peccatum. Quia non fit

per mediatorem dī & hominum. homi-
nem xpm ihm & sacerdotem in aeternū
secundum ordinem melchi sed ech.
Fiant dies eius pauci. secundum regnū
accipiendum est. Quia nondiu postea
per seueravit regnum iudeorum.
Et episcopatum eius accipiet alter.
Ipsū dnm xpm non in congruenter in-
tellegi existimo. episcopatum populi
iudeorum quia de tribu iuda factus
est secundum carnem. Et apostolus
ait. Dico enim xpm ihm ministrum
fuisse circumcisionis propter uerita-
tem dī. ad confirmandas promissiones
patrum et ipse ait. Non sum missus
nisi ad uos quae perierant domus
israhel. Quia illis exhibuit in carne
presentia & magi qui a oriente uene-
runt. hoc dixerunt. ubi est qui natus
est rex iudeorum. Et hoc in titulo scrip-
tum erat super cruce fixo. Vnde illud
mutare uolentibus non frustra re-
spondit pilatus. quod scripsi scripsi.
Hunc ergo episcopatum populi iudeoꝝ
id est dnm ihm xpm accepit alter
id est populus gentium. Fiant filii eius
orfani. de quibus dicitur. Filii autem
regni ibunt in tenebras exteriores.
facti sunt autem orfani. amisso ipso reg-
no quasi patre perditio. quamquam &
dñm. Patrem bene intelleguntur ami-
sisse. Qui enim filium non habet. ait
ueritas nec patrem habet. & uxor eius
uidua. Uxor regni plebs intellegi po-
test cui reges subdite dominantur.
Uidua uere facta est amisso regno.
Nutantes transferantur filii eius. &
mendicent. Nutauerunt periculi sur-
gentibus. hostibus translatis sunt. de
bellari filii regni iudeorum. Quidam
mendicare nisi ad hominū inanē uiuere.

Sicut uiuunt earū gentiū regibus in quas trans-
latis. Eiciantur de habitationibus suis.
Ita factū ē. scrutetur fenerator omnē substan-
tiā eius. id est populi eius. ubi nihil meli-
us intellegitur. quam debita eorū nondi-
mitantur. quia ei in solo xpo dimittuntur
quae respue. Qui & iam dicere docuit. di-
mitte nobis debita nrā. sicut & nos dimit-
timus debitoribus nostris. Omnē autem
substantiā eius dictū est omnem uitam eius
ut ei nulla debita id est nulla peccata do-
nentur. Et diripiant alieni labores eius
diabolus & angeli eius. Quia non thesauri-
zant in celo qui non habent xpm. Non sit
illi adiutor. Quis adiutor est ei cui xps non
est. Nec sit qui miseretur pupillis eius qui
patre perditio. id est regno sic remanserunt
autem in dō cuius filiū persecuti & uiderunt.
Non ē qui eorū miseretur non ad temporalem
uitam sumendā uel sustentandā. sed ad uerā
uitam id est aeternā. Fiant nati eius in in-
teritu utique in interitu sempiterno in ge-
neratione una nom eius deletur. quia ge-
nerati sunt non regenerati. Ideo in una ge-
neratione deletur. Nam in alterā id est
in generationē. Si autem cognoscerent
& tenerent. non delerentur. In memo-
riā redeat iniquitas patrum eius in con-
spectu dñi. ut reddat eidem populo dñs
per seueranti in malitia & iam patrum
iniquitatē. Sic enim eis dicit testimo-
nium estis uobis in & ipsis. Quia filii es-
tis eorū qui prophetas occiderunt.
Et paulo post ait. ut ueniat super eos
omnis sanguinis iustus qui effusus est
super terram a sanguine abel iusti usq;
a sanguine zachariae. Et peccatū
matris eius non deletur peccatū
hierusalem quae seruauit cum filiis suis.
Quae interficit prophetas & lapidat mis-
sos ad se. Fiant contra dnm semp iniqui

tas & peccatum eorum . . . Id est ut
 a conspectu dñi non aboleantur dō in
 æternum uindicante . . . Et disperat
 de terra memoria eorum . terra dī . ager
 dī est . ager dī . ecclesia dī est . De qua
 terra perit memoria eorum .
 Quicum essent rami naturales . prop
 ter infidelitatem fracti sunt . pro eo
 quod non est uel ille iudas uel ipse popu
 lus facere misericordiam . Sed melius
 de populo accipitur . quod ait . Non est
 recordatus . Nam si xpm occidit . saltem
 recordaretur penitendo & faceret mise
 ricordiam super membra eius que per
 seuerantissime persecutus . ideo dicit
 Quia persecutus est hominem inopem
 & mendicum . potest quidem accipi
 de iuda . quia non est dedignatus dñs
 pauper fieri . cum diues esset . ut illi
 us paupertate nos ditaremur .
 Mendicum autem quomodo intelle
 gam . Nisi forte quia dixit mulieri
 samaritane . Da mihi bibere . Et in
 cruce ait sitio . Sed quod sequitur .
 Quomodo accipitur in ipso capite
 nostro id est sui corporis saluatorem
 quem iudas persecutus est . Ait au
 tem in uenia . Cum enim dixisset .
 & persecutus est hominem inopem &
 mendicum . Ad iecit atque ait . &
 conpunctum corde mortificare .
 id est ut mortificaret . Nam quidam
 & iam . sic sunt interpretati . Con
 punctum autem corde non solum dicitur
 nisi stimulis peccatorum in dolore
 penitendi . Sicut de illis dictum est .
 quicum audissent apostolos post dñi
 ascensionem . Conpuncti sunt corde
 qui occiderant dñm quos allocutus
 est beatissimus p̄trus dicens . inter
 cetera agite penitentiam & bap̄ti

zetur unusquisque uestrum in
 nomine dñi ihū xpi . & dimitten
 tur uobis peccata uestra . Sed
 quō idem ipsi membra eius facti
 sunt . cuius in ligno membra fixe
 runt . . . Populus iudeorum . non
 recordatus est facere misericordi
 am . . . Persecutus est inopem &
 mendicum . sed in membris suis de
 quibus dicitur . quod attinet
 ad ipsa opera misericordie quan
 do uni ex minimis meis non fecis
 tis mihi non fecistis . Et conpunc
 tum corde mortificare . plane
 conpunctum corde . sed in mem
 bris suis . De his autem qui per secu
 tisunt . ut conpunctum mortifica
 rent . Erat & saulus & consentiens
 in nece stephani conpuncti corde
 quia & ipse stephanus de illis erat
 qui conpuncti sunt corde . Sed sau
 lus recordatus est facere miseri
 cordiam . & qui mane rapiebat ad
 uesperum diuisit escas & ipse con
 punctus corde . . . Ut & iam in illo
 ipsi persequerentur inopem uolen
 tes mortificare conpunctum cor
 de . . . Hoc quippe oderant in paulo
 apostolo . quia conpunctus corde
 predicabat quem fuerat per secu
 tus . Inopem quippe & mendicum
 & conpunctum corde in membris suis
 & ipse ut mortificaret persequens .
 Audiuit de celo . saule saule . quid
 me persequeris . . . Et factus con
 punctus corde . coepit talia pati .
 qualia faciebat conpunctus corde .
 Deinde sequitur psalmus . & dilex
 it maledictionem & uenit ei . . .
 quam quam & iudas maledictionē
 dilexerat . & furando de oculis &

dn̄m uendendo atque tradendo.
Tamen apertius populus ille dilex-
it maledictionem quando dixit.
Sanguis huius super nos. & super fi-
lios nostros. Et noluit benedic-
tionem. & prolongabitur ab eo.
Et iudas quidem noluit xpm̄ in quo
est aeterna benedictio. Sed aper-
tius noluit benedictionem popu-
lus iudaeorum. Qui dixit ille in-
luminatus ad n̄o. Numquid &
uos uultis discipuli eius fieri.
Et noluit benedictionem & pro ma-
ledicto habuit. & respondit tuis
discipulus eius. Et longe fac-
ta est ab eo benedictio quia tran-
situm fecit ad gentes. Et induit
maledictionem sicut uestimentū.
siue iudas siue ille populus. & in-
trauit sicut aqua in interiora eius.
Ergo & foris & intus. foris sicut
uestimentum. intus sicut aqua.
Quo in eius incidit iudicium qui po-
test & animam occidere in gehē-
na. Corpus foris animam intus.
& sicut oleum in ossibus eius.
Ostendit eum cum delectatione
male facere. & comparare sibi
maledictionem. Hoc est poenam
aeternam quia benedictio uita
aeterna est. modo quippe male-
facta delectant. sicut aqua in in-
teriora sicut oleum in ossibus.
Sed ideo maledictio uocatur quia
talibus d̄s tormenta praedixit.
Tamquam in ossibus autem oleum
est maledictio. Cum homines in-
de se fortes putant. quia licet eis
mala tamquam in p̄ne commit-
tere. Fiat ei sicut uestimentum.
quod operietur. Cum superius iam

dixerit de uestimento. quid est quod
reperit an quia dixerat. induit male-
dictionem. sicut uestimentum difert.
uestimentum quo non induitur sed ope-
rietur. Induitur enim quisque to-
nica. operietur pallio. Et quid
est hoc nisi & iam in conspectu homi-
num de iniquitate gloriari. Et si-
cut zona inquit qua semper precin-
gitur. Maxime homines ideo pre-
cinguntur ut ad operandum sint apti-
ores. ne uestimenta sinibus prepedian-
tur. Ergo maledictioni se precingit
qui malum non repentinum sed dispo-
situm adgreditur & ita discit male-
facere ut semper paratus sit.
Unde & hic ait. & sicut zona qua
semper precingitur. Hoc opus eo-
rum qui detrahunt mihi apud dn̄m.
Non dixit merces eorum. sed opus eo-
rum. Manifestum est enim quod
indumento. & operitorio. & aqua.
& oleo. & zona. ipsa opera describe-
bat. quibus aeterna maledictio con-
paratur. Non ergo est unus iudas
sed multi. De quibus dicitur. hoc o-
pus eorum. qui detrahunt mihi apud
dn̄m. Quamquam pluralis nume-
rus poni potuit pro numero singula-
ri. Sicut herode mortuo dictum
est ab angelo. mortui sunt qui que-
rebant animam pueri. Sed quia
magis detrahunt xpo apud dn̄m nisi qui
nonnulli ipsis uerbis d̄ni detrahunt.
dicentes. Non esse ipsum quem lex d̄ni
& prophetae praenuntiarunt.
Et qui loquitur inquit mala aduer-
sus animam meam. negando eum.
cum uoluisset potuisse resurgere cum
dicat. Potestatem habeo ponendi ani-
mam meam. & potestatem ab eo iterum

sumendi eam. Et tu dñe fac
mecum quidam sub audientiam pu
tauerunt misericordiam. Quidam
aero addiderunt. sed emendatiores
codices sic habent. Et tu dñe fac
mecum propter nomen tuum. unde
sensus altior non est preter mitten
dus. ita dixisse filium patri. fac me
cum qui eadem opera sunt patri & filii.
ubi enim misericordiam intellegamus.
sequitur enim quia suauis est misericor
dia tua. Et ipsam quia non dixit fac in
me uel fac super me. uel aliquid hui
us modi. sed ait fac mecum. bene intel
legimus & patrem & filium simul face
re misericordiam. in uasa misericor
diae. potest hoc & iam sic intellegi
fac mecum. hoc est adiuuame. Quod
in cotidiana loquendi consuetudine
habemus. cum de aliquate. quae pro
partibus nostris est dicimus. nobiscum
facit. pater quippe adiuuat filium.
In quantum dñs hominem propter for
mam serui. cui hominis dñs & cui for
ma & iam serui dñs est pater na infor
ma dñi. filius adiutorio non indiget.
Equaliter enim cum patre omps est
ex quo & ipse adiutor est hominis.
Sicut enim pater suscitatur mortuos &
uiuificat. sic & filius quos uult ui
uificat. Nec alius pater alius filius.
Nullatenus pater. aliter filius. quia &
eadem facit & similiter. unde in quan
tum homo est filius dñi. dñs illum susci
tauit amotus. hoc est pater cui di
cit in psalmis. ex suscitame & reddam
illis. In quantum autem dñs est. & iam ip
se suscitauit propter quod dicit.
Soluite templum hoc & triduo suscita
bo illud. Quod & iam hoc significa
uit. Siquis diligenter intendat.

59
Scrutari enim iussit scripturas quae
testimonium perhibent de illo.
non insuper fitiae pertransiri.
Non enim tantum modo ait. tu dñe
dñe fac mecum. sed ait & tu dñe.
Quid est & tu. nisi quia ego & tu.
Quod autem non semel dñe. sed re
petens ait. dñe dñe. habet in hoc
orantis affectum. sicuti est dñs dñs
meus. Quod uero cum dixisset fac
mecum. addidit propter nomen
tuum gratiam commendauit.
Nullis enim operum meritis pre
cedentibus. in tantam celsitudi
nem subiecta est humana natura
ut totum simul uerbum & caro.
hoc est dñs & homo unigenitus dñi
filius diceretur. Hoc autem fac
tum est ut ab illo qui creauerat per
id quod non perierat. id quod perie
rat. quere retur. Unde & hic se
quitur. quia suauis est misericor
dia tua. Liberame quia egenus
& pauper ego sum. Egestas & pau
per tas infirmitas est ex qua cruce
fixus est. & cor meum turbatum est
in trame. Hoc ad illud refertur
quod ait. ad propinquante passi
oni. Tristis est anima mea usq;
ad mortem. Sicut umbra cum de
clinat ablatum sum. hoc mortem
ipsam significauit. Sicut enim
ex umbra declinante fit nox. sic
ex mortali carne fit mors.
Excussus sum sicut locuste. Tam
hoc in membris eius. hoc est fide
libus eius conuenientius intelle
gi. existimo quod aliquando aper
tius poneret. Maluit dicere sicut
locuste. quam sicut locusta.
Quam uis & numero singulari pos

sent accipi & iam multe sicut illud
est. dixit & uenit locusta. sed esset ob
securus. Excussi sunt ergo. id est
fugati. a persecutoribus fideles eius
quorum uel multitudinem significa
ri uoluit nomine locustarum uel
quod transiluerunt de loco in locum.
genua mea infirmata sunt aie ui
nio. Legimus dñm xpm quadra
ginta dierum habuisse ieiunium.
Sed tantum ne in eo. ualuit illa inedia
ut genua eius infirmarentur. An &
hoc in membris eius. hoc est scis eius
aptius intellegitur. & caro mea in mu
tata est propter oleum. propter gra
tiam spiritalem. unde & xps appella
tur a crismate. Crisma autem est
unctio. Caro autem propter ole
um. Non inde deterius. sed in meli
us inmutata est. hoc est a mortis
contumelia. in gloriam inmortali
tatis exurgens. Cum itaque dixit
& genua mea infirmata sunt. ubi
significatum esse arbitror. eis qui
in membris eius fortes. uidebantur.
Tamquam presentiam panis quo
susten tebatur. abstracta in eius pas
sione defecisse usque ad negatione
quae apparuit in petro tamquam
ad eos confirmandos. ne sub cum
bendo penitus caderet. & caro in
quid inmutata est propter oleum.
ut eos a mea morte deficientes mea
resurrectione firmarem. E mis
so spu sco urgueret. quia non ad eos
uenisset. Nisi ego abirem. hoc
enim dixerat. non potest ille ue
nire. Nisi ego abiero. Euangelis
ta dixit. Non dum erat sps datus.
quia ihs non dum erat glorificatus
non dum erat inmutata caro eius.

Sive autem per aquam propter ablu
tionem. uel irrigationem. sive per
oleum propter exultationem & in
flammationem caritatis significatur
sps. Non ideo est a se ipso diuersus
quia signa diuersa sunt.
Multum enim diuersi sunt & iam leo
& agnus. Et tamen utroque significa
tus xps. Leo propter aliud. Agnus prop
ter aliud. Non tamen alius quia nec
fortis est agnus. nec innocens leo.
Xps autem & innocens est ut agnus.
fortis ut leo. Dicit autem apud ae
saiam ipse ihs xps. Sps dñi super
me propter quod unxit me.
Et ego factus sum ob probrium illis
per mortem crucis. xps enim nos
redemit de maledicto legis factus
pro nobis maledictus. uiderunt me
& mouerunt capita sua. quia uide
runt pependisse. non uiderunt
resurrexisse. uiderunt quan
do eius genua sunt infirmata.
Non uiderunt quando caro inmuta
ta est. Ad iuuame dñe dñs meus
saluum me fac propter miseri cor
diam tuam. Hoc ad totum referri
potest id est & ad capud & ad corpus.
Ad capud propter formam serui. ad
corpus propter ipsos seruos.
Potuit enim & in eis dicere dō. ad
iuuame & saluum me fac. In quibus
saulo dixit. quid me persequeris.
Quod autem addidit. secundum mi
seri cordiam tuam. gratuita gratia
com memoratur. non ex operum
debito. Et sciant quo manus tua
haec & tu dñe fecisti eam. De his
dixit. sciant pro quibus se uentibus
& orauit quia in eis quibus factus
est ob probrium. mouentibus in eius

inlusionem capitis sui. Erant & iam
 hui qui in eum postea crediderunt.
 Discant autem qui formam humani
 corporis dō tribuunt. quomodo habe
 at dī manum. Si enim quod facit
 numquid & ipsam manum suam ma
 nu facit. Quomodo ergo hic dictū
 est. Et sciant quō manus tua haec
 & tudne fecisti eam. Intellegamus
 utique manum dī esse xpm. Unde
 alibi dicitur & brachium dñi cui
 reuelectum est. Haec manus & est
 & fecit eam quia in principio erat uer
 bum. & uerbum caro factum est. &
 erat sine tempore secundum diui
 nitatem. & factus est ei ex semine da
 uit secundum carnem. Maledicent
 illi & tubenedices. uanae ergo & fal
 sa maledictio filiorum hominum
 diligentium uanitatem & querenti
 um mendacium. Dñs autem cum
 benedicit facit quod dicit. Qui
 insurgunt in me confundantur.
 Ut enim insurgant aliquid se aduer
 sus me proficere arbitrantur.
 Sed cum exaltatus fuero super caelos
 & esse coeperit super terra gloria
 mea confundentur. Seruus autem
 labitur siue in dextera patris. si
 ue in suis membris & antibus. Et in
 ter temptationes in spe. & post tēp
 tationes in aeternum. Induantur
 qui detrahunt mihi pudore. id est pu
 deat eos detraxisse mihi. sed hoc
 potest & in bono accipere dum corri
 guntur. ut operiantur sicut diploi
 do confusione sua. dioplois duplex
 pallium est. Nam quidam & iam
 sic interpretati sunt istum uersum
 & operiantur sicut pallium duplex
 confusione sua. Intellegitur autē

confundantur & intus & foris. id est
 & coram dō & hominibus. Confite
 bor dñō nimis in ore meo. Nimis
 dici solet. In consuetudine sermonis
 Latini. quod plus est. Quod plus
 est quam debet. cui contrarium est
 quod minus est quam debet. Sed
 minus graece agan dicitur.
 Iste autem uersus non habens agans
 sed habet spōdraz. quod qui dam
 nostri ita interpretati sunt. Ut pro
 eo ponerent aliquando nimis. aliquan
 do ualde. Sed nimis pro eo. quod
 est ualde intellegatur. potest &
 in laude poni. Nam ista confes
 sio laudem significat. Ita enim et
 sequitur & in medio multorum
 laudabo eum. Dicit etiam in
 alio psalmo. In medio ecclesiae can
 tabo te. Sed cum ipsa cantat eccle
 sia. quae corpus est xpi. quomodo
 in medio ecclesiae cantat ecclesia.
 Et hic multi cum sint membra xpi
 Sic cum ipsi laudant ille laudat.
 quia membra sunt eius. Quomodo
 in medio multorum laudat. quan
 do ipsis multis laudantibus dicitur.
 ipse laudare. An ideo laudat
 in medio multorum quicquid ecclesia
 sua est. hic usque in consummationē
 saeculi. Et quod ait in medio mul
 torum. Quicquid ecclesia sua est hic
 usque in consummationem saeculi.
 Et quod ait in medio multorum
 hoc accipiamus. quod ab eisdem mul
 tis honoratur. In medio quippe
 esse dicitur. cui honor precipuus
 exhibetur. Si autem cor est tam
 quam hominis medium nihil melius
 intellegitur dictum quam in cordi
 bus multorum laudabo eum.

habitat enim xps per fidem in cor
dibus nostris. Et ideo ait. in ore meo
Id est in ore corporis mei quod est eccle
sia. Cor de enim creditur ad iusti
am. Ore autem confessio fit ad sa
lutem. Qui adstittit ad dextris pau
peris. De iuda dictum erat. Et dia
bolus stetit ad dextris eius. qui suas ius
titias augere uoluit. xpo uendito
hic autem dñs adstittit ad dextris pau
peris. ut diuitias pauperis sint
ipse dñs quippe adstittit ad dextris pau
peris. Non ut multiplicaret ei annos
uitae. quandoque finiende. Neq;
ut eius augetur pecuniam. Aut eum
faceret corporibus fortem. uel
ad tempus incolumem. Sedit sal
uam faceret inquit a persequentibus
animam meam. Salua fit au
tem a persequentibus anima. Si
non eis consentitur ad malum.
Non eis autem consentitur. Cum ad
stittit dñs ad dextris pauperis. Ne ipsa
paupestate. Id est infirmitate suc
cumbat. hoc adiutorium prestitum
est corpori xpi in scismatibus om
nibus.

EXPLICIT EXPOSITIO PSAL
MI CENTESIMI OCTAUI.

61
INCIPIT EXPOSITIO PSALMI
CENTESIMI NONI.

QUANTUM DONAT QUI NOS MINISTRO
constituit uerbi & sacramentis suis
seruare uobis in dipe misericordie ^{f. psal. m.}
sue suscepimus. caritauimus. breuem numero
uerborum. magnam numero sententiarum.
adiuuante illo qui uos fecit intentos. ut &
nos faciat idoneos sicut possumus considera
re. atq; tractare. uiuat anima uestra & ui
gilat in dñm. Tempus enim constituit dñs pro
missis suis & tempus eis que promisit imple
dis. promissionum tempus erat. tempore p
ph&arum usq; ad iohannem baptistam. ab
illo autem & deinceps usq; in finem. tempus
est implendi que promissasunt. fidelis dñs
qui se nr̄m debitorem fecit. non aliquid a nob
accipiendo. sed tanta nobis promittendo. parum
erat promissio. & uan scripto se teneri uoluit.
uel ut faceret nobiscum ḡro graphum promis
sorum suorum. ut cum ea que promisit. soluere
inciperet. in scriptura promissorum. considera
mus ordinem soluendorum. Tempus itaq; pro
ph&ie predictio erat. ut sepe uon diximus pro
missionum. promisit salutem aeternam. & bea
titudinem cum angelis sine fine. & hereditatem
inmarcescibilem. gloriam sempiternam. dulce
dinem uultus sui. domum sc̄ificationis suae
in caelis. ex resurrectione. a mortuis nullum
deinceps moriendi motum. hoc est promissum
eius tanquam finale. quod decurrit nostra
omnis intentio. quocum uenerimus nihil
amplius exigamus. nihil amplius requiramus.
sed ad illud quod erit in fine. quo ordine ueniat.
neq; hoc tacuit promittendo & prenuntiando.
promisit enim hominibus diuinitatem. morta
libus. immortalitatem. peccatoribus iustificatio
nem. abiectis glorificationem. quidquid pro
misit. indignis promisit. ut non quasi operibus
mereri promitteretur. sed gratia. nomini
suo daretur. Quia & hoc ipsum quod iuste

iuuste: uiuit in quantum homo potest uiuere. non
meritis sed beneficium est. nemo enim iuste uiuit
nisi iustificatus. id est iustus effectus. ab illo aut
fit homo iustus. quinumquam esse potest in
iustus. Sicut enim lucerna non a se ipsa accendi
tur. ita nec anima humana sibi prestat lucem.
sed clamat ad dñm. Tu in luminabis lucernam
meam dñe. Cum ergo peccatoribus promis
sum sit regnum caelorum. non in peccato per
manentibus. sed a peccato liberatis. & iustitia
seruientibus. quod ipsum ut possint. gratia
diximus adiuuantur. & ab eo qui semper est
iustificatur. Incredible uidebatur. tanta
dñi curam gerere pro hominibus. hodie q. quid
gratia diuina desperant. atq; a se simis mori
bus nolunt se conuertere ad dñm. ut ab illo
iustificentur. & per eius indulgentiam deletis.
omnibus peccatis suis. in illo incipiant uiuere.
iuste. quinumquam uiuit iniuste. hanc
habent perniciem cogitationis suae in se
ipsos. ut dicant dñm res humanas non curare.
nec inde posse cogitare. mundi huius artificem.
atq; rectorem. quem admodum quisq; morta
lis in terra uiuat. ita nec computari se homo
putat ad dñm qui factus est ad dñm. Idem hominem
si alioqui possumus si admittat nos prius ad
aures suas. deinde ad cor suum. si non repellat.
resistendo querentem se. & patiatur. Per dñm
inueniri se possumus ei dicere. O homo quomo
do te dñs factum non computauit. qui ut fieres
ante curauit. cum te in ordine rerum condita
rum numerari non putas. nolite seductori.
capilli tui numerati sunt conditori. Hoc deniq;
& dñs in euangelio discipulis ait. nemo tem
timeat. ne aliquid suum in morte ^{per}itu
rum putarent. Illi in morte de anima sua per
timebant. ille illis securitatem iam de ca
pillis dabat. Ita ne uero anima perit cui capillus
non perit. Uerum tamen fr̄i quia credibile
uidebatur hominibus quod promittebat dñs ex
hac mortalitate. corruptio nem abiectio.
infirmittate. puluere. & cinere. futuros.

homines equales angelis dei non solum scripturam
cum hominibus fecit ut crederent sed etiam fidei
sue posuit mediatorem non quemlibet princi-
pem aut quemlibet angelum uel archange-
lum sed unicum filium ut qui uiam nos p-
ducturus esset ad illum finem quem promi-
sit per eum ipsum filium suum ut ostende-
rent & preberet; Paruum enim erat deo filium
suum facere demonstratorem uis; eum ipse
uiam fecit ut per illum in se regentem te-
bulum tenet per se; promissit ergo quod uenturi
essemus ad eum id est ad illum ineffabilem in-
mortalitatem & cum angelis eius equalitatem
quam longe eramus quam ille sursum quam
nos deorsum quam ille in summo quam nos
in imo desperati iacebamus sine expectati-
one salutis egrotabamus; misit enim
cuius quem non cognouit egrotus; si enim
cognouissent numquam dominum gloriae
crucifixissent; sed hoc quoque ualuit ad e-
groti medicamentum quod medicum egro-
tus occidit; uenit uisitare occisus est ut
sanaret; insinuauit se credentibus dominum &
hominem dominum per quem factus est homi-
nem per quem creati sumus; aliud in illo
apparebat aliud latebat & quid latebat
multo erat prestantius quam id quod appa-
rebat; sed quod erat prestantius uideri non po-
terat; Curabatur eger per id quod uideri
poterat ut postea capax fieret uisionis eius
que latendo differretur non negando aufe-
rebat; unicus itaque filius dei uenturus ad ho-
mines assumpturus hominem & per id quod
sumpsit homo futurus mortuus resurrec-
turus ascensus in caelum sessurus ad dex-
teram patris & impleturus in gentibus que
promissit & post impletionem promissorum
suorum in gentibus etiam hoc impleturus
ut ueniat & quod prerogauit exigat descen-
dat uasa ire uasa misericordie Reddat
impis quod minatus est iustis quod pollici-
tus; hoc ergo totum propheticum fuit.

pragmuntandum fuit uenturum commendandum
fuit ut non subito ueniret horretur
sed creditum expectaretur ex his promissio-
nibus; & psalmus iste dominum & saluatorem
nostrum ihesum christum certe apte prophetans ut om-
nino dubitare non possumus christum adnuntiare
psalmo; hoc quidem quidem christum uisum &
euangelio iam credimus & cum ipse dominus noster
ihesus christus & saluator ihesus christus quereretur a iudeis
cuius filium esse dicerent christum & respondissent
dauid ille continuo retulit respondentibus
& ait quomodo ergo dauid in spiritu dicit eum
dominum dixit dominus domino meo sede ad dexteram meam
donec ponam inimicos tuos scabellum subpedi-
bus tuis; si ergo in spiritu uocat eum dominum inquit
quomodo filius eius est ab hoc uersu psalmus
iste incipit; Dixit dominus domino meo sede ad dex-
tras meis donec inimicos tuos scabellum pedum
tuorum; hanc ergo questionem iudeis propositam
ad domino in ipso ingressus psalmi pertractare de-
bemus; si enim quod responderunt iudei
exigatur a nobis utrum confiteamur & nos
annegemus abire ut negemus; si dicatur nobis
christus filius est dauid an non est; si dixerimus non
contradicimus euangelio namque matheus scri-
bente sic incipit euangelium Liber generatio-
nis ihesu christi filii dauid; euangelista dicit librum
se scribere generationis ihesu christi filii dauid;
Recte ergo iudei interrogati a christo cuius esse
crederent filium ihesu christum responderunt
dauid; Responsioni eorum congruit euange-
lium habet hoc non solum suspitio iudeorum
sed & fides christianorum; adhuc alia firmamenta
conspitio dicit apostolus qui factus est ex semi-
ne dauid secundum carnem; dicit ad thimotheum
memor esto christum ihesum resurrexisse a mortuis
ex semine dauid secundum euangelium meum;
& de ipso euangelio quid dicit in quo laboro
usque ad uincula tamquam male faciens sed
sermo dei non est alligatus; laborabat ergo usque
ad uincula apostolus pro euangelio suo id est
dispensatione euangelica quam populus

pede abbat. quoniam populis impendebat; ille qui
 mane rapuerat. cum escas ad uesperum diuidebat;
 laborabat ergo usque ad uincula pro euangelio;
 quo euangelio xpm ihm resurrexisse a mortuis
 ex semine dauid. pro hoc euangelio apostolus
 laborabat. & tamen de hoc xpi interrogabat;
 & respondentibus iudeis quod predicabat apst
 rescut uocem tanquam contradictionis & ait;
 Quomodo ergo dauid in spu dicit eum dnm; & in
 posuit testimonium de hoc psalmo: dixit dno dno
 meo; Si ergo in spu ille dicit eum dnm. quomodo filius
 eius est? Iudei sub hac interrogatione tacuerunt.
 quid responderent deinceps non inuenierunt.
 nec tamen eum dnm quesierunt. quia & ipsum
 esse filium illum dauid non agnouerunt; Nos
 autem frs credimus & dicimus. Corde enim cre
 ditur ad iustitiam. ore autem confessio fit ad
 salutem; Credamus inquam & dicamus & filium
 dauid & dnm dauid. non erubescamus de filio
 dauid natiuitatem inueniamus dnm dauid; hoc
 enim nomine illum transeuntem appellantes
 ceci in luminari meruerunt; Transibat enim ihu;
 & illi audito sonitu transeuntis. aure iam cog
 noscentes. quod nondum poterunt oculis adcla
 mauerunt uocem magna & dixerunt. miserere
 nri fili dauid; Turbe autem illos increpauit ut
 tacerent. & illi nihil omnino lucis desiderio
 turbatum contradictionem uincentes incla
 mando perseverauerunt. transeuntem tenuerunt.
 attingente in luminari meruerunt; Dicebat ergo
 transeuntem miserere nri fili dauid; stetit ille.
 eucto ab eis clamore contradicentium; Quid in
 quit uultis ut faciam uobis? & illi ut uideamus;
 tetigit & apperuit oculos eorum. uiderunt presen
 tem. quem senserunt transeuntem; Aliquid ergo
 transitorium dno fecit; Est autem aliquid quod
 stat aliud est inquam dno. aliud stabile dno
 transitorium dno uirginis partum. uerbi incar
 natio. statum gradatio. miraculorum exhibitio.
 passionum perpesio. mortis resurrexio. ascensio
 Hoc totum transitorium fuit. non enim adhuc
 xpi nascitur. aut adhuc moritur. aut adhuc

resurgit. aut adhuc ascendit; nonne uidetis ista
 facta per tempore cucurrisse. per tempora exhibu
 isse. uiatoribus quiddam transitorium. ne in uia
 remaneret. sed ad patriam peruenirent; deniq;
 & illi ceci ad uiam sedebant. ibi transeuntem sen
 serunt. clamando tenuerunt; In uia ergo seculi
 huius hoc transitorium sui dno operatus est &
 hoc transitorium pertinet ad filium dauid. Ideo
 illi dno transeuntem. miserere nri fili dauid.
 tanquam dicerent filium dauid. in transeunte
 cognoscimus filium dauid factum. in transitu
 discimus; Agnoscamus ergo & nos & filium dci.
 confiteamur ut in luminari mereamur; senti
 mus enim transeuntem filium dauid & inlu
 minamur ad dno dauid; Ecce ergo quia magis
 ter nri interrogauit iudaeos & ideo non respon
 derunt quia discipuli esse noluerunt; Ecce
 si nos interrogaret. quid responderemus?
 O fecerunt in hac interrogatione iudaei. profici
 ant xpiam. non perturbentur sed erudiantur;
 Non enim dno interrogat discere uolens. sed tiqua
 doctor interrogat. dicerent miseri iudaei. tu
 dic nobis; maluerunt inflata taciturnitate
 dirumpi quam humili confessione edoceri;
 Dicat ergo nobis magister nri. & uideamus quid
 interroganti respondeamus; Quid uobis uidet
 de xpo. cuius filius est? respondeamus omnino
 quod iudaei. sed non remaneamus ubi iudaei.
 Recolumus euangelium quod credimus. liber
 generationis ihu xpi fili dauid. non quia interro
 gamus; Excitat nobis xpm filium esse dauid.
 quod memoriae commendat apostolus;
 etia xpi. uere memor esto xpm ihm resurrexis
 se a mortuis ex semine dauid; Ergo inter
 rogemus & respondeamus. quid uobis uidet
 de xpo. cuius est filius? Dicant concordia ora
 xpiana dauid referat & doctor & reuocat nobis
 Quomodo ergo dauid in spu dicit eum dnm
 Dixit dno dno meo sede ad dextris meis. donec
 ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.
 Quomodo diceremus nisi disce renus; Nunc aut
 quia didicimus. dicimus; In principio erat uerbum.

& uerbum erat apud dm̄ & dñs uerbum omnia
per te facta sunt. Ecce dñs dauid. sed propter in-
firmitatem nr̄am quic̄ caro desperata iaceba-
mus. Uerbum caro factus est ut habitaret in nob̄.
Ecce filius dauid. certe tu informadi cum esset
non rapina arbitratus est esse equalis dño. Ideo
dñs dauid sed semetipsum exinanisti formam
serui accipiens. inde filius dauid. Deniq; & in
ipsa interrogatione tua dicens. Quomodo fili-
us... eius est. non te filium eius negasti sed mo-
dum quo id fieret inquisisti. Dicit eum inquit
dauid dñm. quomodo filius eius est. Non ego
sed dic quomodo. Illi ergo ex litteris quas
legebant & non intellegebant nisi in ista in-
terrogatione modum non responderent.
Quomodo interrogas. Ecce uirgo concipiet
& pariet filium & uocabunt nomen eius em-
manuel. quod est interpretatum nobiscum
dñs. Accipiet uirgo in utero. uirgo ex semine
dauid pariet filium ut sit filius dauid.
Erant enim ioseph & maria de domo & pa-
tria dauid. Peperit ergo uirgo illa. ut esset
filius dauid. sed ille quem peperit uocabunt
nomen eius emmanuel. nobiscum dñs.
Ecce habes & dñm dauid. Aliquid nobis for-
tassis ex hac re. quomodo xps & filius dauid
sit & dñs dauid. Ecce psalmus ipse intima-
uit. Audiamus ergo & pertractemus eum.
pulsemus pietatem. extorqueamus caritatem.
Dauid ergo ipse dicit. neq; enim dño contra-
dicere licet. Dauid inquit dicit in spu eum
dñm. Ipse ergo dauid de xpo quid dicit.
nam ipsi dauid psalmus. & iste totus titulus
simplex. sine figura. questionis. sine ullo modo
difficultatis. Quid ergo dicit dauid. Dixit
dñs dño meo sede ad dextris meis. Donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Quid est scabellum pedum tuorum. hoc est
sub pedibus tuis. Scabellum enim pedum
sub pedibus est. Dixit inquit dñs dño meo.
Audiuit hoc dauid. audiuit in spu. ubi nos
quando non audiuimus. sed loquenti qd̄

audiuit & scribenti credidimus. Audiuit ergo
prorsus. audiuit in quodam in secretario ue-
ritatis in quodam misteriorum sanctuario
ubi prophetae in occulto audierunt quod ipse
predicauerunt. Ibi audiuit dauid quicum fide
tamagnadicit. Dixit dñs dño meo sede ad dex-
tris meis. Donec ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum. Nouimus xpm sedere
ad dexteram patris post resurrectionem am-
tuis & in caelis ascensionem. Factum est iam.
nec uidimus sed credidimus in libris legimus
predicatum audiuius. fide retinemus. Inde
& eo ipso quod erat filius dauid xps factus est dñs
dauid. Illud enim quod natum est ex semine
dauid. ita honoratum est ut esset & dñs dauid.
ita ammiraris hoc quasi & in rebus humanis
ista non fiant. Si enim contingat filium cuius
quam regem fieri patre priuato nonne erit domi-
nus patris. ammirabilis est quod potest con-
tingere. ut non solum rex factus priuati filius
sit dñs patris sui. sed episcopus factus. laici fili-
us sit pater patris sui. Ergo & eo ipso quod
eius nem accepit xps quod in carne mortuus est.
quod in eadem carne resurrexit. quod in
eadem ascendit in caelum & sedit ad dexteram
patris & in eadem ipsa carne sic honorata
sic clarificata sic in caelestem habitum comuta-
ta & filius dauid est & dñs est dauid. secundu-
hunc enim dispensationem transitus xpi & illud
illud ab apostolo dicitur. propter quod eum
exaltauit amor tuus & donauit illi nomen
quod est super omne nomen. ut in nomine
ihū omne genu flectatur caelestium ter-
restrium & infernorum. Donauit inquit
ei nomen quod est super omne nomen.
Xpo secundum hominem mortuo. xpo secundum
carnem resurgenti. ascendenti. donauit nomen
quod est super omne nomen. ut in nomine
ihū omne genu flectatur caelestium ter-
restrium & infernorum. Vbi erit dauid ut non
erit dñs in caelo sit in terra sit in inferno sit
dñs erit quod est ^{dñs} caelestium terrestrium & in

63
feriorum: gaudeat ergo nobiscum & dauid filii
sui natiuitate honoratus dominatu liberatus
& gaudens dicat: gaudentibus audiatur.
Dixit dñs dño meo sede ad dextris meis donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Sede non solum in alto sed & in occulto. Excelsus
ut domineris. Latens ut credaris. Que enim
esse merces fidei nisi latere quod credimus.
merces autem fidei est uidere quod credidimus
antequam crederemus sicut autem scriptura
perit. Iustus ex fide uiuit non ergo esse
iustitia fidei nisi esse absconditum quod pre-
dicatum crederemus & credendo ad uidentium
peruenimus. Quam enim multa multitudo
dulcedinis tue dñe quam abscondisti timentibus
te. Ergo abscondisti & remanserunt absit.
Perfecisti autem sperantibus in te. mirabile ergo
mysterium xpi sedentis ad dextram dñi. Occul-
tatum est ut crederetur. Subtractum est ut spera-
retur. spe enim salu facti sumus. Spes autem
que uidetur non est spes. Quod enim uidetur
quis quid sperat. Apostoli uerba sunt recognos-
citis quidem sed propter rudes commendando.
Quid ergo apostolus spe inquit salu facti sumus.
Spes autem que uidetur non est spes. Quod enim
uidetur quis quid sperat. si non uidemus autem
speramus. Expectamus cum patientia. Quia
ergo que uidetur non est spes. Abscondisti
dulcedinem timentibus te. Quia quod non
uidemus speramus & per patientiam expecta-
mus. perfecisti sperantibus in te. Denique km
intenti accipite. quod dicturus sum quo iusti-
tia nra ex fide est & fide mundantur corda
nostra ut quod credidimus possimus uidere.
Utrumque enim positum est & beati mundo cor-
des quia ipsi dñm uidebunt & fide mundantur
corda eorum. Quae ergo haec est iustitia fidei
credere quod non uidetur & ipso merito fidei ad-
uisionem suo tempore peruenire. Dñs in eu-
gelio quod promittet teret spm scm hoc ait. Ipse
arguet mundum de peccato de iustitia de iudicio.
de quo peccato de qua iustitia de quo iudicio.

Ipse sequitur exponit coniecturas hominum nō
amittit. De peccato quidem inquit quia
non crediderunt in me. Quanta alia peccata
iudaeorum & tamen quasi hoc unum sit.
Ita dixit De peccato quidem quia non crediderunt
in me. hoc est illud peccatum de quo alibi
dicit si non uenirem peccatum non haberent.
Quid est hoc si non uenirem peccatum non haberent.
Ergo ad iustos & eos peccatores fecisti. sed ex-
ceptis aliis peccatis que possent remitti per fide
hoc unum peccatum nominauit. quod si non
dimitteretur omnia relaxarentur. De peccato
quidem ait quia non crediderunt in me. &
alibi si non uenirem peccatum non haberent.
Eo enim ipso quo uenit & non credunt in eum
inciderunt in peccatum. quod si non incide-
rent omnia caetera peccata dimitti possent
per indulgentiam gratiam impetratam p
fidem. Ergo de peccato quia non crediderunt
in me. De iustitia quia ad patrem uado & iam
non uidebitis me. haec est iustitia quia ad pa-
trem uadis & iam non uident te. Iustitia enim
haec ex fide est. Iustus enim ex fide uiuit.
Tunc ex fide uiuit si non uideret quod credit.
quia ergo ad iustitiam pertinet ex fide uiuere
& ex fide nemo uiuit si non uidendo quod
credidit. ut ipsam iustitiam facere in homini-
bus id est ut crederent quod non uiderent.
De iustitia inquit quia ad patrem uado & iam
non uidebitis me. haec inquit erit iustitia
ura ut credatis in eum quem non uidebitis
& fide mandati eum in quem credidistis
postea uideatis. Sedet ^{ergo} ad dextris dixit pater
a dextris patris filius. In occulto est credam
& enim duas res hic dicit. quia & dixit dñs
sede ad dextris meis. Et addidit donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
hoc est sub pedibus tuis. Non uides xpm se-
dentem ad dextram patris. nec hoc potest
uidere quomodo ponantur inimici eius
scabellum pedum eius. Cum hoc impletur
in aperto crede illud esse in occulto quia in

miciponuntur scabellum pedum eius. Quibus
inania meditantibus dicitur. Quare fremu-
erunt gentes & populi meditati sunt inania.
Adstiterunt reges terre & principes conue-
nerunt in unum aduersus dnm & aduer-
sus xpm eius & dixerunt. dirumpamus
uincula eorum & abiciamus anobis iugu
ipsorum. Non nobis dominantur non nobis
sibi subiugent. Qui habitat in caelis iri
debit eos. Inimicus erat erit sub pedibus eius
aut optatus aut uictus. Quare ergo quem
locum habeas sub pedibus dmi tui. Non
neces se est ut habeas aut gratie aut pene.
Sed & ergo ad dexteram di donec ponam in-
micos eius sub pedibus eius. hoc fit hoc agit.
Et si paulatim per agitur. indefinenter agitur.
Fremuerunt enim gentes & populi medita-
ti sunt inania adstiterunt reges terrae &
principes conuenerunt in unum aduersus
dnm & aduersus xpm eius. numquid frem-
do numquid inania meditando numquid in
unum aduersus xpm conueniendo efficiunt
ut non impleatur. Dabo tibi gentes heredita-
tem tuam & possessionem tuam terminos
terrae. Implebitur omnino & illis fremen-
tibus & illis inania meditantibus. Dabo tibi
gentes hereditatem tuam & possessionem
tuam terminos terrae. Illi enim inania
meditantur. ut autem impleatur. Dabo
tibi gentes hereditatem tuam & possessionem
tuam terminos terrae. Non nescio quis in-
anis locus sed dms dixit ad me sic & in hoc
psalmo possumus dicere dixit non quicumq;
non illi qui fremunt & meditantur inania
sed dms dixit dno meo sede ad dextris meis
donec ponam inimicos tuos scabellum pedu
tuorum fremant meditentur inania per-
strepant numquid non implebitur. Perit
memoria eorum cum strepitu & dms in aeternum
manet. Ille ergo qui memoria eorum
percutit cum strepitu in aeternum manet.
ipse dixit dno meo sede ad dextris meis. Sed &

h Loquitur certe & alius psalmus sed non alius sps perit memoria eorum cum strepitu.

enim ad dextris patris. Donec ponat inimicos
eius scabellum pedum eius. Et quid sequitur.
uirgam uir tutis tuae emit t& dms exsion. Appa-
re fit euidentissime appare non de illo regno
xpi proph& loqui quo semper regnat apud
patrem rerum dmi que per illum creatasunt.
Quando enim non regnat in principio uerbum
di apud dnm dicitur enim regi autem seculorum
inuisibili incorruptibili solo do honor & glo-
ria in secula seculorum. Regi seculorum honor
& gloria in secula seculorum. Cui regi seculorum
inuisibili incorruptibili. In eo enim quod ex p
est cum patre inuisibilis & incorruptibilis qua
uerbum eius & uirtus eius & sapientia eius
& di apud dnm per quem factasunt omnia rex
seculorum sed tamen illud dispensatorium &
transitorium quo nos per medietatem carnis
suae uocauit in aeternitatem regnum incipit
xpianis sed regni eius non erit finis. Ponunt
ergo scabellum pedum eius inimicis eius seden-
tis ad dexteram patris ponantur ut dictum
est. Id agitur. Id usq; in finem per agitur om-
nino. nemo dicat non posse impleri quod
ceptum est. Quid sine cepti desperas. omni-
potens cepit omis se promisit impleturum esse
quod cepit. Unde autem cepit uirgam uir-
tutis tuae emit t& dms exsion. Quae sion ipsa
est hierusalem. Audi ipsum dnm. oportebat
xpm pati & resurgere amor tuis terciadie.
hinc sed & ad dexteram patris resurgendo ubi
fuit. deinde illo sedente ad dexteram patris.
Quid agitur ut ponantur inimicis eius scabellum
pedum eius. Quid agitur iudi illum docente
& exponente. & predicabitur in nomine ei
penitentia & remissio peccatorum per omnes
gentes. Incipientibus ab hierusalem. Quia
uirgam uir tutis tuae emit t& dms exsion.
Uirgam uir tutis tuae hoc est regnum potentis
tuae quia reges eos in uirga ferrea. Emit t&
dms exsion quia incipientibus ab hierusalem.
Cum ergo miserit exsion uirgam uir tutis tuae
quid fiet & dominabitur in medio inimicorum

inimicos eius scabellum pedum eius. Et quid sequitur. uirgam uir tutis tuae emit t& dms exsion. Appare fit euidentissime appare non de illo regno xpi proph& loqui quo semper regnat apud patrem rerum dmi que per illum creatasunt. Quando enim non regnat in principio uerbum di apud dnm dicitur enim regi autem seculorum inuisibili incorruptibili solo do honor & gloria in secula seculorum. Regi seculorum honor & gloria in secula seculorum. Cui regi seculorum inuisibili incorruptibili. In eo enim quod ex p est cum patre inuisibilis & incorruptibilis qua uerbum eius & uirtus eius & sapientia eius & di apud dnm per quem factasunt omnia rex seculorum sed tamen illud dispensatorium & transitorium quo nos per medietatem carnis suae uocauit in aeternitatem regnum incipit xpianis sed regni eius non erit finis. Ponunt ergo scabellum pedum eius inimicis eius sedentis ad dexteram patris ponantur ut dictum est. Id agitur. Id usq; in finem per agitur omnino. nemo dicat non posse impleri quod ceptum est. Quid sine cepti desperas. omnipotens cepit omis se promisit impleturum esse quod cepit. Unde autem cepit uirgam uirtutis tuae emit t& dms exsion. Quae sion ipsa est hierusalem. Audi ipsum dnm. oportebat xpm pati & resurgere amor tuis terciadie. hinc sed & ad dexteram patris resurgendo ubi fuit. deinde illo sedente ad dexteram patris. Quid agitur ut ponantur inimicis eius scabellum pedum eius. Quid agitur iudi illum docente & exponente. & predicabitur in nomine ei penitentia & remissio peccatorum per omnes gentes. Incipientibus ab hierusalem. Quia uirgam uir tutis tuae emit t& dms exsion. Uirgam uir tutis tuae hoc est regnum potentis tuae quia reges eos in uirga ferrea. Emit t& dms exsion quia incipientibus ab hierusalem. Cum ergo miserit exsion uirgam uir tutis tuae quid fiet & dominabitur in medio inimicorum

tuorum. Prius dominare in medio inimicorum
 tuorum inter frementes gentes. Nunc enim
 postea cum acciperint honorem suum scient
 suam damnationem in medio in medio
 inimicorum suorum dominabitur. Et quid
 mirum sit tunc dominabitur secum in aeter-
 num regnantibus iustis & aeternis penis ar-
 dentibus impiis. Quid mirum sit tunc modo in
 medio inimicorum tuorum. Nunc in isto
 transitu seculorum iusta propagatione & suc-
 cessione mortalitatis humane nunc dum
 torrentis temporum praeterlabitur. Ad hoc
 directae est uirga uirtutis tuae exsion ut do-
 minaris in medio inimicorum tuorum. Domi-
 nare in medio paganorum iudeorum here-
 ticorum fratrum falsorum. Dominare do-
 minare fili dauid dñe dauid dominare in
 medio paganorum iudeorum hereticorum
 fratrum falsorum dominare in medio ini-
 micorum tuorum. Hunc uersum non recte
 intellegimus. si non fieri iam uidemus.
Sede ergo ad dextris dñi occultare ut credaris. do-
 nec impleantur tempora gentium. sic enim
 scriptum est. Quem oportebat caelum repetere
 donec impleantur tempora gentium. Ut enim
 resurgeres mortuus es. ut ascenderes resurrex-
 isti. ut sederes ad dexteram patris. ascendisti.
Ergo ut ad dexteram patris sederes mortuus es
 de morte enim resurrectio. de resurrectione
 ascensio. de ascensione ad dexteram sessio.
Hoc totum ergo a morte coepit. excellentia hui-
 dantatis principium habet & humilitatis. Te-
 ergo sedente ad dexteram patris impleantur
 tempora gentium. ponantur inimici omnes
 scabellum pedum tuorum. & hoc ut perueni-
 atur. prius dominaberis in medio inimicorum
 tuorum. Adhuc enim uirgam uirtutis tuae
 emittet dñs exsion. ut autem morires & per
 mortem tuam deleatur cyrographum pec-
 catorum. & predicetur penitentia & remis-
 sio delictorum per omnes gentes. Incipienti-
 bus ab hierusalem. cecitas iudeorum fecit.

Aliis in luminandis. Aliorum cecitas militauit.
 Cecitas enim ex parte israhel facta est. ut ple-
 nitudo gentium intraret & sic omnis isrl
 saluus fieret. Cecitas ex parte israhel facta
 occidit te. occisus resurrexisti. sanguine tuo
 peccata gentium deluisti. Ad dexteram
 patris sedens undiq. patientes & a te confu-
 gentes collegisti. facta est ergo cecitas ex par-
 te isrl. facta est ut plenitudo gentium intraret.
 & sic omnis isrl saluus fieret. et omnes ini-
 mici scabellum pedum tuorum. sed hoc
 nunc postea quid. Tecum principium in die
 uirtutis tuae. Quis iste dies est. uirtutis eius.
 quando cum illo principium uel quomodo prin-
 cipium uel quomodo cum illo principium
 quando quidem & ipse principium. Adiu-
 uet dñs ut nec mihi dicere per turbetur. nec
 uobis audire. Uideo enim quod iam factum
 est & uobiscum uideo oculis fidei. Oculis quoq.
 carnis uideo quod iam fit. Rursumq. oculis
 fidei uobiscum spero quod futurum est.
Quid ergo factum est. quid fit. quid futurum est.
 Xpi passus est. mortuus est. resurrexit tertio die.
 ascendit in caelum. ut nouimus quadragesi-
 mo die. sedet ad dexteram patris. hoc iam
 factum est. hoc non uidemus & credimus.
Quid nunc fit. dominatur in medio inimicorum
 suorum. Emissa uirga uirtutis eius exsion
 fit hoc. id agitur. forma seruus & presentem
 tunc uiderunt serui. & absentem nunc
 credunt serui. hoc credimus de forma serui
 quod possumus capere. dum adhuc sumus
 serui. hoc est enim illud lac paruulorum
 quod temporauit panem traiciens per carnem.
Nam panis ille angelorum in principio erat.
 uerbum. Est. ut tamen panem angelorum
 manducaret homo. creator angelorum
 factus est homo. Ita nobis uerbum incarnatum
 factum est receptibile. quod recipere non
 ualeremus. si filius equalis dño non se ex ma-
 tris & formam serui accipiens in similitudi-
 ne hominum factus. & habitu inuentus ut

homo. ut ergo utcumq. capere possimus eum
qui non potest capi. a mortalibus. mortaliter
factus est. mortaliter ut peccata sua morte fa-
ceret in mortalibus. & aliquid daret inspicien-
dam. aliquid credendum. aliquid post uiden-
dam. Inspiciendam dedit formam serui p-
sentibus non solum oculis uidendam. sed
& iam manibus per tractandam. Cum ea-
dem forma ascendit in caelum. credere
nobis iussit. quod illis uidere concessit.
Sed & nos habemus quod uidemus. Illi enim
uiderunt uirgam emissam ex sion. nos
uidemus dominari in medio inimicorum
suorum. Hoc totum frs pertinet ad
dispensationem forme seruilis. Quae
tolerabiliter capitur a seruis & amatura
futuris liberis. Ueritas enim incommuta-
bilis quod est uerbum di. apud dm. p quem
facta sunt omnia in se manens. innouat omnia.
Hanc uideamus. magna & perfecta cordis
munditia necessaria est que fit per fidem.
Demonstrata enim forma serui dilata est ad
demonstrandam formam di. Idem quippe
in forma serui loquens seruis ait. Qui
diligit me. mandata mea custodit. & qui
diligit me. diligitur a patre meo. & ego dili-
gam eum. & ostendam me ipsum illi.
Videntibus se promissis demonstraturum se.
Quid uidebant. quid promittebat. uidebant
formam serui. promittebat formam di.
Ostendam inquit me ipsum illi. si ipsa est cla-
ritas ad quam perducitur regnum. quo
modo transitu seculi huius colligitur. Ductur
enim ad quadam uisionem ineffabilem
quam non merebuntur impii. ceterum forma
serui. cum hic esset. uisus est ab impiis. uiderunt
eam qui crediderunt. uiderunt & qui occiderunt
ne aliquid ^{magnum} putes uideri formam illam. ui-
derunt amici. uiderunt inimici. & quidam
uidentes crediderunt. Hanc ergo formam
serui quam hic in humilitate uiderunt. &
pii & impii uidebunt. & in iudicio. & pii &

impii. Cum enim dñs ante oculos discipulorum
suorum ferretur in caelum. sonant uox angeli
ca intuentibus eum. Uir galilei quid statis iste
ibi. sic ueniet. quomodo eum uidistis euntem in
caelum. Sic ergo. sic in eadem forma quae de
impis dictum est. uiderunt in quem pupugerunt.
Uidebunt iudicaturum. quem inriserunt iudi-
catum. Ipsa itaq. forma serui in iudicio con-
spiciua erit. & iustis & iniustis. & piis & impiis.
& fidelibus & infidelibus. **Q**uid ergo impii
non uidebunt. Nam de quibus dictum est.
Uidebunt in quem pupugerunt. Desit rur-
sus dictum est. tollatur impius ut non uideat
claritatem di. Quid hoc frs discernamus. dica-
mus. Excitatur impius ut aliquid uideat. tol-
letur impius. ut aliquid non uideat. Iam quid
sit uisurus ostendemus. formam illam de qua
dictum est. sic ueniet. Quid ergo non est uisu-
rus. & ostendam me ipsum illi. Quid est me
ipsum. non formam serui. quid est me ipsum.
formam di. in qua non rapina. arbitratus sum
esse equalis do. Quid est me ipsum dilectissi-
mi. filii di sumus. & nondum apparuit quod
erimus. scimus cum apparuerit. simile seruis.
quo uidebimus eum secuti est. Haec claritas
di est ineffabilis. lux fontis lucis. sine commuta-
bilitate. caritas sine defectu. sapientia in se
ipsa manens. innouans omnia. haec substan-
tia di est. Itaq. tolletur impius ut non uideat
hunc honorem dñi. Beati enim mundo
cordes. quia ipsi dñm uidebunt. uideatur ergo
mihi frs. quantum nrae capacitati dñs impri-
dignatur de ipso tempore. sit amendum
est tempore. Quodam enim tempore uenturi
sumus. ad non tempus. Inde mihi uideatur dictum
quod sine prauidicio dicam. Siquis intellegere
aliquid melius expediri. uis probabilius possit.
Inde mihi uideatur dictum. Tecum principium
in die uir tuiti stuae. Deniq. hoc quantum puto
uersu consequente satis explanat. Quae enim
hic dicta est uir tuiti eius. quae subicit gentes iugo
suo. quae strauit populos non ferro sed ligno. et si

incarne & in humilitate & adhuc quantum
 seruis forma patitur capitur. tamen magna
 uirtus eius. quia quod infirmum dicitur. fortius
 est hominibus. Quis ergo dicta est & hic uirtus
 eius. quam commendauit dicendo. Uirgam
 uirtutis tue. emit & dicitur exsion. & domina
 berni in medio inimicorum tuorum. Quia
 enim dominans uirtus eius. in medio inimicorum
 suorum prestrepentium. Nihil contra eum
 ualentium. cotidie sibi dicentium. Quando
 morietur & peribit nomen eius. Cum crescat
 gloria eius per populos. cum eius nomini subi
 ciuntur gentes. cum peccator uideat. & irascatur.
 dentibus suis frendat & tabescat. Quis ergo est
 & haec uirtus eius propheta commendare.
 aliter uirtutem eius secutus est uirtus dei & sap
 entia dei xpi in lumine perpetuo incommutabilis
 ueritatis. Adquam uisionem seruamur. adquam
 uisionem differimus. adquam uisionem fide
 mundamur. adquam uisionem tolletur impius
 ne uideat honorem dni. Hoc ergo uolens osten
 dere. Tecum inquit principium in die uirtutis
 tuae. Quid est tecum principium quodlibet
 pone principium. si ipsum xpm potius diceret
 tuum principium. quam tecum principium.
 Respondit enim interrogantibus tu quis es et
 ait principium qui & loquor uobis. Cum
 sit principium & pater. de quo unigenitus
 in quo principio erat uerbum. quia uerbum
 erat apud dm. Quid ergo si & pater principium
 & filius principium. dua principia absit.
 Sicut enim pater dei & filius dei. Pater autem &
 filius non duo dii sed unus dei. sic pater princi
 pium filius principium. Pater autem & fi
 lius non duo sed unum principium. Tecum
 principium. Tunc uideberis quomodo tecum
 sit principium. Non enim & hic non tecum
 principium. cum dixisti. ecce ita quisque ad sua
 & me solum relinquetis. & non sum solus quia
 pater mecum est. Et hic ergo tecum princi
 pium. dixisti enim & alibi. Pater autem in
 me manens facit opera sua. tecum principium

nec unquam a te sepe ratum est pater. sed quando
 uidebitur tecum esse principium. tunc mani
 festum erit omnibus similibus iam tibi factis.
 quo uidebunt te secutus est. Et enim hic phi
 lippus te uidebat & patrem querebat. Tunc
 ergo uidebitur quod nunc creditur. Tunc tecum
 principium uidentibus suis uidentibus iustis.
 sublati de medio impius ne uideant honorem
 dni. Modo ergo credamus fratres. quod tunc ui
 deamus. Nam & philippus obiurgatus est quod
 querebat uidere patrem. cum in ipso filio non
 agnosceret patrem. Tanto tempore uobiscum
 sum & non cognouisti me philippe. qui me ui
 dit uidit & patrem. sed qui me uidit non qui
 formam serui in me uidit. Qui ergo me uidit
 qualem me abscondi timentibus me. qualem
 me uidentibus perficio sperantibus in me uideat
 & patrem. sed quia ista uisio posterit. nunc pro
 illa quid habebimus. Videamus quid dicit phi
 lippo quid dixerat qui me uidit uidit & patrem.
 Quasi ei philippus tacitus responderet. Et quo
 modo te uidebo si aliter uideris qua forma
 serui. aut quomodo uidebo patrem in ualidus
 homo mortalis puluis & cinis. Conuersus ad
 eum differens uisionem. Imperans fidem qui
 dixerat qui me uidit uidit & patrem. quia
 multum erat ad philippum & longe ab eo erat
 uideo uidere. Non credo inquit quia ego in pa
 tre & pater in me. quod uidere non dum potes.
 crede ut uidere merearis. Cum ergo uentum
 fuerit ut uideamus. tunc apparebit. Tecum
 principium in die uirtutis tuae. uirtutis
 uirtutis tuae. non uirtutis infirmitatis tuae.
 quia ibi uirtus. uirtus habent nunc homines in
 fide in spe. in caritate in bonis operibus. uirtutes
 suas sed ibi uirtutibus in uirtutem.
 Tecum ergo principium uideberis cum patre
 in patre ut pater. Tecum principium in die
 uirtutis tuae. Illius uirtutis tuae quam im
 pius non uidebit. Nam & hoc infirmum tuum
 fortius est hominibus. & enim in die uirtutis tuae.
 tecum principium. De qua uirtute dicitur.

In splendore scōrum. In splendore inquit scōrum
de ipsa uirtute dicit. quando erunt in splendore scōrum.
Non quando adhuc terrorem carnis gestantes &
in corpore mortali atq; corruptibili gementes. quod
adgrauat animam. et deprimit terrena inhabita
tionem multam cogitantem. Cum ipsas cogitatio
nes inuicem non uidentur. non hoc est in splendore
scōrum. Sed quidē in splendore scōrum donec ue
niat dñs. & in lumine abscondita tenebrarum &
manifestabit cogitationes cordis. Et tunc laus erit
uniuscuiq; ad dñm. Hoc erit in splendore scōrum.
quia tunc iusti fulgebunt in regno patris sui sic
sol. Audite enim quid sit in hoc splendore scōrum.
Ueniet inquit messis. ueniet inquit finis seculi.
mittet pater familias angelos suos. & colligent
de regno omnia. & mittent in camino ignis
ardentis. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in reg
no patris sui. In quo regno uidet. si uisio quaedam
seruatur. de qua nobis dictum est. tecum princi
pium. In quo regno utiq; in uita aeterna. nam
ad dexteram positus hoc dicitur esse. uenite bene
dicti patris mei percipite regnum. quod uobis
paratum est ab initio mundi. Deinde dicitur. nati
iustis segregatis. iustis atq; laudatis. Quid sequitur.
quid dixerat percipite regnum. Tunc ibunt impii
in combustionem aeternam. iusti autem in uitam
aeternam. Quid dixerat regnum. hoc dicit
uitam aeternam. in quo non ibunt impii. Uide
te si quaedam in uita aeterna. haec est autē
uita aeterna. ut cognoscāt te solum uerum dñm.
& quem misisti ih̄m xpm. quia tecum princi
pium in die uirtutis tuae. Ergo tecum princi
pium in die uirtutis tuae. in splendore scōrum. sed
hoc differt. hoc postea dabitur. quid nunc. ex
utero anteluciferum genuite. Quid hic sicut
filium habet. numquid & uterum. sicut carnis
corporis non habet. quia nec sinum. Dicitur tam
quē in sinu patris. ipse narrabit quē est uisus.
ipse est uterus. & sinus & uterus pro secreto posi
tus est. Quidē ex utero. ex secreto. ex occulto de
me ipso de substantia mea hoc ex utero. quia
generationem quis enarrabit. Accipiamus

ergo dicentem patrem ad filium ex utero anteluci
ferum genuite. Quid est anteluciferum. Lucifer
pro sideribus positus est. tamquam a parte totum
significante scriptura & eminenti stella omnia
sidera. Sed illa sidera quomodo facta sunt ut sint
in signis & temporibus & in diebus & in annis.
Sic ergo & in signis & in temporibus posita sunt
sidera. & lucifer nominatus est pro sideribus.
Quod est anteluciferum. hoc est. ante sidera. Quod est
ante sidera. hoc est. ante tempora. Sic ergo ante
tempora habet aeternitatem. Noli querere
quando. aeternitas non habet quando. quando
& aliquando uerba sunt temporum. De patre
non est natus in tempore per quem facta sunt tempora.
Dicitur ergo ut dici oportuit figurate & prophete
ut uterus pro secreto substantia. & lucifer pro
temporibus poneretur. An uultis & ipsum dicit
respicimus. quid nunc suum dixit filium suum.
ut enim hoc diceret. audiuit ad nos. ab illo audi
uit a quo falli non potuit. & dixit iam dñm. quia
dixit inquit dñs dñm meo. sede ad dexteris meis &
ipse loquitur. ipsius quasi sermo contextus est.
Si ergo ipse loquitur. forte ipse potuit dicere.
ex utero anteluciferum genuite. Ex utero uirgini
li anteluciferum genuite ex utero. Si enim illa
uirgo dicens propaginem de arne dauid ex illo
utero natus est xps. tamquam ex utero genuit. si
dauid ex utero. quo masculus non accessit. ex utero
propr̄is proprie ex utero. quia solus ex illo utero.
Ergo ex utero inquit ille. quicū dñm suum dixerat
ex utero anteluciferum genuite. & hoc ipsum
anteluciferum signate dicitur & proprie dicitur
& sic impletum. Nocturnum natus est dñs de
utero uirginis marie. Indicat testimonium
pastorum qui uigilias exercebant super grege
suum. Ex utero anteluciferum genuite.
O uidiem̄ sedens ad dexteram dñi mei. unde et
filius meus. nisi quia ex utero anteluciferum
genuite. Et quid natus est. Iurauit dñs & non
penitebit eum. tu es sacerdos in aeternum secūm
ordinem melchi sedech. Ad hoc enim ex utero
natus anteluciferum. ut esset sacerdos in aet

nam ordinem melchisedech. Sinatum exute
ro deurgine intellegimus. anteluciferum noctu
sicut euangelia testantur. Procul dubio inde
exutero anteluciferum. ut esset sacerdos in aet
num secundum ordinem melchisedech.

Nam secundum id quod natus de patre dñi apud dñm
coascernus gignenti non sacerdos. sed sacerdos
propter carnem assumptam propter uictimam
quam pro nobis offertur & a nobis acceptam. Iura
uit ergo dñs quid est iurauit dñs. Ergo dñs iu
rat qui hominem prohibet iurando. An forte
ideo magis hominem prohibet iurando ne imp
iurid prolabatur. Et ideo magis dñs iurat. quia
non potest esse per iurum. Homo enim qui per con
fusitudinem iurandi potest lingua in per iurium
prolabi. bene prohibetur iurare. Tanto enim
longius erit a per iurio. quanto erit longe iu
rando. Qui enim iurat homo falsum & uerum
iurare potest. qui autem non iurat falsum
iurare potest. quia omnino non iurat. Cur
ergo non iurat dñs. quando dñm iuramentum.
promissionis est firmamentum. iurat omnino.
Quidem tu facis cum iuras. testaris
dñm. Hoc est iurare testari dñm. & ideo molestum
ne ad aliquam falsitatem testes adhibeat dñm.
Sic ergo tu iurando testaris dñm. Cur ergo non &
iurando dñs testetur seipsum. Uiuo ego dicit
dñs iuratio dicit. sic iurauit de femine abrahe
Uiuo ego dicit dñs. quomodo audisti uocem meam &
non pe percisti filio tuo unico propter me.
nisi benedicent benedicam te & implendo im
plebo semen tuum sicut stellae celi. et sicut
argena quae est ad labium maris. et benedicent
in semine tuo omnes gentes. et semen abrahe
quod est xpi. ille semen abrahe accipiens car
nem de femine abrahe erit sacerdos in aeternum
secundum ordinem melchisedech. De sacerdotio
ergo secundum ordinem melchisedech.
Iurauit dñs & non penitebit eum. Quid de sa
cerdotio secundum ordinem aaron. Numquid
penitet dñm sicut hominem. Aut nolens cadit
in aliquid ut faciat. Aut in pro^{dñs} prolabitur ut

postea eum ^{desuo:} prolapsu peniteat. scit quid agat
scit quousq. qui pro gradatur unde in aliud
com mutatur in potestate rectoris. sed pen
tentiae mutatio rerum significatur. Quomodo
enim tu cum aliquid te penitet. doles factum
quod fecisti. sic quando dñs aliquid preter spem
hominum. id est preter quam sperant homines.
mutat in aliud penitere sedicit. usq. adeo ut &
de penitentia peniteat eum. si nos de uita nostra mala
penituerit. Iurauit ergo dñs. iurauit firmamentum.
Non enim penitebit. non mutabit. Quid tu es
sacerdos in aeternum. Ideo in aeternum. quia
penitebit eum. sed sacerdos secundum quid.
Numquid erunt ille ostie. uictime. oblate. a
patri archis. arce. sanguinis & tabernaculum
& illa primi testamenti ueteris sacramenta.
absit. Iam illa sublata sunt. euerso iam templo
remoto illo sacerdotio. pereunte uictima eoru
& sacrificio. Haec nec iudaei habent. uident perisse
iam sacerdotium secundum ordinem aaron
& non agnoscunt sacerdotium secundum
ordinem melchisedech. Tu es sacerdos in aet
num secundum ordinem melchisedech.
fidelibus loquor. siquid non intellegunt
catechumini. auferunt pigrum. festinant
ad notitiam. Non ergo opus est misteria
promere. scripturae uobis intiment. quid
sacerdotium secundum ordinem melchisedech.
Dñs ad dextris tuis. Dñs dixerat sede ad dextris
meis. nunc dñs ad dextris eius. quasi mutauer
sede san forte sic potius. Iurauit dñs & non
penitebit eum tu es sacerdos in aeternum
ad xpm dictum est tu es sacerdos in aeternum
iurauit dñs. Quis dñs. quid dixit dño meo sede
ad dextris meis. Ipse iurauit tu es sacerdos in
aeternum secundum ordinem melchisedech.
Et ad ipsum dñm qui iurauit sermo directus
est dñs ad dextris tuis. O dñe qui iurasti
& dixisti. Tu es sacerdos in aeternum secundum
ordinem melchisedech. Ipse sacerdos in aet
num. Dñs ad dextris tuis est. Ipse inquam
sacerdos in aeternum. de quo iurasti dñs

adextristuis est. Quia eadem dixisti dno meo sede
adextris meis quo ad usq. ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Iste ergo dñs
qui est adextris tuis de quo iurasti & cui iurasti
dicens. Tu es sacerdos in aeternum secundum
ordinem melchi sedech conquassabit indie
iresue reges. Ipse utiq. xpi dñs adextris tuis
cui iurasti & non penitebit te quid agat sacer
dos in aeternum quid agat qui est ad dexteram
di & interpellat pō nobis tamquam sacerdos
intrans in interiora templi in secretis in
secreta caelorum. Ille solus non habens peccatū
et ideo facile mundans peccatis. Ille ergo adex
tris tuis conquassabit indie iresue reges.
Quos reges queris excidit tibi. Adstiterunt
reges terrae & principes conuenerunt in unū
aduersus dñm & aduersus xpm eius. Hos
reges conquassabit gloriata & pondere nomi
nis sui. Infirmos reddidit reges ut non possent
efficere quod uolebat. conatisunt enim multū
delere nomen xpianum de terra & non potuer
quia qui offenderit in lapidem illum conquas
sabitur. Offenderunt ergo in lapidem offen
sionis & ideo conquassati sunt reges cum dicit
quis est xpi nescio quis iudaeus nescio quis gali
leus sic occisus sic mortuus. lapis ante pedes
tuos quasi uiliter & humiter iacens. Ideo
contempnendo offendis. offendendo cadis cadi
do quasaris. Si ergo tanta ira occulti quod
erit iudicium manifesti. Audistis iram occulti
de qua psalmus inscribitur pro occultis filii no
nus psalmus si bene meminim inscribitur pro oc
cultis filii & tibi ostenditur iudicium occultam
ire occulte irato dō. Unum qui in lapidem
illum offendunt conquassantur. et quo ualeat
quod conquassantur. Audi & de iudicio futuro
quia qui offenderit in lapidem illum ait con
quassabitur super quem ceciderit lapis ille
conteret eum. Cum ergo offenditur in eum
quasi humilis iacet. & tunc conquassat. Cum
autem conteret desuper ueniat. Videte que
admodum his binis uerbis conquassabit & con

teret. Offendet in eum ueniat super eum. distri
butasunt duo tempora humilitatis & claritatis
xpi occulte penes & iudicium futuri. Cum non con
teret ueniens quem non conquassat iacens.
Iacens dico tamquam contemptibilis apparet.
Nam ille adextris dicit & ualide ex alto clamat
saule saule quid me persequeris. sed tamen
quamuis de caelo nondiceret quid me perseque
ris quem nemo tangebatur nisi ita in caelo ad
dexteram patris sederet ut & in terra in nobis
quasi iaceret. Dñs adextris tuis conquassabit
indie iresue reges iudicabit in gentibus sed hunc
pro occultis. erit enim et iudicium manifestum.
Iudicabit in gentibus modo enim sit perit me
moriam eorum cum strepitu. In ipso psalmo e
pro occultis perit memoria eorum cum strepitu
& dñs in aeternum manet. Parauit in iudicio
sedem suam & ipse iudicabit orbem terrarum
in aequitate. Ibidem dicitur. Increpasti gentes
& perit impius nomen eorum delicta in aeternum.
Hoc occulte agitur. Indie ergo iresue conquas
sabit reges. Iudicabit in gentibus. Quomo
do. Audi quod sequitur. Replebit ruinas
modo sic iudicabit in gentibus ut repleat ruinas.
Nam quando in fine iudicabit damnabit ruinas.
Replebit ruinas quas ruinas quisquis a nomine
eius timuerit cadet. Cum ceciderit euer aetur
quod erit ut edificetur quod non erit. Iudi
cabit in gentibus replebit ruinas quisquis
contumaces in xpm. casuram turrem in altū
erexisti. Bonum est ut te ipsum deicias hu
milis reddaris sedenti ad dexteram patris
pedibus reuolueris ut fiat in te ruina constru
enda. Nam si per manes in mala altitudine
tunc deiceris quando non edificaberis.
Et enim de alibus dicit alio loco scriptura
Destruere eos & non edificabis eos. procul dubio
nondiceret de quibusdam destrue eos & non
edificabis eos nisi quosdam ita destrue res ut
edificaret. Quod fit omni tempore cum xpi
in gentibus ita iudicat ut repleat ruinas.
Conquassabit capita super terrā multa.

Hic super terram in hac uita conquassabit capita
 multa Desuper bis humiles facit. Et audio dice
 re fr̄m̄er̄ utile est capite quassato hic humilit̄
 ambulare. quoniam capite erecto in iudicium. &
 ne mortis incidere. Multa capita conquassa
 bit riuus faciendo sed replendo aedificabit.
 De torrente in uia bibit propterea exaltabit caput.
 Videamus & in uia bibentem de torrente primo.
 Quis est torrentis profluxio mortalitatis humane.
 Sicut enim torrentis pluuiaribus aquis colligitur.
 rediuidit per strepitum currit & currendo de
 currit id est cursum finit. sic omnis iste cur
 sus mortalitatis. nascuntur homines uiuunt
 moriuntur. Et alii morientibus alii nascuntur.
 Rursusq; illis morientibus alii oriuntur. succe
 dunt. accedunt. decedunt. nec manebunt.
 Quid hic teneatur quid non currit. quid non quasi
 de pluuia collectum & in abissi sum. Quomodo
 enim fluius repente de pluuia collectus decur
 rit in bruium. In mare nec apparet nec appa
 rebat. antequam de pluuia colligeretur. Sic
 hoc genus humanum de occultis colligitur & p
 flat morte. Rursum in occultum pergit
 medium hoc sonat & transit. De hoc torrente
 bibit ille non est de dignatus bi bere de hoc tor
 rente. Bibere enim illi erat de hoc torrente
 nasci & mori. Hoc habet torrentis iste. natura
 tem & mortem. Suscepit hanc xps
 natus est & mortuus est. Ita de tor
 rente in uia bibit. Exultauit enim sic
 gurgis ad currendam uiam. De torrente in
 uia bibit quia in uia peccatorum non stetit.
 Quia ergo de torrente in uia bibit propterea
 exaltabit caput. Id est quia humiliatus est & fac
 tus subditus usq; ad mortem. mortem autē
 crucis propterea eum exaltauit amor tuus &
 donauit ei nomen quod est super omne nomen
 ut in nomine ihu omne genua flectatur. celestium
 terrestrium & infernorum & omnis lingua
 confiteatur quia dñs ihu xps in gloria & dicitur.

INPT TRACT DE PSALMO. CMO. VIII.
INCIPIT DE PSAL. CMO. XMO.

HENERUNT DIEB USUCANTEM ATT.
 Adest animo fit ad percipienda que dñm
 suggerit ad exortationem nr̄am & nutri
 endam caritatem qua nobis inheret edo bonumē.
 Adest cantatores boni filii laudis & glorie sempitē
 ueri & incorrupti di. Adestote intenti qui nos
 tiscantare & psallere in cordibus ur̄is dño
 gratias semper agentes in omnibus & laudate dñm.
 Hoc est enim alleluia & hi quidem dies ueniunt
 transituri. transeuntq; uenturi & significant
 diem qui non uenit & transit. Quia nec hesternis
 pretur ut ueniat. nec crastino urgusur ut
 transeat. ad quem sane cum nos uenerimus in
 herentes ei. nec nos transibimus. Et sicut
 quodam loco cantatur dō. Beati qui habitant
 in domo tua in secula seculorum laudabunt te
 Hoc erit otisōrum negotium. hoc opus uacantiū.
 haec actio quietorum. haec cura securorum.
 Sicut enim dies isti preteritis diebus quadrage
 sime quibus uite resurrectionem dñi corpo
 ris uite huius significatur meror. sollempni
 grata hilaritate succedunt. Sic dies ille
 qui post resurrectionem dabitur plenariū corpo
 ri dñi. hoc est sc̄ie eccl̄ie cunctis uite huius
 erumnis atq; doloribus. per p̄ua beatitudine
 succedit. Haec autem uita de nobis exigit conti
 nentiam. ut etiam cum labore atq; luctami
 ne ingemescerent grauari & habitaculum
 nr̄m quod de celo ē super indui cupientes.
 a secularibus delegationibus temperamus.
 & significatur quadragenario numero quo
 & moyses & dias & ipse dñs ieiunauerunt.
 Precipitur enim uobis et ex lege et ex prophe
 tis et ex ipso euangelio quod testimonium
 habet a lege & prophetis unde etiam in
 monte inter utraq; personam medius
 saluator effulsit. ut ab omnibus mundi in
 lecebris. quibus captiui homines obliuiscunt
 dñm auiditatem nr̄am tamquam ieiunio
 temperantiae refrenemus. quam diu per
 sectio decalogi legis tamquam psalterium
 decim cordarum. per quatuor eiusdem

mundi fortes idē toto orbe predicatur. ut decim
quater ducta. quadragenarium numerum signent.
Quinquagenario uero numero post resurrectione
dñi quo cantamus alt. non cuiusdam temporis
finis & transitus. sed bexta illa significatur aeternitas
quia denarius additus quadragenario laboranti
bus in hac uita fidelibus merces illa persoluitur.
Quam & primis & nouissimis pater familias pre
parauit equalem. Audiamus itaq. plenum diui
na laude peccator populū. Ecce persona in hoc
psalmo quendam exultantem felici exultatione
prefiguratur & scaturiente ^{de} cōniamore di populū.
scilicet corpus xpi ab omni malo liberatum.
Confitebor tibi inquit dñe in toto corde meo.
Non semper confessio peccatorum est. sed & laus
di deuotione confessionis exprimitur. illa lugeat.
haec gaudet. illa medico uulnus ostendit. haec
de sanitate gratias agit. haec confessio quenda
significat. non solum ab omni malo liberatum
sed & iam a malignis omnibus liberatum. Et ideo
uideamus ubi confiteatur dño in toto corde.
In consilio inquit rectorum & congregatione.
Credo qui sedebunt super duodecim thronos iudi
cantes duodecim tribus isrl. Nullus enim
iam inter eos iniquus nullius iudae furta tol
lerantur. nullus simon magus baptizatur.
sp̄m uolens emen dñm cogitat uendere.
nullus alexander ararius multa mala osten
dit. nullus pelle ouina tectus fraternitate falsa
sibi ^{et} ~~scribit~~. Inter qualitate nunc necesse est
ecclesia gemat. & quales tunc oportet. Cum om̄
iusti congregabuntur excluditur. haec sunt
magna opera dñi. exquisita in omnes uoluntates
eius. Per quas nullum confitentem deserat mi
sericordia. nullus sit iniquitas impunita. quūdo
flagellat. & iam omnem filium quem recipit.
Sed iustus uix saluator. peccator & impius ubi
parebunt. eligat sibi homo quod libet. Non
sic constituta sunt opera dñi. ut creatura in
arbitrio libero constituta. creatoris super &
uoluntatem. & iam si contra eius faciat
uoluntatem. Non uult dñs ut pecces nam

prohibet. Tamen si peccaueris ne putes homine
fecisse quod uoluit. & dō accidisse quod noluit.
Sicut enim uult ut homo non peccet. Ita uult pe
ccanti parcere. ut reuertatur & uiuat. Ita
uult postremo in peccato per seuerantem punire.
ut iustitia potentiam contumax non euadat.
Ita quidquid elegeris omnipotenti non deat.
unde sciam ^{de} te compleat uoluntatem. Magna
enim sunt opera dñi. exquisita in omnes uolan
tates eius. Quid magnificentius quam iusti
ficare impiū. sed opus fortasse hominis pre
uentis. tam magnificentiam di. ut cum
fuerit peccata confessus. iustificari mereatur.
descendit enim de templo iustificatus publica
nus. magis quam pharisaeus. quia neq. oculos ad
celum leuare audebat. sed percutebat. peccat
suum dicens. Dñe propitius esto mihi peccatori.
haec magnificentia dñi. peccatoris iustificatio.
Quo quis humiliat exaltabitur. & quis exal
tat humiliabitur. haec magnificentia dñi.
Quo cui plurimum dimittitur. plurimum
diligit. haec magnificentia dñi. Quo abunda
bit peccatum. & super abundabit gratia.
sed fortasse ex operibus. non inquit ex operib.
ne forte quis extollatur. Ipsius enim signi
tum sumus. creati in operibus bonis. Iustitia
enim homo non operatur. nisi iustificatus.
credens autem in eum qui iustificat
impium. a fide incipit. ut bona opera n̄
precedentia quod meruit. sed consequen
tia. quod accepit ostendit. Unde ergo illa con
fessio nondum quidem ē opus iustitiae. sed debet
inprobatio. sed quomodo se habeat. nec impsa de
te homo gloriaris. ut qui gloriatur in dño gloria
Quidem habes quod non accepisti. non ergo sola
magnificentia qua iustificatur impius. sed & con
fessio & magnificentia opus eius. Quid ergo dica
mus quia cui uult miseretur. & quem uult obdu
rat. Numquid iniquitas apud dñm absit. Iusti
tia enim manet in seculum seculi. Tu autem
homo de hoc seculo quis es qui respondeas dō.
Memoriam fecit mirabilia suorum. Hunc hu

milans & hunc exaltans memoriam fecit mira-
bilium suorum. Reseruat oportune inusitata
prodigia que infirmitas hominis nouitate in-
tenta meminere. Cum sint eius miracula coti-
diana maiora. Tot per uniuersam terram
arbores erant et nemo miratur. arefecit uerbo
unam et stupe facta sunt corda mortalium.
sed memoriam fecit mirabilium suorum. Hoc
cum miraculum maxime ac terribis cordibus
inherere quod ad fiduciam non uile fecerit. Quid
autem profuerunt miracula nisi ut timeretur.

Quod porro prodesset timor nisi misericors et
misericors dñs escam dare timentibus se.

Escam non corrumpitur. Panem quidem caelo des-
cendit quem nullis meritis dedit. Et enim
xpi prouipus mortuus est. Nemo ergo tale
escam dare nisi misericors & misericors dñs.

Quod sit tantum dedit hinc utq̄ si uerbum carne
factum peccator iustificandus accepit qd̄
in futuro seculo glorificatus accipiet me-
mor enim erit in seculo testamenti sui.

Nec totum dedit qui pignus dedit fortitudi-
nem operum suorum. adnuntiabit populo
suo. Non contristentur israelite sc̄i quidi
miserunt omnia sua & secuti sunt eum. Non
contristentur dicentes. Quisnam poterit
saluus fieri. Quia facilius intrat camelus per
foramen acus quam diues in regnum caeloz.

Adnuntiavit enim eis fortitudinem operum
suorum. Quo que hominibus difficilia sunt
facilia sunt dō. Ut det illis hereditatem
gentium. Itum enim est ut ad gentes & p̄
ceptum diuitibus huius seculi non superbe
sapere neq̄ sperare incerto diuitiarum sed
modo uiuo cui facile ē quod hominibus est. *difficile*

Sic enim multi uocati sunt. sic occupata est he-
reditas gentium. sic factum ē ut etiam plu-
rimi qui nondimiserunt omnia sua in hac uita
ut sequerentur eum. Utam etiam ipsam
pronomini eius confessione contempnerent.
Et tanquam cameli humiliantes se ad por-
tunda onera pressurarum intrarent etiam

sicut per foramen acus per compungentes pas-
sionis angustias. Ipse fecit haec cui omnia
possibilia sunt. Opera manuum eius ueritas &
iudicium. Teneatur ueritas ab his qui iudican-
tur hic. Iudicantur hic martyres ad iudicium
perducuntur. Quo non solum eos a quibus iudi-
catis sunt sed etiam angelos iudicent aduer-
sus quos essent conuictatio etiam cum ab ho-
minibus iudicari uiderentur. Non separa-
t̄ xpo tribulatio angustia fames nuditas gla-
dius. Fidelium omnia mandata eius.

Non fallit exhibet quod promisit. Non tamen
hic expectandum est non hic sperandum sed
confirmata sunt in seculo seculi facta in ue-
ritate & iustitia. Hoc est uerum & iustum
ut hic laboretur ibi requiescat. Quia
redemptionem misit populo suo. Unde autem
redimantur nisi a captiuitate peregrinationis
huius. Non ergo requies nisi in caelesti patria
requiratur. Dedit quidem dñs israelitis carnalib.
terrenam iherusalem. quae seruit cum filiis suis
sed hoc uetus testamentum ad ueterem ho-
minem pertinet. Qui autem figuram ibi in-
tellexerunt heredes etiam tunc noui testamti
exiterunt. Quō quae sursum ē iherusalem
liberae aeterna in caelis. Ueterem autem
illo re ipsa probatum est. Transitoria promi-
sisse. Mandauit quippe in aeternum testa-
mentum suum. Sed quod nisi nouum cuius
heres quisquis esse uoluerit nolote fallas nec
terram trahentem lac & mel carnaliter
cogitantes. Non dñena praedia non hortos
fructiferos & opacos non tale aliquid medi-
teris adipisci quale solē hic oculus auaritie
concupiscere. Cum enim sit radix omniu
malorum cupiditas perimendae ut hic
consummatur non differenda ut ibi satiet̄.

Primo penas fuge gehennas de uita uite
quam desideres promittentem. dñi caue-
minantem. Sc̄m & terribile nomen eius.
Prodicius autem omnibus huius seculi quales
uel expertus uel augere ac multiplicare.

cogitando potes diliciarum matrem concupis-
ce sapientiam. Sed initium sapientiae timor
dñi delectabit illa & ineffabiliter. Procul du-
bio delectabit castis atq; aeternis ueritatis am-
plexibus sed prius tibi donanda sunt debita
quam premia flagitanda. Initium ergo sapi-
entiae timor dñi. Bonus est intellectus qui
negat sed intellegere & non facere periculosum.
Bonus ergo facientibus. Nec extollat mentem
in superbia. Cuius enim timor initium sapientiae
est. Laus eius manet in seculum seculi. Et hoc erit
premiu hic finis. Haec statio sedesq; ppe & ua-
Illic inueniuntur mandata fidelia confirma-
ta in seculum seculi. Ipsa est hereditas noui testa-
menti mandata in aeternum. Unam inquit
pau adno hanc requiram ut inhabitem in do-
mo dñi omnibus diebus uite meae. Beati enim
qui habitant in domo tua in secula seculorum
laudabunt eum. Quo laus eius manet in seculum seculi.

IN PR. TRACT. DE PSA. CMO. XMO.

INCIPIT EXPOSIT. DE PSA. CMO. XI.

CRIDO QD AD TEN. DISTIS. FR. S. HUIUS. TITU-
li psalmi. memorieq; mandastis. Conuersione
quiq; aggei & zachariae; nondum erant hi p-
phetae cum ista cantata sunt. Namq; inter
tempus dauid & transmigrationem populi isrl
in babilonia quat tuordecim generationes nume-
rantur. sicut diuina scriptura maximeq; mat-
theus euangelista testatur. Cuius autem
templi renouatio secundum sci hieremie pro-
phetia ex illa transmigratione post septuaginta
annos sperabatur. quicum complerentur. sub da-
rio rege babiloni implerunt spū scō. hic duo pro-
phetae aggeus & zacharias. & ambo post inui-
cem intra unum annum prophetae caeperunt
quod ad renouationem templi. sicut tanto
ante predictum est. pertinere uideretur. sed
quisquis corporali ter. gustis. oculum cordis in-
figit. neq; ingratiam spiritalis intellectus
extenditur. habitae cogitatione. in templi la-
pidibus. quibus uisibilis fabrica manibus homi-
num instructa. consurgit. nec ipse lapis ui-

uus efficitur. templo illi accomodatus. atq; ap-
tus. quod in suo corpore primum dñs figurauit.
cum ait. soluite templū hoc. & in triduo sus-
citabo illud. Est enim corpus dñi plenus
ipsa scia ecla. cuius caput ascendit in caelum.
quiescit maxime lapis uiuus. lapis angularis
de quo beatus petrus dicit. ad quem accedim.
lapidem uiuum ab hominibus reprobatum. ad
autem electam & honorificatam. & uos ergo
tanquam lapides uiui. aedificamini in domū
spiritalam. in sacer dotium sem. offerentes
spiritalis uictimas. acceptas dō per ih̄m xp̄m
qui continet scriptura. Et cepono in sion lapi-
pidem angularem electum preciosum. &
qui crediderit in illum. non confundetur.
Ergo fiat quisq; lapis uiuus. ad talem fabricam
idoneus. spiritaliter intellegat templi reno-
uationem ex ruina uelere. que in adam fac-
tae. reparationem noui populi. secundum
nouum hominem atq; caelestem. Ut sicut
portauimus imaginem terreni. portemus
& imaginem eius qui de caelo. quo possumus
post omnes huius seculi aetates. tanquam
post septuaginta annos qui in iustice per-
fectionis numero presignantur. Et tūq;
post captiuitatem longinq; peregrinationis
non ruitura mole construi. sed uia. in immor-
talitate solidari. Spiritalem quippe hierusa-
lem non magis iudeorum. quam uia esse
deputatis. sicut enim dicit apostolus. Jam in-
estis peregrini & inquilini. sed estis ciues scie
& domestici dñi. super aedificati supra fundamen-
tum apostolorum et prophetarum. ipso summi
angulari lapide existente xp̄o ih̄u. in quo
omnes aedificatio crescit comp̄ta in templi
sem in dño. in quo & uos coaedificamini in lu-
bitaculum dñi in spū. hoc est templum dñi ad
quod pertinet sacramentum prophetae
nis aggei & zachariae. Cuius rursus idem
apostolus dicit. Templum enim dñi sem. quod
estis uos. Quisquis legitur se ad huius opus
coaedificationis & ad spem scie fir meq.

compaginis tanquam lapidem uiuum ab huius mundi ruinosā labe conuertit. Intellegit titulum psalmi. Intellegit conuersionem aggeri & zachariae. Cantat ergo quae secuntur non tam linguae uocae quam uite. Erit enim aedificii perfectio ineffabilis pax illa sapientie cuius initium est dñi timor. Inde ergo inci-
piat quem coaedificat ista conuersio.

Beatus uir qui timet dñm in mandatis eius uolet nimis. Viderit dñs quis solus & ueraciter & misericorditer iudicat quantum proficiat in mandatis eius. Quoniam temptatio est uita humana super terram sicut scriob dicit & iterum scriptum est. Quo corruptus ad grauat ^{corp} animam & deprimat terrena inhabitatio sensu multacogitantem. Qui ~~facit~~ autē dñi iudicat nos dñs est. Nec ante tempus debemus iudicare donec ueniat dñs & in lumine abscoudita tenebrarum & manifestat cogitationes cordis & tunc laus erit unicuique ad dñm. Viderit ergo ille quantum quisque proficiat in mandatis eius. Tamen uolet nimis qui pacem illius coccechificationis adamauerit. Nec iam desperare debet quo in mandatis uolet nimis & pax inter ta hominibus bone uoluntatis. Inde potens in terra erit semen eius semen futurae messis operam ^{is cordae et} apostolus ^{ait} testis quid dicit bonum facienter non deficiamus tempore enim proprio metemus & iterum hoc ait inquit. Qui parce seminat parce & metet.

Quid autem fit potentius quam ut regnum caeloz non solum Zacheus emat dimidio rerum suarum sed & uidua duobus minutis & tantum ibi utq possideat. Quid potentius quam idem regnum & thesauris diuitis & calice aque frigide pau per ualeat. Sunt autem qui ista faciunt dum terrena conquirunt aut hic mercedem sperantes ad dñm. Aut hominibus placere cupientes sed generatio rectorum benedicatur. Ideo operaeorum quorum bonus dñs nst. quia recto sunt corde.

Rectum autem cor est non resistere patri emendanti & credere pollicenti non eorum quibus commouentur pedes et effundentur gressus

atq labuntur sicut alio psalmo canitur dum zelant in peccatoribus pacem peccatorum uidentes & putant perire opera sua qui non eis merces redditur peritura. At iste uir qui timet dñm & in templum sem dñi conuersione recti cordis aptatur. nec gloriam hominum querit nec terrenas diuitias concupiscit & tamen gloria & diuitiae in domo eius. Domus eius enim cor eius ubi dolaudante opulentiur habitat cum spe uite aeternae quam hominibus adulantibus in marmoratis laqueatisque tectis cum timore mortis aeternae. Huius enim iustitia manet in seculum seculi. Ipsa eius gloria ipse diuitiae illius autem purpura & biffus & epule splendide & cum prestosunt transeunt & cum ad finem uenerint aque gut tam & digito stillante desiderans ardens lingua clama uit. Exortum est in tenebris lumen rectis corde. Merito dirigunt cor in dñm suum merito ambulant recti cum dō suo. Preponentes eius uoluntatem sibi neq desua quae quam superbe presumentes meminerunt enim fuisse aliquando tenebras nunc autem in dñoluce.

Misericors & miserator & iustus dñs dñs. Delectat quod misericors & miserator sed terra & fortas se quod iustus dñs dñs. Nulla desperatione formidet beate uir qui timet dñm & in mandatis eius uolet nimis. Esto suauis miserere & comoda. Ita enim iustus est dñs dñs ut iudicium illi sine misericordia faciat. qui non fecit misericordia.

Suauis autem uir qui miseretur & commodat non enim eum euomit dñs ex ore suo tamquam insuauem. Dimitte inquit & dimitte taur uobis date & dabitur uobis. In eo quod dimittis ut dimitatur tibi misereris. In eo quod das ut datur tibi commodas. Quamuis enim generali nomine omis misericordia dicatur quam misero subuenitur. Inter est tamen ubi non in pendis nec sumptum pecuniae nec corporalis laboris industriam sed ignoscendo quod in te quisque peccauit ut tuorum gratis coparas ueniam peccatorum. Haec duo benignitatis

officia ignoscendorum peccatorum. & beneficiorum
erogandorum. sicut in euangelio quod com memora
uimus. dimitte & dimitte uobis date & da
bitur uobis. sic in istouersu arbitror esse distincta
suauis uir qui miseretur. & com modit. Ne pigri
ad haec simus frs. gloriam querit. qui desiderat
uindictam. sed ad tēde quod scriptum est. Melior
est qui uincit iram. quam qui capit ciuitatem.
Diuicias querit qui uult dare pauperibus. ad
tēde quod scriptum ē. Habebis thesaurum
in caelo. non ergo eris in gloria ignoscendo.
quia de ira uicta laudabilis triumphatur.
Non egenus tribuendo. quia thesaurus caelestis cer
tius possidetur. Hunc uersum paraturiebat
ille superior. **G**loria & diuitiae in domo eius
quia haec itaq. facit. **D**isponit sermones suos
in iudicio. facta ipsa sermones sunt. quibus
in iudicio defendetur. quod ei non erit sine
misericordia. quia & ipse fecit misericordiam.
Quoniam in aeternum non commouebitur
qui ad dexteram segratur. **A**udiet uenite
benedicti patris mei percipite regnum. quod
uobis paratum ē ab origine mundi. **N**eq.
enim aliqua illis eorum. nisi opera misericor
diae commemoratur. **A**udient ergo uenite.
patris mei. **Q**ui a generatione rectorum benedi
cetur. sic in memoriam aeternam erit. & ab
auditu malo non timebit. **Q**uod dicit. audi & his
qui a sinistra eius erunt. **I**te in ignem aeternum
qui preparatus ē diabulo & angelis eius.
Itaq. hic non sua querit. sed que ihu xpi. **L**abo
res patientis sime sustinet. promissa fident
expectat. **P**aratum cor eius sperare in dno.
neq. ullis temptationibus frangitur. **C**on
firmatum ē cor eius. non commouebitur. donec
uideat super inimicos suos. **I**nimici eius hic
uidere bona uoluerunt. & cum eis inuisibilia
promittentur dicebant. quis ostendit
nobis bona. **C**onfirmetur ergo cor nrm
nec commoueat. donec uideamus super
inimicos nros. **I**lli enim uolunt uidere bona
hominum in terra morientium. nos credi

benedicti:

mus uidere bona dñi in terra uiuentium
sed magnum ē habere confirmatum cor. & nō
commoueri. cum illi gaudent qui amant qd
uident. & insultant ei qui quod non uidet
sperat. & non commouebitur. donec uideat. &
ipse non deorsum quod inimici eius. sed sur
sum super inimicos eius. quod oculus non ui
dit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascen
dit. quae preparauit dñs diligentibus eum.
Quanti ualeat hoc quod non uidetur. & emittit.
tante quantum quisq. habere. ^{potente} propter hoc &
ille sparsit. dedit pauperibus. non uidebat.
tenebat. sed ille thesaurum seruabat in caelo.
qui esurire & sitire in pauperibus dignebatur
in terra. **N**on mirum igitur si iustitia eius
manet in seculum seculi. custode illo
qui condidit secula. cornu eius exaltabitur
in gloria. **C**uius humilitas a superbis contemp
nabatur. **P**eccator uidebit & irascetur
sera illa scilicet atq. fructuosa poenitentia.
nam irascetur. **C**ui magis quam sibi cum dicit.
quid nobis profuit superbia & diuitiarum
uacantia. quid contulit nobis. uident cornu
eius exaltari in gloria. qui sparsit & dedit
pauperibus. dentibus suis frendat & tabescat.
Quia illic ploratus & stridor dentium. non eni
frendat. et reurescat. sicut fiet & si oportuno
eum tempore peniteret. sed tunc penitebit
cum desiderium peccatorum peribit.
Nullo succedente solatio. peribit desiderium
peccatorum. **C**um transierit omnia tanquam
umbra. cum foeno arescente. **f**lor decidit uer
bum autem dñi quod manet in aeternum sic
falsorum beatorum uanitate derisum est.
sic eorundem uirorum miserorum perditioni
super ridebit.
FIN TRAC DE PSAL CENTESIMO XI
IN CIP C XII
NOSTIS FRs ET SEPISSIME AUDISTIS
in euangelio dicere dñm sine pueris
uenire ad me. talium ē enim regnum caeloꝝ.
& iterum si quis non receperit regnum di

... non uideat
... non commouebitur
... non deorsum
... super inimicos
... oculus non uidit
... nec auris audiuit
... nec in cor hominis
... ascendit
... quae preparauit
... diligentibus eum
... quanti ualeat
... hoc quod non uidetur
... & emittit
... tante quantum
... quisq. habere
... propter hoc
... & ille sparsit
... dedit pauperibus
... non uidebat
... tenebat
... sed ille thesaurum
... seruabat in caelo
... qui esurire
... & sitire in pauperibus
... dignebatur
... in terra
... non mirum igitur
... si iustitia eius
... manet in seculum
... seculi
... custode illo
... qui condidit secula
... cornu eius exaltabitur
... in gloria
... cuius humilitas
... a superbis contempnabatur
... peccator uidebit
... & irascetur
... sera illa scilicet
... atq. fructuosa poenitentia
... nam irascetur
... cui magis quam sibi
... cum dicit
... quid nobis profuit
... superbia & diuitiarum
... uacantia
... quid contulit nobis
... uident cornu eius
... exaltari in gloria
... qui sparsit & dedit
... pauperibus
... dentibus suis frendat
... & tabescat
... quia illic ploratus
... & stridor dentium
... non eni frendat
... et reurescat
... sicut fiet & si oportuno
... eum tempore peniteret
... sed tunc penitebit
... cum desiderium peccatorum
... peribit
... nullo succedente solatio
... peribit desiderium
... peccatorum
... cum transierit omnia
... tanquam umbra
... cum foeno arescente
... flor decidit uerbum
... autem dñi quod manet
... in aeternum sic falsorum
... beatorum uanitate derisum
... est sic eorundem uirorum
... miserorum perditioni
... super ridebit
FIN TRAC DE PSAL
CENTESIMO XI
IN CIP C XII
NOSTIS FRs ET SEPISSIME
AUDISTIS in euangelio dicere
dñm sine pueris uenire ad me
 talium ē enim regnum caeloꝝ
 & iterum si quis non receperit
 regnum di

sicut puer non intrabit in illud & multas alius
 locis dñi n̄r singulare humilitatis exemplū
 superbiam ueteris hominis ad in nouandum
 humilitatē uitam similitudine puerilis aetatis
 accusat. Quia propter km̄ cum cantare
 auditis in psalmis. Laudate pueri dñm ne
 arbitremini ad uos istam exortationem non
 pertinere quia iam corporis pueritiam super
 gressi uelut uenali decore uirescitis uel senili
 honore canescitis omnibus enim uobis dicit ap̄t̄s.
 Nolite pueri effici mentibus sed malitiae par
 uuli estote ut mentibus perfecti sitis. Quia
 malitia maxime nisi superbia. Ipsa enim de
 uana granditate presumens non sinit hominem
 ambulare per ar tam uiam & intrare per an
 gustam portam. Puer autem facile intrat
 per angustum & ideo nemo nisi ut puer intrat
 in regnum caelorum. Quid autem superbia
 malitia dicitur que p̄positum non uult ha
 bere nec dñm. Nam scriptum ē. Initium super
 bie hominis apostata re adō. Ac se aduersus
 precepta diuina tumidis ceruicibus erigente
 & suauu iugo dñi resistentem deicite frangite
 comminute atq; consumite. & laudate
 pueri dñm laudate nomen dñi. Illa enim
 prostrata atq; delata & extincta ex ore in
 fantium & lactantium perfecisti laus.
 Illa oppressa atq; delata qui gloriatur in
 dñi gloriatur. Non cantant ista qui se
 magnos putant. Non cantant ista qui cog
 noscentes dñm non ut dñm glorificauerunt
 aut gratias aegerunt se laudant illi non dñm.
 non enim pueri sunt nomen suum potius p̄
 dicare uolunt & non laudant nomen dñi.
 Itaq; euanuerunt in cogitationibus suis &
 obscuratum ē insipiens cor eorum & dicentes
 se esse sapientes stulti facti sunt uoluerunt
 nomen suum & diutissime & latissime dif
 famari cito ipsi in angustias transiunt.
 Dñm decet et dñm decet et semper & ubiq;
 p̄dicari semper ergo p̄dicatur sit nomen
 dñi benedictum ex hoc nunc & usq; in sc̄m.

Ubiq; predicetur a solis ortu usq; ad occasum
 laudate nomen dñi. Querat ex me aliquis
 puerorum sc̄orum laudate nomen dñi & di
 cat mihi ecce usq; in sc̄m accipio usq; in aet̄nū.

Cur autem ex hoc & non & ante hoc & ante
 omnia secula sit nomen dñi benedictum.

Respondebo paruulo qui non contumaciter
 querit. Uobis dicitur domini pueri uobis
 dicitur. Laudate nomen dñi sit nomen dñi
 benedictum ex hoc utiq; ex quo uobis dicitur.

Incipitis enim laudare sed sine fine laudate ex
 hoc ergo usq; in seculum sine fine laudate. Ne
 dicatis incipimus quidem laudare dñm quia
 pueri sumus sed cum creuerimus magniq; fue
 rimus nos ipsos laudabimus non sic pueri n̄ sic.

Propter ea dicit dñs per salam ego sum ille & usq;
 dum senescatis Ego sum semper laudandus
 ē que laudate pueri dñm ex hoc laudate
 senes & usq; in sc̄m quia senectura albescit
 quidem canes sapientiae & non canis uel uitate
 marcescit aut quo hoc loco humilitatem poti
 us uideatur significari pueritiam cui contra
 riae uana & falsa superbie magnitudo &
 ideo dñm nisi pueri non laudant quia super
 biam laudare non norunt sit senectus ur̄a
 puerilis & pueritia senilis idē ut nec sapientia
 ur̄a sit cum superbia nec humilitas sine sapi
 entia ut laudetis dñm ex hoc & usq; in seculū.

Quacumq; autem in paruulis sc̄is ecclesia xpi
 diffunditur laudate nomen dñi. hoc enim
 a solis ortu usq; ad occasum excelsus sup̄ om̄
 gentes dñs. Centes homines sunt. Quid
 mirum si super homines excelsus dñs. Illi
 super se excelsos quos colunt oculis uident in
 caelo fulgere solem et lunam stellas cui crea
 turae seruiunt deserentes creatorem sed
 non solum excelsos super omnes gentes dñs
 uerum etiam supra caelos gloria eius. Caeli
 supra se suspiciunt eum & humiles eum secu
 habent constituti carne infra caelum qui
 illa non colunt caelum. Quis enim sicut
 dñs dñs qui in altis habitat & humiliat respicit.

¶ Quisquam putare q̄ animalis celis habitet unde humilia terrenarespiciat. sed humilia respicit in celo & in terra in quibus ergo alius habitat unde humilia respiciat in celo & in terra. in quibus alius habitat unde humilia respiciat. & iam humilia respicit.

¶ Si enim exaltat humiles. ut non faciat superbos itaq; & in altis habitat quos exaltat facitq; sibi eos celum hoc ē sedem suam. & eos tam non superbos sed semper subditos. Intuendo etiam in ipso celo humilia respicit in quibus excelsis habitat. Sp̄s enim per isaiam ita loquitur. Haec dicit altissimus in excelsis habitat. hoc enim plenius eloquitur. Insc̄is inquit requiem habens sed quis sc̄i nisi humiles qui pueri dñm laudant itaq; ad iungit & pusillanimitas dñi magna nimitatem dñi utiq; magna nimitatem excelsos facit in quibus requiem habens in excelsis habitat. sed quia pusillanimitas dat magnanimitatem eadem excelsa in quibus habitat humilia respicit sed humilia inquit respicit in celo & in terra.

& excitauit nos etiam querere utrum eade in celo quae in terra. an alia in celo alia in terra. humilia respicit in celo dñs dñr. Si enim eadem uideo quem admodum ^{hoc} intellegas hoc secundum apostolum dicentem. in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus; Arma enim militiae nrae non carnalia sed potentia dō. Unde ergo potentia nisi quia spiritalia. Cum itaq; apostolus & in carne ambulat & spiriter militat. Non mirum si humilitas eius & in celo respicitur propt̄ sp̄s libertatem & in terra propt̄ corporis seruitutem. Idem quippe alio loco dicit. Nra autem conuersatio in celis est. Ipse autem item dicit. Optimum sibi ē dñs solui & esse cum xp̄o. Manere autem in carne necessarium inquit propter uos. Proinde quisquis intellegit & conuersationem apostoli in celo & in carne mansionem simul oportet intellegat dñm dñm nrm̄ in excelsis habitantem.

Quem admodum tamen eosdem sc̄os humiles sibi & in celo respiciat quo quae sunt sunt sapiunt quippe resurrexerunt cum xp̄o & in terra quo nondum soluti sunt carnis uinculo ut ex tota uita sua possint ee cum xp̄o si uero

alia dñi dñi noster humilia respicit in celo & alia in terra. Credo quod in celo iam respicit quos uocauit & habitat in eis. in terra autem respicit quos uocat ut habitat in eis. Istos enim possidet caelestia cogitantes illos excitat terrena somniantes. sed quia difficile optinemus ut possint & ipsam humiles dici qui nondum suam iugo dñi pia colla iunxerunt. Quando quidem humilia isto loco ut sc̄a intellegamus per totum textum ps̄lmi diuina ammonent littere & alius intellectus quem mecum caritas ur̄a consideret caelos nunc significari arbitror eos qui sedebunt super duodecim thronos & cum dño iudicabunt. terra autem nomine ceteram multitudinem benedictorum qui constituentur ad dexteram ut per opera misericordiae laudati recipiantur ab eis in tabernacula aeterna. Quos amicos sibi demanmona iniquitatis in huius uita mortalitate fecerunt eis quippe dicit apostolus. si nos uobis spiritalia seminauimus magnum est nisi ur̄a carnalia m̄lemus. Quod etiam his uerbis dici potest si nos uobis caelestia seminauimus magnum est si terrena ur̄a m̄lemus. In celo ergo respicit celestia seminantes in terra autem terrena reddentes. Tamen humiles & hos & alios humilia enim respicit in celo & in terra qui meminerunt utriq; quid fuerint per suam malitiam quid facti sunt per dñi gratiam neq; illis tantum modo dicit uas electionis fuistis enim aliquando tenebrae nunc autem lux in dño & iterum gratia salui facti estis per fidem. & hoc non ex uobis sed di donum ē. Non ex operibus ne forte quis ex tollatur sed eum se ipsum adiungit consequenter ipsius sumus figmentum creati in operibus bonis dicit & iam deorsum desit ipsis qui respiciuntur in celo. fumus enim & nos inquit naturaliter filii ire sicut ceteri & iterum fumus enim inquit & nos stulti aliquando & increduli errantes seruientes desideris & uoluptatibus uanis in inuidia & inuidia agentes abominabiles inuicem odientes habentes. Cum autem benignitas

¶ & dñs altissimus in sc̄is requiem habens. exposuit quid dixerit in excelsis habitans.

humilitas inluxit saluatoris dñi nostri :
Non ex operibus iustitiae quae nos fecimus sed secundum
sua misericordiam saluos nos fecit per lauacrum
regenerationis. Ecce humilia quae respiciuntur
in caelo spirituales enim sunt & omnia iudicantes
& tamen humiles nederecti iudicentur ; quid esse
ipso singulariter nonne talia sunt quae commemorat
qui non sum inquit dignus uocari apostolus quia p
secutus sum ecclesiam dñi sed misericordiam conse
cutus quia ignorans feci in incredulitate. Deniq;
post istos uersus quibus ait in psalmo sp̄s.

¶ Quis sicut dñs dñs noster qui in altis habitat & humilia
respicit in caelo & in terra. Volens docere nos
quae in caelo humilia cum iam spirituales magni
& iudicialibus sedibus dignitati significantur elo
quo subiecit statim. Qui erigit a terra inopem &
de stercore exaltat pauperem. Ut collocet eum cu
principibus cum principibus populi sui. Non itaq;
de dignanter esse humilia capita excelsorum sub
dextera dñi. Quamuis enim collocetur fidelis do
mice pecuniae dispensator cum principibus populi
dñi. Quamuis sc̄sus sit induodecim sedibus et
angelos quoq; iudicaturus a terra tamen in op̄
erigitur & de stercore qui seruiebat desideriis
& uoluptatibus uanis sed forte cum ista iam dice
ret non erat in op̄ non pauper. Quis ergo ad
huc ingemescit grauatus habitaculum quod de
caelo est super indui cupiens. Cur ne forte se ex
tollet colasatur ei subditur angelus satanae sti
mulo carnis uae. Alius quidem habitante in se
dño & habens eum sp̄m qui scrutatur omnia & iam
altitudinem dñi. Itaq; in caelo est sed & in caelo dñs
humilia respicit. Quis ergo fratrem suam audiuimus
humilia quae in caelo sunt exaltat a stercore
ut cum populi collocetur cum principibus nihil
ne consequenter audiuimus de humilibus quae in
terra respicit dñs. Pauciores enim sunt illi ami
ci iudicaturi cum dño. Plures enim isti quos re
cipiunt in tabernacula aeterna. Quamuis enim
tota frumenti massa in comparatione se iuncte
paleae paucos haberi uideatur. Per se tamen e
siderata copiosae. Multi enim filii de se re

magis quam eius quae habet uirum. Multi filii
eius per gratiam quae in senectute concepit
quam eius quae ab inuente aetate legit uinculo
maritatae. Ego quidem dico in senectute con
cepit & intuentis sarram matrem nr̄am in uno
Isaac per omnes gentes matrem fidelium. Quae
autem personae apud isaiam uidele quasi om
nino non matris nec eius quae peperit aliquem
& tamen quidem dicitur. Dicenti inquit in auribus
tuis filii tui quos uideras angustia nobis in isto
loco facito itaq; nobis & nunc locum in quo com me
moremur iudices uero in corde tuo. Quis genera
uit mihi istos cum sciam me esse sine filiis & uiduam.
¶ Quis ergo educauit istos mihi. Ego enim derelicta sui
sola. In aut mihi ubi erant. & ex ea ergo parte dicit
ecclesia. Quae uidetur nihil parere in istis turbis
qui nondimiserunt omnia ut sequerentur dñm
& sederent super duodecim thronos sed quam
multi in eadem turba facientes sibi amicos dema
mona iniquitatis per opera misericordiae ad dexte
ram stabunt. Non solum ergo erigit de stercore
quem collocet cum principibus populi sui sed etiam
habitare facit sterilem in domo matrem filioru
leantem. Qui in altis habitat & humilia respicit
in caelo & in terra. Semen abraham sicut stellas
caeli sc̄itatem sublimem in superius sedibus con
locatam & sicut arena maris misericordiam in
atq; innumeram multitudinem a sinistris
fluctibus atq; amaritudine imple segregatam.

LEXPL DESAL XII INCP DESAL CXIII
LEGIMUS QUID NOTISSIMUM QUERITUR DILACTIS
fr̄i quid narratur in libro exodi populum isrl̄
liberatum ab iniqua dominatione aegyptiorum
eloquia tua in nocescere uoluisti. Sed omnia
p̄p̄sus in labiis meis enuntiaui. Hoc enim mihi
uideatur significare uoluisse quod non ait omnia
iudicia tua sed omnia iudicia oris istius. Idē quae
mihi dixisti ut per os ei eloquium eius intellegam;
quod fecit ad nos in reuelationibus sc̄orum pluribus
& testamentis duobus quae omnia iudicia usq; quaq;
in labiis suis enuntiare non cessat eccl̄a. Deinde
sub iungit & dicit. In uia testimoniorum tuorum
iocundatus sum quasi in omnibus diuitis. Uia
testimoniorum dñi nihil citius nihil certius nihilq;
gratius nihil breuius intellegimus esse quam
xpm. In quo sunt omnes thesauri sapientiae
& scientiae absconditi. Inde & iste ait se iocundatu-
uel delectatum in hac uita quasi in omnibus diuitis.
Testimonia quippe dñi sunt quibus quantum nos diligit
nobis p̄bare dignatur. Commendat autem suam
caritatem dñs in nobis; quod cum adhuc peccatores
essemus xps pro nobis mortuus est. Cum ergo
ipse dicat ego sum uia & humilitas eius carnalis na-
tuitatis atq; passionis euidentia sint testimonia
diuinae erga nos dilectionis. p̄cul dubio uia testi-
moniorum dñi xps. Per haec quippe testimo-
nia quae in illo uidemus impleta & iam futura
erga nos quae sempiterna promissas expectamus
& speramus implenda. Qui enim proprio filio
non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum.
Quomodo & non cum illo omnia nobis donauit.
Sequitur in mandatis tuis garram & considerabo
uias tuas. Quod grecus habet ad otescheso lati-
ni int̄p̄tes quidam garram quidam exerce-
bor int̄p̄tati sunt. Quae duo inter se uidentur
esse diuersa. Sed si ex̄tatio intellegatur inge-
ni cum quadam dilectione disputationis utiq;
coniungitur; & quasi ex utroq; unum aliquid te-
peratur ut non sit aliena ab huiusmodi exer-

74
citationem garrulitas. Solent enim garruli
uocari loquaces. Sic autem se in di mandatis exercet
ecclesia omnes inimicos aduersus fidei xpiane atq;
catholice copiosis doctorum disputationibus garru-
li. quae tunc fructuosae sunt disputantibus. si non ibi
considerentur nisi uia dñi. Uiuersae uia dñi
sicut scriptum est misericordia & ueritas. Quorum
duorum plenitudo inuenitur in xpo. Per hanc
suauem exercitationem. fit etiam quod adiungit.
In iustificationibus tuis meditabor. non obliuiscar
uerborum tuorum. Ideo utiq; meditabor ut nō
obliuiscar. Unde beatus ille in primo psalmo Inle-
ge dñi meditabitur die ac nocte. In his omnibus
que ut potuimus disputauius. Meminerimus
kmi eum qui abscondit in corde suo eloquia dñi.
& enuntiavit in labiis suis omnia iudicia oris tui.
Et in uia testimoniorum delectatur sicut in om-
nibus diuitiis & garruens uel sese exercens in
mandatis eius. In mandatis eius considerat
uias eius & meditatur in iustificationibus eius
ne obliuiscatur uerborum eius. per quem omnia
utiq; lege dñi atq; doctrina instructus apparat
orare tamen & dicere. Benedicite ues dñe doce-
me iustificationes tuas. Ubi nihil aliud intelle-
gitur poscere nisi adiutorium gratiae ut quā
no ut sermone discat & opere.

EXPL. SERMO. VI. INCIP. SERMO. VII.

Sicut psalmi superiora meministis kmi adiuua-
re nos debent ad intellegenda sequentia. Et
enim que tamquam ex unius hominis persona
locuntur membrasunt xpi. et ad unum caput
tamquam unum per tinent corpus. Nempe
superius dixerat. In quo corrigit iuuenior uia
suam incustodiendo uerbatua. Ecce nunc aper-
tus ut id faciat poscit auxilium. Retribue
inquit seruo tuo uitam & custodibo uerbatua.
Sibi bona pro bonis sibi retribuui postulat. iam cus-
to dixerat uerbatua. Non autem dixit retribuere
seruo tuo quia custodiui uerbatua. tamquam
mercedem bonam pro bono oboedientiae fla-
gitare & sed dixit. Retribue seruo tuo uiuam
& custodibo uerbatua. Quidē aliud quam dice-

re mortuos ea custodire non posse. Infideles ui-
delicet de quibus dicitur. Si ne mortuos sepelire
mortuos suos. Quapropter si mortuos intellegim
infideles. uiuos autem fideles. quō iustus ex fide
uiuit. Nec possunt custodire uerbatua nisi fide
quae per dilectionem operatur. Hanc sibi poscit
quid dicit. Retribue seruo tuo uiuam & custodibo
uerbatua. It quō ante fidem non homini debentur
nisi mala pro malis. Retribuit autem dñs p indebita
gratiam bona pro malis. hanc retributionem
rogat quid dicit. Retribue seruo tuo uiuam
& custodibo uerbatua. Quae tuor enim sunt retri-
butiones. Aut mala pro malis retribuuntur sic
dñs ignem aeternum retributus est impiis.
Aut bona pro bonis. sicut regnum aeternum
retributus est iustis. Aut bona pro malis sicut
xpi per gratiam iustificat impium. Aut mala pro
bonis sicut iudaeus p malitiam persecutus ex xpi-
tiam. **H**arum quat tuor retributionum due priores po-
nent ad iustitiam. ut retribuatur mala pro malis
bona pro bonis. Tertia pertinet ad misericordiam
ut retribuatur bona pro malis. Quartam dñs facit
nulli enim malum pro bono retribuit. Haec autem
quam tēoloco posuit primitus necessariae. Nisi
enim dñs retribuere bona pro malis. Nullamodo
essent quibus retribuere bona pro bonis. Vide illū
saulum postea paulum. Non ex operibus inquit
iustitiae quae nos fecimus. sed secundum suam mis-
ericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerati-
onis. Et iterum. Qui prius fui blasphemus &
persecutor & iniuriosus. sed misericordiam consecutus
quia ignorans feci in incredulitate. Et iterum
Consilium autem do. tamquam misericordiam con-
secutus ad dō ut fidelis essem. hoc ē ut uiuerem
Quia iustus ex fide uiuit. Mortuus enim erat p
suam prius iniustitiam. at equam uiuere p dignitatem
ipsam porro suam mortem sic confitetur.
Adueniente autem inquit mandato peccatore uixit
ego autem mortuus sum. & inuentum ē mihi man-
datum quod erat in uita hoc ē in morte. Retri-
buit ergo illi dñs bonum pro malo hoc ē ut p morte
Talem scilicet retributionem qualis hic poscitur ubi

dicatur. Re tribue seruo tuo uiuam & custodi bo
 uerbatua. Et uixit & custodiuit uerba eius.
 Et pertinere cepit ad aliam retributionem in
 qua retribuuntur bona pro bonis. Propter qua
 dicit. Bonum certamen certauit cursum consu
 maui fidem seruaui. Decetero repositae mihi co
 rona iustitiae quam reddet mihi dñs in illa die
 iustus iudex. Utiq; iustus retribuendo bona pro
 bonis. quia prius misericors retribuendo bona
 pro malis. Quam uis & ipsa iustitia quar retribu
 untur bona pro bonis non e sine misericordia.
 Quia & hoc scriptum e. Qui coronat te in misericor
 dia & misericordia. Qui enim dixit bonum
 certamen certauit quando uincere & nisi illo do
 nante de quo ait. Gratiar do quid at nobis uicto
 riam per dñm nrm ihm xpm. Et qui cursum
 consummauit quando curret & quando perue
 nit & nisi illo adiuuante de quo ait. Igitur n
 uolentis neq; currentis sed misericors est dñs.
 Et qui fidem seruauit quando id facere & nisi ut
 ipse ait misericordiam consecutus ut fidelis e.
 Nusquam ergo se extollat humana superbia domis suis
 de retribuit bonapremia. Sed iste quiam orat &
 dicit Re tribue seruo tuo uiuam. Si penitus es set
 mortuus non oraret. Sed ab illo accepit initium
 bone concupiscentiae qui uitam poscit oboedi
 entiae. habebant enim aliquam fidem qui
 dicebant dñe auge nobis fidem. Ille uero & in
 credulitatem suam confitebatur nec fidem
 diffitebatur. Qui cum esset interrogatus utru
 crederet ait. Credo dñe adiuua incredulitate
 meam. Iam utiq; uiuere incipiens postulat uitam
 qui credens orat oboedientiam non pro ea seruat
 pmium sed ut seruetur auxilium. Vita quippe
 crescente uiuescit per omnem diem qui renouat
 dede in diem. Sciens autem uerbadi non posse
 custodiri proboedientiam nisi uideantur pro intel
 gentiam. Hoc quoq; orationi addit & dicit.
 Re uela oculos meos & considerabo mirabilia de lege
 tua. Ad hoc & iam illud ptinet quod adiungit.
 Inquilinus ego sum interra siue ut non nulli codi
 ces habent. Incola ego sum interra ne abscon

das ame mandata tua. Quod enim ait superius. Re
 uela oculos meos hoc postea dixit ne abscondas ame.
 & quod ibi dixerat mirabilia de lege tua hoc alio
 modo repetens ait mandata tua. Nihil e autem
 mirabilius in mandatis di quam diligite inimi
 cos uros. hoc e retribuere bona pro malis. Sed de
 isto inquilinatu & incolatu non e sermo contran
 dus. Et ideo non iste de hac re. sed alius expectan
 dus & dno adiuuante reddendus est.

**EXPT. SERMO. VII. INCIP. VIII. SERMO. VIII.
 DE UERSU PSALMI. QD DñC. INCOLA EGOSUM.
 USQ; CONCIPIUIT ANIMA MEA DESIDERARE
 IUSTIFICATIONE TUAS IN OMNI TEMPORE.**

Expectationi caritatis urae desequentibus huius
 maximi psalmi sermo reddendus e. ab illo uer
 su scilicet ubi ait. Incola ego sum interra ne ab
 scondas ame mandata tua. Siue ut non nulli co
 dices habent inquilinus ego sum interra. Quod
 enim e ingreco paraecos aliqui nri inquilinus
 aliqui incola non numquam & iam aduena inter
 pratisunt. Inquilini non habentes ppriam domu
 habitant in alieno. Incole autem uel aduene
 utiq; aduentu phibentur ubi magna de anima
 exoritur questio. Neq; enim secundum corpus
 dictum uideri potest incola uel aduena uel inqu
 linus sum interra. Cum de terra corpus origi
 nem ducat. Sed in hac profundissima questione
 nihil audeo definire. Siue enim propt animam
 que absit ut putetur de terra. Merito dici
 potuerit inquilinus uel incola uel aduena ego
 sum interra. siue secundum totum hominem
 quia paradisi aliquando eius fuit. Ubi utiq; non
 erat qui ista dicebat. Siue quode ab omni contero
 uersa liberius. Non omnis homo fit hoc dicere
 sed cui patria promissa e ad na in caelis. Hoc scio
 quia temptatio e uitahumana sup terram. &
 iugum graue est sup filios adam. Uerum me
 plus delectat secundum istam disputare senten
 tiam. ut id nos interra inquilinos uel incolas ee
 dicamus quia supernam patriam unde pignus
 accepimus & quo puenientes numquam inde
 migremus inuenimus. Nam & ille qui in alio

no

no

R

psalmo dicit Inquilinus ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei Non ait sicut omnes homines sed dicendo sicut omnes patres mei. Iustus procul dubio uult intellegi qui eum tempore pceserunt & in hac peregrinatione gemitu pio super ne patriae suspirat, de quibus scriptum est ad ebreos, Secundum fidem mortuis homines, Cum non accepissent promissiones sed longe exi uidentes & salutantes & confitentes qui hospites & peregrinunt super terram, Quoniam talia dicunt ascendunt quia patriam querunt, & si quidem eius memores essent aqua discerent, si habuissent tempus reuertendi, Nunc autem meliorem appetunt id est celestem, Ideo non confundit de his de uocari de eorum, Preparauit enim escuitate. Et illud quod legimus Quam diu sumus in corpore peregrinamur ad deum, Potest intellegi hoc non esse omnium sed fidelium, Non enim omnium est fides, Et uidemus quid his uerbis apostolus iungat, Cum enim dixisset quam diu sumus in corpore peregrinamur ad deum, Per fidem enim ambulamus inquit non per speciem ut intellegeremus eorum esse istam peregrinationem qui ambulant per fidem, Infideles autem quos deus non presciuit nec presciscinauit confortes imaginis filii sui, Non possunt ueraciter dicere se in terra peregrinos quando ibi ubi secundum carnem nati sunt, Non enim alibi habent ciuitatem deper hoc non sunt in terra alienigenae sed terrigenae, Unde ait alia scriptura de quodam, Posuit enim apud mortem domum suam & apud inferos cum terrigenis axes suos, Sunt autem & ipsi peregrini & inquilini non habent terre sed populodi a quos alienigenae unde credentibus & sciam ciuitatem que non est de hoc mundo habere incipientibus, Apostolus dicit, Igitur iam non estis peregrini & inquilini sed estis ciues scorum & domestici dei, Ipsi ergo sunt ciues terreni quis de populo peregrini, Qui uero ciues sunt in populo dei ipsi sunt in terra peregrini, Quia totus idem populus quam diu in corpore peregrinamur ad deum, Dicat itaque incola ego sum in terra ne abscondas

ame mandata tua, Non illa ubique de uoluntate dicari, Utinam quam multis clara iam multis cara sint, Nam quidem clarus quam diligens dominum deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua & ex tota mente tua & diligens proximum tuum tamquam te ipsum, In quibus duobus mandatis tota lex pendet & prophetae, Et quis e quem lateant ista mandata nempe & omnibus fidelibus & plurimis infidelibus notasunt, Cur ergo possit fidelis ne abscondat sibi quod nec infideli cernit abscondi, An quia dominum nosse difficile est, Consequens est ut diligens dominum deum tuum difficile intellegatur ne aliud palio diligatur, Nam proximi facilius uidetur esse cognitio, Omnis quippe homo est omni homini proximus, Nec ulla cogitanda longinquitas generis ubi natura communis, Quam quam proximum nouerat quid dicitur, Et quis tibi proximus quando illi est propositus, Homo quidam qui descendens ab hierusalem in hiericho incidit in latrones, Cui proximum nisi fuisse nisi qui cum illo fecit misericordiam, Ipse qui interrogauerat iudicauit, Patuitque in facienda misericordia neminem alienum esse deputandum, ab eo quid diligit proximum, Sed multi nec se ipsos nouerunt quia & se ipsum nosse quem am modum homo sibi debet in noscere non omnium hominum est, Quomodo diligit proximum tamquam se ipsum qui nescit & se ipsum, Non enim frustra ille filius iunior qui profectus in regionem longinquam ubi distans paucis substantiam suam uiuens prodige ut diceret, Surgam & ibo ad patrem meum Prius reuersus est in semetipsum, nisi quia tam longe peregrinatus est ut reliqueret semetipsum, Nec tamen reuertens ad se si omni modo nesciret se, Nec diceret surgam & ibo ad patrem meum si penitus ignoraret deum, Quo circa & aliquatenus ista sciuntur, Et ut magis magisque sciuntur non in merito scienda poscuntur, Quapropter ut sciamus diligere deum sciendus est, et ut sciat homo diligere proximum tamquam se ipsum

Prius debet diligendo dñm diligere seipsum, Quod unde poterit sine scit dñm sine scit seipsum

Haec itaq; dicitur dō Incola ego sum in terra ne abscondas a me mandata tua; Merito namq; abscondunt eis qui non sunt incolae in terra.

Haec enim mandata & si audiunt non sapiunt quia terrena sapiunt; Quorum autem conuersatio in caelis est; In quantum hic conuersantur profecto peregrinantur; Paucant itaq; ne abscondant abscondit mandata dī per que ab hoc incolatu liberent;

Diligendo dñm cum quo in a se numer & diligendo proximum ut illic sint ubi & ipsi fuerunt; Quid aut diligendum diligitur; Unde consequent iste incola in terra cum dī mandata ne sibi absconderentur orasit;

In quibus dilectio precipitur uel sola uel maximae & ipsius dilectionis dilectionem se uelle habere. proclamat dicens; Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Laudabilis ista concupiscentia non damnabilis; non de hac dicitur e non concupisces; Sed de illa qua caro concupiscit aduersus spm; De hac autem bona concupiscentia qua concupiscit sps aduersus carnem Quere ubi scriptum sit & inuenies;

Concupiscentia itaq; sapientiae adducit ad regnum; Et multa alia repperiuntur bonae concupiscentiae testimonia; Sed hoc sane interest quod non tacet; quid concupiscatur quando bona commemoratur concupiscentia; Cum autem non additur; quid concupiscatur sed sola ponitur non nisi mala intellegitur; Sicut in hoc quod commemorauit;

Concupiscentia inquit sapientiae deducit ad regnum; Si non ad dō & sapientiae nullo modo dicitur concupiscentia pducit ad regnum; At uero apōtolus quod posuit Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces; Non utiq; addidit cuius rei concupiscentiam uel quid concupisces;

Certum enim non intellegi cum ita dicitur nisi malam concupiscentiam; Quid ergo huius anima cupiuit desiderare inquit iustificationes tuas in omni tempore; Credo nondum eas desiderabat quando concupiuit desiderare; Iustificationes aut factas iuxta idē opera iustitiae; Cum itaq; non

dum habeat & qui iam desiderat quam longe ab his erat qui eas adhuc desiderare concupiscebant & qui longius ab eis sunt qui neq; hoc adhuc concupiscunt mirum est autem quomodo concupiscatur desideria nec sic in nobis cuius iam concupiscentia sit in nobis;

Neq; enim pulchrum aliquid corpus est sicut aurum uel caro aliqua speciosa quam potest homo concupiscere nec habere quia ex tra posita non est in homine; Quis nesciat in homine esse concupiscentiam in homine esse desiderium; Cur ergo concupiscatur ut habeatur quasi for in secul inferat ut quomodo haberi concupiscentia eius sine ipso potest cum sit & ipsum quid aliud quam concupiscentia;

Nam & desiderare proculdubio concupiscere est; Quis est iste mirabilis atq; inexplicabilis languor & tamen est; Nam & egrotus qui fastidio laborat & uult euadere hoc malum concupiscit desiderare cibum dum concupiscit nō habere fastidium; Sed hoc fastidium morbus est corporis; Concupiscentia uero qua concupiscit desiderare cibum hoc est carere fastidio; In animo non in corpore; & habet eam non gutturis & faucibus delectatio quae fastidio stringit sed recuperande ratio sanitatis qua pellendū est fastidium puidetur;

Et ideo non mirum si appetit animi ut appetat corpus; Quando appetit animus nec appetit corpus; Cum autem utrumq; animi est & utrumq; concupiscentia cur concupisco desiderium iustificationum dī; Quomodo in uno eodemq; animo meo habeo concupiscentiam desiderii huius & ipsum non habeo desiderium; Aut quomodo ista duo sunt & non unum; ut quid enim concupisco desiderare iustificationes ac non ipsa iustificationes potius quam earum desiderium concupisco; Aut quo pacto possum iustificationum desiderium concupiscere & ipsas iustificationes nō concupiscere;

Cum ideo earum desiderium concupiscam quia ipsas habere cupio; Quod si ita est iam ipsas utiq; concupisco; Quid igitur opus est ut earum desiderium concupiscam cum iam id habeam & habere me sentiam; Non enim possum concupiscere desiderium iustitiae nisi

Cum ideo earum desiderium concupiscam quia ipsas habere cupio; Quod si ita est iam ipsas utiq; concupisco; Quid igitur opus est ut earum desiderium concupiscam cum iam id habeam & habere me sentiam; Non enim possum concupiscere desiderium iustitiae nisi

Cum ideo earum desiderium concupiscam quia ipsas habere cupio; Quod si ita est iam ipsas utiq; concupisco; Quid igitur opus est ut earum desiderium concupiscam cum iam id habeam & habere me sentiam; Non enim possum concupiscere desiderium iustitiae nisi

concupiscendo iustitiam; An hoc est quod superius dixi quod diligenda sit etiam ipsa dilectio qua diligitur quod diligere non oportet. Odo quippe habemus concupiscentiam nostram quia caro concupiscit aduersus spiritum. Et quidem ista concupiscentia nisi mala dilectio. Et diligimus concupiscentiam nostram quia spiritus concupiscit aduersus carnem. Et quidem ista concupiscentia nisi bona benedictio dilectio. Cum autem dicitur diligenda est. Quid aliud dicitur quam concupiscenda est. Quo circa quomodo recte concupiscuntur iustificationes domini. Recte concupiscuntur concupiscentia iustificationum domini. Hoc enim alio modo sic dici potest si recte diliguntur iustificationes domini recte diligitur dilectio iustificationum domini.

An aliud est concupiscere aliud desiderare. Non quomodo non sit concupiscentia desiderium sed quia non omnis concupiscentia desiderium est. Concupiscuntur enim et quae habentur et quae non habentur. Nam concupiscendo fruitur homo rebus quas habet. Desiderando autem abstinentia concupiscit. Desiderium ergo quid est nisi rerum abstinentium concupiscentia. Sed domini iustificationes absentes esse quomodo possunt nisi quando nesciuntur.

An et quando sciuntur et non sunt absentes habentur. Nam quid nisi iustificationes nisi opera iusta non uerba. Ac hoc possunt infirmitate animae non desiderari et ratione mentis ubi uidetur quam sint utiles atque salubres potest earum desiderium concupisci.

Sepe enim quid agendum sit uidemus nec agimus. Quia non delectat ut agamus et cupimus ut delectemur. pro uolat intellectus ut tarde sequitur. Et aliquid quando non sequitur humanus atque infirmus affectus.

Idcirco ergo desiderare concupiscebat quae bona esse cernebat. Cupiens eorum habere delectationem quorum potuit uidere rationem.

Non autem ut non concupiscit sed concupiscit animam meam desiderare iustificationes tuas. Fortasse quippe talis erat iste incola in terra qui iam peruenerat ad id quod concupuerat. Tamque desiderabat eas

quarum se desiderium aliquando concupisse commemorat. Si autem iam desiderabat cur non habebat non enim aliquid impedit quo minus habeantur iustificationes domini nisi quia non desiderantur dum non in eas caritas feruet. quarum claritas luceat. An habebat eas atque faciebat nam paulo post dicit. Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Sed quibus quasi gradibus ad eas perueniat ostendit. Prius enim ut uideatur quam sint utiles et honeste deinde ut earum desiderium concupiscat. Postremo ut proficiente lumine atque sanitate delectetur earum et operatio. Quarum sola ratio delectabat sed ea quae secuntur quomodo iam iste perlixus est. alio sermone adiuuante domino commodus disseverentur.

**EXPLICIT SERMO VIII.
INCIPIT VIII. DE EO QUOD DICITUR IN CREPASTI
SUPERBOS. UBI AD DOMINAM TESTIMONIA TUAM.**

Psalmi huius quae tractanda subsequuntur ammonet nos causam nostrae miseriae recordari. Et enim cum dixisset concupiscit animam meam desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Sive scilicet in rebus prosperis sive in aduersis quia et in laboribus et doloribus debet delectare iustitiam. nec ita tempora diligenda tranquillo ut turbulento tempore deseratur sed amplectenda in omni tempore. Continuo subiicit. In crepasti superbos maledicti quidem declinant a mandatis tuis. Superbi enim declinant a mandatis domini. Aliud est quippe mandata eius per infirmitatem et ignorantiam non implere. Aliud ab eis per superbiam declinare. Sicut fecerunt qui nos mortaliter in hac uita genuerunt. Delectauit enim eos eritis sicut dii ac sic mandata domini quod sibi eum mandata se sciebant et quod facillime nulla infirmitate reuocante impediente tardente implere poterant per hanc superbiam declinarunt. Et ecce tota ista dura et infelix erumna mortalium quodam modo hereditaria est increpatio superbiorum. Quando enim dixit dominus ad adam ubi es non ubi es ignorabat sed superbum increpabat.

Et ubi tunc esse adeo ad quam miseriam peruenisset
 non scire cupiebat sed interrogando increpans am
 monebat. Vide autem quem am modum cum dix
 isse increpasti superbos non ait maledicti qui
 declinauerunt a mandatis tuis ut illud tantum
 primorum hominum peccatum ueniret in mentem
 sed ait maledicti qui declinant. Oportebat enim
 ut omnes illos terrentur exemplo adiuuis non
 declinare mandatis. Et diligendo iustitiam in
 omnitempore. In huius mundi etiam labore raei
 pere quod in paradisi amissimus uoluptate. Sed
 quo supbi nec intanta deponunt increpatione
 ceruicem. Et cum sint deieci laboris mortisq;
 supplicio extolluntur trפו imitantes elatione
 cadentium iridentes humilitatem surgentium
 Proferat corpus xpi dicit aufer ame obprobrium
 & contemptum quia testimonia tua exquisiui
 Testimonia grece martiria nuncupantur quo
 uerbo iam utamur pro latino. Unde illos qui ppe
 testimonium xpi diuersis passionibus humiliatis
 & usq; ad mortem pro ueritate certarunt non
 testes qd latine utiq; possemus sed grece marti
 res appellamus quo hoc familiarius auditis &
 dulcius. Si accipiamus haec uerba tamquam
 dictum sit aufer ame obprobrium & contemptum
 quo martiria tua exquisiui. Xpi corpus istacu
 dicit numquid ab impiis & supbis audire obpro
 brium atq; contempti ullam deputat penam
 cum potius inde pueniat ad coronam. Cur ergo
 quasi graue aliquid & intollerabile ab se poscit
 auferri nisi quia ut dixi orat pro impiis inimicissis
 quibus esse pspicit noxium obicere nomen sem xpi
 tamquam obprobrium xpianis & eius a
 iudaeis irrisam crucem totunq; humilitatis
 xpianis medicinam quasi solatium ille sanatur
 quo inflati cecidimus & iacentes amplius intu
 mimus eadem supbia permanente & crescente con
 temperet. Dicit itaq; corpus xpi. Iam enim dili
 gere didicit inimicos suos. Dicit dnus dnus suo
 aufer ame obprobrium & contemptum quia martiria
 tua exquisiui. Idest obprobrium quod ideo audio
 & contemptum quo ideo contempnor quia

martiria tua exquisiui aufer ame. Inimici autem
 mei quos ame pcepit diligere qui magis magisq; mori
 untur et pereunt cum martiria tua contempnunt
 & criminantur in me. profecto reuiuiscunt & inueni
 entur. Si martiria tua uenerentur in me. Itafactum
 est hoc uidemus ecce martirium xpi & apud homines
 & in hoc mundo. Non solum non obprobrium sed mag
 num est ornamentum. Ecce non solum in conspectu
 dni uerum etiam in conspectu hominum. Iam pto
 saest mors scorum eius. Ecce non solum non contemp
 nuntur uerum etiam magnis honoribus preferunt
 martires eius. Ecce filius ille uinor qui pro por
 cis quos pascebat. Ideo pro immundis demombus quos co
 lebat particulam suam in xpianis paucissimis pcedente
 per sequebatur. Iam nunc intam multis & magnis
 populis gentium martires quibus ingererat obp
 brium religiosissime predicans et maximis laudib;
 quos contempnebat exaltans mortuus erat & reuixit
 perierat & inuentus est. Hoc tam magno lucro cor
 rectionis conuersionis ^{& reuelationis} inimicorum suorum corpus
 xpi dicit aufer ame obprobrium & contemptum
 Et quasi quereretur de quare obprobrium de quare
 contemptum. Subiunxit atq; ait quo martiria
 tua exquisiui. Vbi est nunc illud obprobrium
 ubi ille contemptus ubi erunt atq; transierunt
 et quia inuenti sunt qui perierant illa perierunt.
 Sed quando ecclesia talia precabatur illa patiebatur.
 Et enim sederunt inquit principes & aduersus me loq;
 bantur. Inde persecutio grauis erat qui eum sedentes
 hoc e iudicariis sedibus eminentes principes decerne
 bant. Refer ad hoc ipsum caput inuenies sedisse
 principes iudaeorum. consilium querentes quomo
 do xpm pderent. Refer hoc ad corpus eius. idest
 ecclesiam inuenies reges terrae excogitasse atq; ius
 sisse quomodo xpiani ^{nas} quam essent. Et enim seder
 principes & aduersus me loquebantur. Seruus autem
 tuus exercebatur iniustificationibus tuis. Qualis
 exercitatio haec fuerit quinosse desiderat, quod
 adiunxit. Intellege. Nam et testimonia tua me
 ditatio mea & consilium meum iustificationis tue
 Recole quod superius commendauimus testimonia ee
 martiria. Recole iustificationibus dni nullam

esse difficiliorē & mirabiliorem quam ut suos quisq;
diligat inimicos. Si ergo exercebatur corpus xpi ut &
martyria eius meditaretur & diligere eos a quibus
obprobantibus & contempnentibus propter ipsam marty-
ria persecutiones patiebatur. Non enim pro se sicut iam
commendauimus se pro ipsis potius orabat dicens.

Aufer a me obprobrium et contemptum. Sederunt
ergo principes & aduersus me loquebantur. Seruus
autem tuus exercebatur iniustificationibus tuis.
Quoniam modo. Nam et testimonia tua meditatio mea
& consilium meum iustificatione tuae. Consilium
contra consilium. Consilium sedentium principum
fuit inuentos martyres perdere. Consilium patien-
tium martyrum fuit inimicos perditos inuenire.
Reddebant illi mala pro bonis ista bona pro malis. Quid ergo
mirum si illi occidendo defecerunt isti moriendo uicerunt.
Quid inquam mirum si martyres se uentibus gentibus
temporalem mortem patientis sine pertulerunt et
gentes martyribus orantibus ad aeternam uitam
per uenire potuerunt. Dum corpus xpi sic exercebatur
ut et martyria eius meditaretur & malis martyrum
persecutoribus bona praecetur.

EXPLICIT SERMO VIII
INCIPIT DECIMUS DE UERSU PSALMI
ADHESIT PAUIMENTO ANIMAE MEAE UIUIFICAME SE
SECUNDUM UERBUM TUUM.

Sequitur in isto psalmo maiore quod considerare & sic
dñs dederit per tractare debemus. **A**dhesit pauimento
animae meae uiuificame secundum uerbum tuum.
Quid est adhesit pauimento animae meae. Nam cum
adiungit & dicit uiuificame secundum uerbum
tuum. Quare se uiuificari poscat utiq; causam prae-
misit dicendo. Adhesit pauimento animae meae.
Ergo quia propterea uiuificari petit quia pauimento
adhesit animae eius. Mirum sibi aliquid hinc uult
intellegi. Ita quippe se habet tota ista sententia
tanquam diceret mortuus sum uiuificame.
Quid ergo pauimentum. si tanquam unam quandam
magnam domum uniuersum mundum uelimus
accipere. Videmus uel uideus camera in caelum
Terra erit igitur pauimentum. Uult itaq; terre-
m serui & cum apostolo dicere conuersatio nra in

uolunt

caelis est. Pro inde terrenis adherere mors ani-
mae est. Cui malo contraria poscitur uita cum
dicitur uiuificame. Sed uidentum est utrum
congruant huic uerba ista quia superius talia
dixerat quibus magis de uideatis adhesisse quam
pauimento. ut conuersatio eius non interrenis
sed in caelestibus haberetur. Quomodo enim potest
intellegi terrenis adhesisse quid dicit. Seruus autem
tuus exercebatur iniustificationibus tuis. Nam
& testimonia tua meditatio mea & consilium
meum iustificatione tuae. Haec sunt enim
uerba eius ante cedentia. Quorum antecedentia
istae sunt consequentia. Adhesit pauimento anima
mea. An hoc intellegere debemus quantumlibet
quisq; proficiat in iustificationibus dñi habere eum
mortalis carnis affectum. circa ista terrena in
quibus uita humana temptatio est super terram
et ab hac morte si per se uerantur proficit
cotidie reuiuiscere uiuificante illo cuius gratia
homo noster interior renouatur de die in diem.

Nam & illud apostolus cum dicebat. quam diuisum
in corpore peregrinamur ad dñm & concupiscebatur
dissolui & esse cum xpo. Adhesit pauimento ei.
Vnde & corpus ipsum quia ex terrae non absurde
intellegatur pauimentum. Quod adhuc quia cor-
ruptibile est aggrauat animam. Beate in illo
ingemescitur & dicitur dñs. Adhesit pauimento
animae meae uiuificame secundum uerbum tuum.
Neq; enim cum corporibus nostris semper dñs erit
sed tunc quia non erunt corruptibilia nec animas
aggrauabunt. Si diligenter consideremus non est
nos sed ipsa nobis potius adherent nos autem dñs.
Vnde alterius psalmi uerba illa sunt. Oñi autem
adherere dñs bonum est ut uiuant corpora ex nobis
adherendo nobis. Nos autem uiuamus ex dñs qui
nobis adherere dñs bonum est. Adhesio quippe ista
de qua dictum est. Adhesit pauimento animae meae
non conuentionis carnis & animae. quamuis &
ipsam quidam intellexerunt sed carnalem magis
animae affectum quocirca concupiscit aduersus
spñ significare mihi uidetur. Quod si recte acci-
pitur profecto quid dicit. Adhesit pauimento

Marginal notes on the right edge of the page, partially cut off.

animam meam uiuificame secundum uerbum tuum .
 Non dormat unde corpore mortis huius . Morte
 ipsius corporis inter ueniente soluitur quoddies
 ultimus uisus huius qui propter eius breuitatem non
 potest et se diuturnus . Et quandoq; facturus est
 Sed ut concupiscentia quae concupiscentur aduersus
 spm magis magisq; mutatur . Et concupiscentia
 qua concupiscentur aduersus carnem magis ac ma
 gis augetur donec ista consummatur in nobis .
 Et illa consummetur per spm scm qui datus est nobis
 Donec autem non dicit uiuificame secundum meriti
 mam sedat secundum uerbum tuum .
 Quod quidem aliud nisi secundum promissum tuum
 filius promissionis uult et se non filius elationis
 ut secundum gratiam fit masit promissio omnifemi
 ni . Hoc enim uerbum promissionis Insaac uoca
 bitur tibi semen . Hoc non qui filii carnis hi filii di
 sed filii promissionis deputantur in semine . Nam
 quid erat ipse per se ipsum in eo quod sequitur confi
 tetur . **V**ias meas enuntiaui et ex audisti me .
 Non nulli quidem codices habent uias tuas . Sed plu
 res & maxime graeci uias meas hoc est malas .
 Nam hoc mihi uideatur dicere peccata mea confessus
 sum & ex audisti me . hoc ut dimittere se . Doce
 me iustificationes tuas . Confessus sum uias meas de
 lictuales . Doce me tuas . Sic doce ut agam non ut tur
 tum modo sciam quid agere debeam . Sicut enim
 dicitur ad no quod non nouerat peccatum . Et in
 telligitur non fecerat sic & iustitiam ille uere di
 cendus est nosse qui facit . proficiens hae oratio est
 Nam utiq; si omnino non faceret profecto illa superi
 ora non diceret . Seruus autem tuus exercebatur
 in iustificationibus tuis . Non ergo in quibus ex
 ercebatur has uult ad no discere sed ab istis ad alias
 proficiendo uel ut crescendo desiderat peruenire .
 Deniq; adiungit & dicit . **V**iam iustificationum tua
 rum insinua mihi . Vel sicut non nulli codices habent
 Instrueme . quod expressius de greco dicitur . fac me
 intellegere . & exercebor in mirabilibus tuis .
 Ipsas iustificationes ampliores quasi proficiendo cupit
 adprehendere mirabilia di uocat . Sume ergo quaedam
 iustificationes di ita mirabiles ut humana infirmi

tas ab eis qui experitunt non non adeas posse peruenire .
 credatur . Dormitauit animam meam pro secho confirma
 me in uerbis tuis . Quid dormitauit nisi absperrefri
 gium . Quia eas se adprehensuram esse crediderat .
 Sed confirmame inquit in uerbis tuis ne ab eis quoq; ad quas
 iam peruenisse me sentio decidam dormitabo .
 Confirmataq; me in eis uerbis tuis quae iam teneo que
 iam facio ut ex his ad alia possim proficiendo per ten
 dere . Et quid impedit in uia iustificationum di sic
 ambulare ut homo facile possit ad illa & uim mirabi
 lia peruenire . Quid putamus nisi quod se animou
 ri in consequentibus rogat dicens . **V**iam iniquitatis
 amoue a me . Et quales factorum subintravit ut
 abundare delictum . Sequitur & dicit . **E**t lege tua
 miserere mei . Quae lege nisi lege fidei . Audi apostoli
Vbi ergo gloriatio exclusae . Per quam legem factorum
 non sed per legem fidei . Haec est lex fidei qua
 credimus & oramus . Per gratiam nobis donari ut
 faciamus quod per nos met ipsos implere non possumus .
Ne ignorantem di iustitiam & iram uolentes constitu
 ere iustitiae di non sumus subiecti . In lege autem
 fidei subuenientis misericordia . Cum autem
 dixisset . et lege tua miserere mei . De beneficiis eius
 quae iam consecutus est quodam modo dici potest pre
 scribit ut impetret caetera quae nondum consecu
 tus . At enim . **U**iam ueritatis elegi iudicia tua
 non sum oblitus . Adhesit testimonis tuis . **D**ne noli
 me confundere . **U**iam ueritatis elegi ubi curre
 rem . **I**udicia tua non subblatus ut currerem .
Adhesit testimonis tuis cum currerem . **D**ne noli
 me confundere . quo curro per tendam quo ten
 debo perueniam . Non enim uolentis neq; cur
 rentis sed miserentis di est . Deniq; sequitur .
Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatas
 ti cor meum . Non currerem nisi dilatas ses cor
 meum . Prorsus isto uersu exponitur quem ammo
 dum dicitur sit . **U**iam ueritatis elegi iudicia tua
 non sum oblitus . **A**dhesi testimonis tuis .
Cursus quippe iste uiae mandatorum di . Et quia
 potius eius beneficia quam sua merito dno allegat
 tam quam diceretur ei quomodo ista cucurristi
 eligendo & di iudicia non obliuiscendo & eius

testimonis adherendo. An per te ipsum ista potuisti non ait. Quid ergo uiam mandatorum tuorum inquit cucurri. cum dilatasti cor meum. Non ergo per proprium. & quasi nullis tuae opis indigum arbitrium meum. sed cum dilatasti cor meum.

Cordis dilatatio iustitiae est delectatio. hoc munus est di. ut in preceptis eius non timore pene angustemur. sed dilectione & delectatione iustitiae dilatemur.

Hanc enim nobis promittit latitudinem dicens. habito meis & deambulabo. Quam enim latum est ubi deambulat deus. In hac latitudine diffunditur caritas in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Unde etiam dictum est. & in plateis tuis discurrant aequae tuae. **P**latea quippe de uerbo greco a latitudine nomen accepit. Quo grece platea dicitur latum. Haec sunt autem aquae de quibus dominus dicit. Siquis sitit ueniat ad me. qui credit in me. flumina aquae uiuae fluent de uentre eius.

Et exponens euangelista quid dixerit. Hoc autem inquit dicebat de spiritu quem accepturi erant qui credituri erant in eum. Multa dici possent de ista cordis latitudine. Sed huius sermonis iam contradicitur longitudine.

EXPLICIT SERMO. X.
INCIPIT. XI. DE UERSU PSALMI
LEGEM PONE MIHI DNE VIAM IUS
TIFICATIONUM TUARUM. ET EXQUI
RAM MEAM SEMPER.

In psalmo isto magno sequitur quod nobis adiuuante domino considerandum atque tractandum.

Legem pone mihi domine uiam iustificationum tuarum & exquiram eam semper. Apostolus dicit. Iusto lex non est posita. In iustis autem & non subditis & cetera quae ibi concludens ait. Et si quid alio sine doctrinae aduersatur. quae est secundum euangelium gloriae beatissimi quod creditum est mihi. Numquid talis erat iste qui dicit. Legem pone mihi domine. Qualibus beatus paulus dicit positam legem absit. Si enim talis esset non superius dixisset. uiam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Quid est ergo quod dicit ut sibi lex a domino ponatur. si non ponitur iusto. An eo modo non ponitur iusto quomodo

positae populo contumaci. in tabulis lapideis non in tabulis cordis carnalibus. Secundum testamentum uelut ex monte sina quod in seruitutem generat non secundum testamentum nouum de quo scriptum est phere. **m**iam pphetam.

Ecce dies uenient dicit dominus & consummabo domum israhel.

& domum iuda testamentum nouum. Non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua adprehendi manum eorum cum educerem eos de terra aegypti. quos ipsi non per manserunt in testamento meo. & ego neglexi eos dicit dominus. Quonia hoc est testamentum quod constitui domui israhel post dies illos dicit dominus. dando leges meas in mentibus eorum & in cordibus eorum scribam eis. **E**cce quomodo uult iste legem sibi poni a domino. Non sicut iniustus & non subditus. Ad uelut testamentum pertinentibus positae in tabulis lapideis. Sed sicut scilicet filius libere. hoc est superne iherusalem filius promissionis filius hereditatis aeternae. Sed spiritu tanquam digito dei in mentem datur et in cordibus scribitur.

Non quam memoria teneant. & uita neglegant. sed quam sciant intellegendo. faciant diligendo.

In latitudine amoris non in amoris angustis.

Nam qui timore pene non amore iustitiae opus legis facit profecto inuitus facit. Quod autem inuitus facit si posset fieri mallet utique iuberi ac per hoc legis quam uellet non esse. non est amicus sed potius inimicus. Nec mundatur opere qui in mundus est uoluntate. Talis non potest dicere quod iste dixit in superioribus uersibus. **U**iam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.

Quia illa dilatatio caritatem significat quae secundum apostolum legis plenitudo. Cur ergo iste adhuc poscit sibi legem poni quae utique si non est posita fuisse non uiam mandatorum dei in cordis latitudine cucurrisset. Sed quia proficiens loquitur. & si donum nouit esse quod proficit. Quid aliud potest cum sibi legem poni potest nisi ut in ea magis magisque proficiat. Quem am modum si poculum plenum teneas & scienti dare incipias & auris bibendo & poscit desiderando. Quibus autem iniustus & non subditus. Lex in lapidibus talis ponitur praeparata

tionis reos non promissionis efficit filios. Sed & ille
 qui eius meminit nec eam diligit eo modo reus e
 quia memoria eius lapis illi e quodam modo
 scriptus. Non quo adoratur sed quo p'matur.
 Pondus oneris non titular honoris. Hanc autem
 legem iste uiam iustificationum di uocauit
 Nec alia uiae mandatorum eius quam secucur
 risse iam dixerat cum dilatatum e cor eius.
 Ergo & uocatur & currit donec perueniat ad
 palmam supernae uocationis di. Denique cum dixisset
 Voge pone mihi d'ne uiam iustificationum tuaru
 Adhuc & exquiram illam semper. Quid enim
 exquirat quod habet nisi quia & habet agendo
 & exquirat proficiendo. Sed quid est semper
 utrum exquirendi non erit finis sicut dictum e
 semper laus eius in ore meo quia laudandi non
 erit finis. Neq; enim d'ni laudabimus cum ad ei
 regnum p'uenierimus ad eternum. Cum lega
 mus beati qui habitant in domo tua in secula
 seculorum laudabunt te. An semper dictum e
 quam diu hic uiuatur quia p'ficiatur semper.
 Post hanc autem uitam quibus hic proficiebat
 ibi p'ficiatur. Sicut de quibusdam feminis dictum e
 Semper discentes sed ille male. Quia secutus ad
 iunxit & ad ueritatis scientiam numquam per
 uenit. Qui uero in melius hic proficit quo pro
 ficiendo nititur peruenit. Ubi iam non proficit
 quia p'ficiatur sine fine consistit. Nec de illis tamen ta
 dictum e semper discentes ut & post morte
 discere perseuerent uana & infructuosa cum
 tabulis doctrinis successerint. Non studia
 sed supplicia aeterna sempiternam. Hic ergo
 exquiratur dilex quam diu in ea proficitur & sci
 endo & diligendo. Ibi autem plenitudo eius
 manet ad fruendum non remanet ad querendum.
 Sic & illud dictum e querite faciem eius
 semper. Ubi semper nisi hic. Non enim & ibi
 queremus di faciem ubi uidebimus facie ad facie.
 A ut sic & te dicitur exquiri quod sine fastidio
 diligitur & id agitur ne admittatur semper
 omnino sine fine queremus legem di hoc est uerita
 tem di. In hoc quippe ipso dicitur psalmo & lex

tua ueritas. Queritur nunc ut teneatur
 Tunc teneatur non relinquatur. Sicut despu di
 dictum est quod omnia scrutetur etiam alti
 tudines di. Non utiq; ut quod nescit inueniat
 sed qui nihil relinquit omnino quod nescit.
 Gratia itaq; di p'ecipue nobis com mendatur
 quando sibi legem poni potest ad no. Qui utiq; ia
 legem secundum litteram nouerat sed quia
 littera occidit sps autem uiuificat.
 Ora ut per spm faciat quod per litteram sciebat
 ne p'scientiam mandati non obseruati etiam
 p'uaricationis & crimen accedat. Quamquam ut
 etiam sciatur lex. Quomodo sciendae ide ut in
 tellegatur quid sibi uelit quare sit eis posita qui
 eam non erant seruaturi. Qui habet utilitatis
 etiam hoc ipsum quod lex subintravit ut habun
 darat delictum. Nemo comprehendit nisi ad no
 acceperit intellectum unde iste adiungit & dic
 O mihi intellectum & seruetabor legem tuam &
 custodiam illam in toto corde meo.
 Cum enim quisq; legem scrutatus fuerit & ad ei
 alta p'uenit. In quibus tota pendet profecto
 debet d'ni diligere. ex toto corde ex tota anima
 ex tota mente et proximum suum sicut seipsum.
 In his enim duobus p'ceptis tota lex pendet & p'ph.
 Hoc uideatur promississe cum dixit. Et custodiam
 illam in toto corde meo. Sed quia & hoc minus
 ualeat uiribus propriis nisi adiuuetur ab illo
 qui iubet ut faciat quod iubet. Deduc me in
 quit in semita mandatorum quia ipsam uolui
 Parum e mihi uoluntas mea nisi meo quod uolui
 me ipse deducas. Et certa ipsa est semita hoc e
 uia mandatorum di quam se dilatato ab illo
 corde suo cucurrisse iam dixerat.
 Quam propter ea & iam semitam uocat quia
 angusta uiae que ducit ad uitam.
 Et cum sit angusta nisi dilatato corde n' cur
 ritur sed quo adhuc p'ficiat adhuc currit.
 Et ideo diuinum auxilium quod educatur
 inquit. Quia neq; uolentis neq; cur
 rentis sed miserentis est di. Denique quia
 & ipsum uelle di operatur in nobis.

5
 Preparatur enim uoluntas ad no. Sequit et dicit
 Inclina cor meum in testimonia & non in auaritia.
 Quidē inclinatum ad aliquid cor habere nisi hoc uelle
 et uoluit ergo & orat ut uelit. Uoluit cum dicit
 Deduc me in seruita mandatorum tuorum quo ipsa
 uolui. Orat autem ut uelit cum dicit. Inclina cor
 meum in testimonia tua & non in auaritia.
 Hoc itaque orat ut ipsa uoluntate proficiat. Quid
 sunt autem di. testimonia nisi quibus sibi ipse ad
 testatur. Testimonius enim di. aliquid probatur.
 Hac hoc iustificationes di. et mandata di. testimo
 nis di. pbantur. Et quicquid nobis per suadere
 uult di. suis testimoniis per suadet. In qua e. iste
 p̄t̄it inclinari cor suum et non in auaritia.
 Testimonius quippe suis agit nobiscum di. ut eum
 gratis colamus quod impedit auaritia radix
 omnium malorum. Tali uerbo greco hic appel
 lata quo possit intellegi generalis auaritia
 qua plus appetit quisq. quam satest. Pleon
 enim latine plus est. Ex his habitus ē ab eo quod
 est habere. Ergo plus habendo appellata est.
 Pleonexia quam latini int̄ praes̄ in hoc loco.
 Nonnulli interpretati sunt emolumentum quidā
 uero utilitatem sed melius qui auaritia.
 Dicit autem apostolus Radix enim omnium ma
 lorū est auaritia. Sed in greco unde in nr̄am
 linguam uerba ista translata sunt. Non legit̄
 apud apostolum pleonexia quod in loco isto ps̄al
 mi huius sed filargaria quo uerbo significatur
 amor pecunie. Verum apostolus intellegendus
 ē isto nomine genus significasse per speciem. Idē
 per amorem pecunie. uniuersalem generalēq.
 auaritia quam uere radix est omnium maloz.
 Nam ipsi primi homines per serpente[m] decepti
 & delecti non fuissent nisi plusquam accepe
 rant habere et plusquam facti erant esse
 uoluisent. Hoc quippe ille promiserat dicens
 Eritis sicut di. Ergo ista pleonexia subuersis.
 Plus enim uolentes habere quam acceperant.
 Et quod acceperant amisserunt. Cuius uestigiu[m]
 ueritatis que ubiq. dispersa sunt. & in forensi
 iure dephensum est. Quo institutum est ut

p̄t̄endo plus causa cadat. Idē ut qui plus p̄t̄e
 rit quam ei debetur & quod ei habebatur am
 mitat. Omnis enim a nobis cir cum caditur aua
 ritia si gratis colatur di. Ad quod sc̄m iob imagine
 temptationis ipse peruoocat inimicus cum de illo
 dicit. Num quid gratis iob colit dnm. Putabat
 enim diabolus quod indo colendo ius iustus cor in
 clinatum haberet in auaritia & causa emolument
 uel utilitatis rerum temporalium quibus eum
 ditauerat di. uelut mercenarius egypti mercede
 deseruit. Sed quam gratis dnm colere temptatus
 apparuit. Si ergo cor non habemus inclinatum
 in auaritia dnm non colimus nisi propt̄ dnm.
 Ut si cultus ipse sit merces ipsum diligamus in se
 ipsum ipsum diligamus in nobis ipsum in pro
 mis nr̄is quos diligimus sicut nos in se ipsos siue
 habeant eum siue ut habeant eum. Quod
 nobis quo ipse donante conferatur. Ideo illa dicit.
 Inclina cor meum in testimonia tua et non in
 auaritia. Sed quaesecuntur alio sermone
 tractanda sunt. **EXPL̄. TRAC̄. XI.**
INCIP̄. XII. DE EO QUOD DICIT. AUER
TE OCULOS MEOS. USQ. ADECCO CON
CUPIUIT MANDATA TUA.
Sequitur in ps̄almo quem suscepimus disse
 rendum. Auerte oculos meos ne uideant uani
 tatem in uia tua uiuificane. A contrario in
 ter se differunt uanitas et ueritas. Huius
 autem mundi cupiditas uanitas. Sed xp̄s
 qui ex hoc mundo liberat ueritas. Ipse est et uia
 in qua se uult iste uiuificari quia ipse est et uita.
 Ipse quippe ait. Ego sum uia ueritas & uita.
 Sed quidē. Auerte oculos meos ne uideant uanita
 tem. Num quid quam diu sumus in hoc mundo
 possumus non uidere uanitatem. Omnis eni
 creatura uanitati subiecta est qua intellegitur
 esse in homine. Et omnia uanitas. Quae abun
 dantia hominis in omni labore suo quo ipse laborat
 sub sole. An iste fortassis hoc orat. ut non sit eius
 uita sub sole ubi omnia uanitas. Sed in illo sit
 in quo se uiuificari p̄t̄it. Ille quippe d̄s cernit
 non sup̄ solem tantum. sed sup̄ omnes caelos.

pauca

G

ut ad plerumque. Et in illo magis quam sub sole
 uiuunt qui non inaniter audiunt quod dixit
 apostolus. Quae sursum sunt querite ubi xpi est
 in dextera dei sedens. quae sursum sunt sapite non
 quae super terram. Mortui enim estis & uita
 uestra abscondita est cum christo in deo. Ac pro hoc si uita
 uestra ibi est ubi ueritas non est uita uestra sub sole ubi
 uanitas. Sed hoc tam magnum bonum magis
 habemus in spe non tenemus in re. Et secun
 dum spem in christum beatus apostolus ita locutus est
 Quia & illud cum dixisset uanitati creatura sub
 iecta est adiecit atque ait. Non sponte sed propter
 eum qui subiecit in spe. Ergo in spe quia spe
 ramus nos adhaerere contemplantur ueritatis
 subiecti sumus interim uanitati. Creatura
 quippe ista spiritalis animalis corporalis quae
 omnis in homine est. Immo homo est sponte pecca
 uit & inimica facta est ueritati sed ut merito
 puniretur non sponte subiecta est uanitati.
 Denique post pauca. Non solum autem inquit
 sed & nos ipsi primitias spiritus habentes. Id est qui
 nondum quidem ex toto quod sumus sed ex ea
 parte qua peccatoribus meliores sumus deo
 non uanitati subiecti sumus. Hoc est pro primi
 tiis spiritus. Et ipsi in nobis in se ipsis in gemescimus
 adoptionem expectantes redemptionem cor
 poris nostri. Spe enim salui facti sumus.
 Spes autem quae uidetur non est spes.
 Quod enim uidet quis quid sperat. Si autem
 quod non uidemus speramus per patientiam
 expectamus. Quamdiu itaque hic secundum
 carnem sumus cuius adoptionem & redempti
 onem per patientiam spei adhuc expectamus
 tamdiu secundum id pro quod sub sole sumus
 uanitati subiecti sumus. Quamdiu igitur ita
 sumus unde possumus non uidere uanitatem
 cui etiam subiecti sumus in spe. Quid est ergo
 quod iste dicit. Averte oculos meos ne uideam
 uanitatem. An hoc petit ut non quidem in
 hac uita quod in spe gerimus impleatur sed
 ut in ea se sit quae in illo quandoque possit
 impleri. Cum liberabitur a seruitute corrup

tionis & spiritu & anima & corpore in libertatem
 gloriae filiorum dei. ubi iam non uideat uanita
 tem. Possumus quidem uerba ista sic intellegi
 non praeter regulam fidei sed est hic alius
 sensus quem mihi fateor plus placere.
 Dominus in euangelio dicit. Si fuerit oculus tuus
 simplex totum corpus tuum lucidum erit.
 Si autem oculus tuus nequam fuerit totum
 corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo
 lumen quod in te est tenebrae sunt. Ipse tene
 brae quae tunc erunt. Proinde magnum interest
 cum aliquid boni faciamus cuius rei contempla
 one faciamus. Officium quippe nostrum non of
 ficio sed sine pensandum est. Ut scilicet non tan
 tum sibi bonum quod facimus sed praecipue sibi
 num est propter quod facimus cogitemus.
 Hos oculos quos contemplantur quare facimus
 quod facimus. Averti posset ne uideat ua
 nitatem. Id est ne hanc attendat propter quam
 faciat cum boni aliquid facit. In qua uanitate
 precipuum locum optinet amor laudis huma
 nae propter quam multa magna fecerunt
 qui magni in hoc seculo nominati sunt multique
 laudati in ciuitatibus gentium querentes non
 apud deum sed apud homines gloriam. Et propter
 hanc uelut prudenter fortiter temperant
 iusteq. uiuentes ad quam per uenientes per
 ceperunt mercedem suam uani uanam
 ab hac uanitate uolens dominus auertere oculos
 suorum. Attendite inquit ne iustitiam
 uestram faciatis coram hominibus ut uideamini
 in ab eis. Alioquin mercedem non habebitis
 apud patrem uestrum qui in caelis est.
 Deinde cum ipsi us iustitiae quasdam par
 tes ex sequeatur & uer. p. cupiens de elemosinis
 de oratione de ieiunio ubique idam monuit
 ne aliquid eorum propter gloriam hominum
 fiat. Et ubique dicit eos qui propter ea faciunt
 procepisse mercedem suam. Id est non
 aeternam quae seorsum positae apud patrem
 sed temporalem quam quaerunt qui con
 templantur in suis operibus uanitatem

no

non quia ipsa laus humana culpanda sit. nam
quid tam optandum hominibus quam ut eis
placeant quae debent imitari. Sed propter ipsam
laudem bene operari hoc est uanitatem in suis ope-
ribus intueri. Quando quidem & ipsa homi-
nibus laus homini iusto quantacumque prouene-
rit non ibi eius esse debet finis boni. sed etiam ipsa
referenda est. ad laudem dei propter quem bo-
na faciunt uere boni. quod non a seipsis sed ab illo
fiunt boni. Denique in eodem sermone dominus ita
dixerat eis. *Lucet lumen urum coram hominibus*
ut uideant bona uestra opera. et glorificent patrem
urum qui in caelis est. ubi finem posuit hoc est
in gloria. Hoc debemus quando aliquid boni
facimus intueri. si auertuntur a uanitate oculi
nri. Non ergo sit finis nri boni operis in laudibus
hominum. sed ipsas laudes hominum corri-
gamus. & ad dei laudes omnia referamus a quo
nobis datur quicquid in nobis sine laudantibus erro-
re laudatur. Porro si uanum est propter ho-
minum laudes bona facere. quanto uanius
propter adipiscendam pecuniam uel augendam
sive retinendam. Et si quid huiusmodi est com-
modi temporalis quod nobis accidit ex transitu.
quia omnia uanitas. quae abundantia hominis
in omni labore suo quae ipse laborat sub sole.
Propter ipsam denique temporalem salutem non
debemus facere bona opera nra. sed potius propter
illam quam speramus aeternam. ubi bono in-
mutabili perfruamur. quod nobis erit ex deo.
Immo quod nobis est ipse deus. si enim scidi propter
hanc temporalem salutem bona opera facerent
numquam martyres christi bonum opus confes-
sionis in eiusdem salutis amissione proficerent.
Sed acceperunt auxilium de tribulatione non
intuentes uanitatem. quia uana salus homi-
nis. & diem hominum non concupiuerunt.
quia homo uanitati similatus est. dies eius
uel umbra praeteriit. Cum autem deus rogatur
ut ea quae uidentur esse in potestate nra. id est
oculorum auersio a uidentia uanitate ab illo
nobis concedatur. Quid nisi eius gratia commendat.

Nonnulli enim ab ea uanitate non auertunt
oculos suos quia putauerunt a se ipsis se fieri iustos
& bonos. Et dilexerunt gloriam hominum ma-
gis quam dei. Quia & ipsi homines sunt qui sibi
nimium placuerunt & desui arbitri uiribus pre-
sumpserunt. Sed etiam haec uanitas & presumptio
ipsa. Cum ergo dixisset. *Auerte oculos meos*
ne uideant uanitatem in uia tua uiuificante.
Quae uia non uanitas sed ueritas est. Deinde sub-
iunxit. *Statuae seruo tuo eloquium tuum in*
timorem tuum. Quod quidem aliud quam da-
mih. ut faciam quod eloqueris. Neque enim statua
est eloquium dei his qui in se mouent illud contra faci-
endo. Et autem statutum est in quibus immobilee.
Statuit itaque deus eloquium suum in timorem suum
eis quibus datur spiritus timoris sui. Timoris autem
non illius de quo dicit apostolus. Non enim accepistis
spiritum seruitutis iterum in timore. Hunc ergo
consummata caritas foras mittit timorem.
Sed illius timoris quem dicit propheta spiritus timoris dei.
Timoris itaque castus permanentis in seculum seculi.
Timoris quo timetur offendit. quia aliter quippe ti-
met adultera iram suam aliter casta adultera
neueniat. casta neferat. Amputa inquit Iob pro-
brium meum quod suspicatus sum quia iudicia
tua suauia. Quidem qui suum obprobrium suspicatur
& non magis nouit suum quisque obprobrium quam
cuiuslibet alienum. Suspiciari enim potius alienum
potest homo non suum. Quo quod suspicatur
ignoratur. In suo autem obprobrio non est cuiusque
suspicio. sed scientiam ubi loquitur conscientia.
Quid est ergo quod ait. obprobrium meum quod sus-
picatus sum. Nimirum de superiore sensu etiam
iste docendus est. Quo quam diu non auertat homo
oculos suos ne uideant uanitatem. Quod in se ipso
agitur hoc in alio suspicatur. Ut propter quod
ipse colit deum uel propter quod bona opera facit propter
hoc credat & alterum facere. Possunt quippe
homines uidere quod agimus cuius autem rei
contemplatione agamus occultum est. Et ideo
datur suspicionibus locus ut uideat homo iudicasse
de occultis hominis. Et falsa plerumque & si uera

tamen ei cognita temere suspicari. Propter
autem dñi cum de ipso sine loqueretur: propter quem
iustitiam facere deberemus ut oculos nostros a con-
templatione auerteret uanitatis monuit ne
propter laudes hominum bona opera faciamus
dicens. Adtendite ne faciatis iustitiam uram
coram hominibus ut uideantini ab eis. Monuit
ne propter pecuniam dicens. Nolite uobis thesau-
ri facere in terra. & non potestis deo seruire
& mannae. Monuit ne propter ipsum ne-
cessarium uictum atque uestitum dicens. Ne soli-
citi sitis animae urae quid manducetis neque cor-
porum quid induamini. Et cum haec omnes
ammonuisset quia possumus suspicari eos quos
iuste uiuere uidemus et quo sine faciant non uidemus.
Propter aliquid huius modi benefacere continuo
subiecit nolite iudicare ne iudicemini. Unde
& hic cum dixisset. Amputa obprobrium meum
quod suspicatus sum. addidit quia iudiciatua
sua uia. id est iudiciatua uera. Veritatis enim
amator suauis clamat esse quod uerum est.
Hominum autem iudicia de occultis hominum non
sua uia quia temeraria. Et ideo suum dixit
obprobrium quod de aliis suspicatus est. quia hoc
& apostolus ait. Comparantes semetipsos sibi
metipsis non intellegunt. Hoc enim pro diu-
us homo suspicatur in alio quod sentit in seipso.
Hoc itaque obprobrium suum praebat aufert: quod
in se senterat. Et in aliis fuerat suspicatus ut
non esset diabolo similis. quia de occultis sancti iob
suspicatus est quod non gratis dñi coleret.
quem poposcit temptandum ut crimen quod
obicere et inueniret. Sed cum libenter at-
terius obprobrium non nisi emulatio suspiceretur
dum bonum opus reprehendi non potest. quia
se assertit quod aptum est. Et quo sine fiat
reprehenditur. quia non se exerit quod occultum
est atque ita male suspicari eum libet. quia
libet non uidendo quod latet et inuidendo quod
eminet. Profecto contra hoc malum quo quisque
de homine libenter malum quod non perspicit
suspicitur. Caritas abundantiae. quae non emulatur.

Quam dñs principaliter commendat dicens. manda-
tum nouum do uobis. ut uos inuicem diligatis.
& in hoc scient omnes quia discipuli mei estis si
dilectionem habueritis inuicem. Et de dilectio-
ne dei & proximi loquens. In his inquit duobus
mandatis tota lex pendet et prophetae.

Unde iste contra suae suspicionis obprobrium
quod desiderat amputari. ecce inquit. Concupiui
anima mea mandata tua in tua iustitia uiuifi-
cane. Ecce concupiui ex toto corde ex tota
anima ex tota mente diligere te ex proximum
sicut me. Non in mea sed in tua iustitia uiuifica
me. Hoc est ista caritate quam concupiui imple-
in me adiuua ut faciam quod commendas.

Dona ipse quod mandas. In tua iustitia uiuificane
quia in me unde morerer habui. Unde autem
uiuam non inuenio nisi in te. Iustitia tua
xpi est. qui factus est & nobis sapientia ad deum & iusti-
tia et sanctificatio & redemptio ut quem admodum
scriptum est. Qui gloriatur in domino gloriatur
in illo inuenio duo mandata tua que concupiui.
ut in tua iustitia hoc in illo uiuifices me. Ipse est
enim uerbum dei & uerbum caro factum est ut ecce
et proximus meus.

EXPLICIT SERMO. XII. INCIPIT XIII.

Sermone pristino. quem de psalmo qui est om-
nium prolixissimus nuper habuimus. de uerbis eius
que secantur iste iungendus est. Haec uerba sunt.
Et ueniat super me misericordia tua dñe. Quae
sententia. superiori uidetur adnexa. Non enim
ut ueniat. sed atque ueniat. Est autem illa su-
perior. Ecce concupiui mandata tua. in tua
iustitia uiuificane. Deinde sequitur. Et ue-
niet super me misericordia tua dñe. Quid ergo
hic poscit. nisi ut mandata que concupiuit. per
eius misericordiam faciat qui mandauit.

Exponit enim quodam modo quid dixerit. In tua
iustitia uiuificane. Cum subiungit. Et ueniat
super me misericordia tua dñe. salutare tuum
secundum eloquium tuum. Hoc est secundum pro-
missionem tuam. Unde nos uult apostolus
filios promissionis intellegi. Ne uerberemur in rem.

esse quod sumus. sed totum di gratiae retribuimus;
Factus enim nobis xpi sapientia adō. & iustitia &
sificatio. & redemptio. ut quem admodum scrip
tum est. Qui gloriatur. in dno gloriabitur.
Quod ergo ait. In tua iustitia uiuificame. In xpo utiq.
uiuificari cupit; & ipsae misericordiae quam sup
se poscit uenire; Ipse xps est & salutare di; quo
uerbo exposuit. quam misericordiam diceret ubi ait.
Et ueniat super me misericordia tua dne; si ergo
querim' quae sit ista misericordia. Audiamus quod
sequitur; salutare tuum secundum eloquium
tuum; Ab eo quippe hoc promissum est. qui uo
cat se xpus non tamquam sint; Nondum enim
erant quib; pmitteretur. ne quisquam demeritis
gloriatur. Et quib; promissum est. etiam ipsi p
missum ut totum corpus xpi dicat; Gratia di
sum id quod sum; Et respondebo inquit exprobrantib;
mih i uerbum; Vtrum uerbum exprobrantibus.
an uerbum respondebo. ambiguum est. sed quod
libet eorum xpm sonet; Ipsum enim nobis exp
bant. quibus ē crucifixus. uel scandalum. uel stulta
tiam. ignorantēs quia uerbum caro factum est.
et habitabit in nobis; Quod uerbum in principio
erat. & apud dm erat. & dferat; Sed & si non ipsi
uerbum exprobrant quod eos laet. quia diuinitas
eius ab eis cognoscitur. a quibus eius infirmitas in
cruce contempnitur. Nos tam uerbum respon
deamus. nec exprobratione terreamur. aut con
fundamur; Verbum si cognouissent. numqua
dm glorie crucifixes sent; Ille autem respon
dit uerbum exprobrantibus. sup quem uenit
misericordia di. hoc ē ipsum salutare eius.
Uenit ut protegat. non ut conterat; Nam super quos
dam con terendos uenturus ē. qui nunc in eum dū
spernunt eius humilitatem offendendo quasantur;
Sic enus die in euanglio. qui ceciderit super lapide
istum con quasabitur; Sup quem uero ceciderit.
conterat eum; Qui ergo nobis exprobrant. offen
dunt et cadunt in eum; Nos autem ne offendam
& cadamus. obprobria eorum ne timeam' sed re
spondeamus eis uerbum; hoc ē uerbum fidei
quod pdicamus; Quia si crediderit inquit incor

de tuo. quia dn̄ ih̄s ē. & confessus fueris in ore
tuo. quia d̄ illum suscitauit a mortuis saluauerit
Corde enim creditur ad iustitiam. ore autem con
fessio fit ad salutem; Parum ē ergo in corde
habere xpm. & nolle confiteri. dum tamen cur
obprobrium. sed exprobrantibus respondendum ē
uerbum; ut autem hoc martires possent. p
missum ē & dictum; Non enim uos estis qui lo
quimini. sed sp̄s patris uiri qui loquitur in uobis.
Ideo & iste cum dixit. sed respondebo exprobrantibus
mih i uerbum. continuo sequitur; Quoniam
speraui in sermōib; tuis; quod ē utiq. in promissis
tuis; sed quo plurimi quamuis ad ipsum corpus
cuius haec uerba p̄tinentes. graui pondere per
secutionis urgente. Non ualuerunt sustinere
exprobrationem. & xpm deficiendo negauerunt.
Ideo sequit; Et ne auferas de ore meo uerbum ueri
tatis usq. ualde; Ex ore quippe suo dicit. quia
unitas corporis loquitur. in cuius membris eum
illi deputantur. qui defecerunt ad horam ne
gando. sed penitendo postea reuixerunt. uel
etiam martiri quam pdiderunt palmam.
reparata confessione sumpsērunt; Non igit
usq. ualde. uel sicut quidam codices habent.
non usq. quaq. hoc ē non omnimodo;
Ex ore p̄tri in quo erat corpus ecclesiae. uerbu
ueritatis ablatum est. Qui & si ad horam nega
uit timore turbatus. tamen flendo est repa
ratus. & confitendo ē postea coronatus;
Totum itaq. corpus xpi loquitur. Idē eccl̄e sic
uniuersitas. in quo toto corpore. siue qui negan
tibus plurimis remanserunt fortes. quibusq.
ad mortem pro ueritate cesserunt. siue quibus
ex his qui negauerunt multa reparati sunt.
Non ē ablatum ex ore eius uerbum ueritatis usq. ualde;
Quod autem d̄ ne auferas. intellegendum ē. ne aufer
ris inas; Propt̄ quod orando dicimus; ne nos in
feras intemtionem; Et ipse dn̄s ad p̄tra.
Rogaui inquit pro te ne deficiat fides tua. hoc ē
ne auferatur ex ore tuo uerbum ueritatis usq.
ualde; Sequitur; Quia in iudicis tuis speraui;
Vel sicut de greco quidam diligentius exp̄serunt.

super speravi; Quod uerbum & siminus usitate
compositum; tam implex ueritatis inter p̄ande
necessitatem; At tentius ergo nobis loci huius
rimandus ē sensus; ut intellegamus quantum
de adiuuat; qui sibi uelut In uerbis tuis speravi
In iudicis tuis sup speravi; Respondebo inquit
exprobrantibus mihi uerbum quō speravi in uerbis
tuis; idē quō mihi hoc ipse p̄misisti; Et ne aufe
ras ex ore meo uerbum ueritatis usq; ualde
quō in iudicis tuis sup speravi; Idē quō iudicia
tua; quibus me corripis & flagellas; non solū
mihi auferunt spem; uerum etiā augent etiam
quō quem dñs ^{diliget} corripit; flagellat autem omne
filium quem recipit; Ecce enim sc̄i & humiles
corde; decepti sumendo; in p̄secutionib; n̄ defecerunt;
Ecce etiam quidē p̄sumendo defecerunt; & tam
ad ipsum corpus p̄tinuerunt; sibi innotescendo fle
uerunt; & tuam gratiam solidius inuenerunt;
quia suam supbiam p̄diderunt; Ergo ne auferas ex
ore meo uerbum ueritatis usq; ualde; quia in iudi
cistuis sup speravi; Et custodiam legem tuam sēp;
Idē si non abstuleris ex ore meo uerbum ueritatis;
Custodiam legem tuam sēp; In seculum & in se
culum seculi; Ostenderit quid dixerit sēp;
Aliquando enim sēp; intellegitur; quam diu
hic uiuitur; sed hoc non ē in seculum & in seculum seculi;
Melius quippe ita interpretatur; quam sicut qui
dam codices habent; In aet̄num & in seculum seculi;
quia nō potuerunt dicere; & in aet̄num aet̄ni;
Ex itaq; ista intellegenda est; de qua dicit apostolus;
Plenitudo legis caritas; Haec enim aet̄is quorū
ex ore non aufertur uerbum ueritatis; hoc est
ab ipsa xpi ecclesia custodiatur; Non solum in hoc seculum;
idē donec finiatur hoc seculum; sed etiam in aet̄e;
quod appellatur in seculum seculi; Neq; enim
p̄cepta legis; sicut hic; etiam ibi accepturi sumus
que custodiamus; Sed ipsam legis ut dixi pleni
tudinem; sine ullo peccandi timore seruatum;
Quia et dñs plenius cum uiderimus amabimus;
Et p̄ximū; quia d̄t̄ erit omnia in omnibus;
Nec falsē cuiquam de p̄ximo suspitōm; Er̄t locus
ubi nullus nulli erit occultus;

**EXPT. SERMO. XIII. INCIP. XIII. DE EO QD
SEQ. INGREDIEBAR IN LATITUDINE USQ AD
EXERCEBAR IN TUIS IUSTIFICATIONIB;**

Superiores uersus; prolixi psalmi huius orationem
habent; In autem qui secuntur; de quibus nunc dispu
tandum est; narrationem; Pecebat enim homo di
superius adiutorium gratiae cum dicebat; In
tua iustitia uiuificame; & uenit super me
misericordia tua dñe; & alia similia; uel supra uel
infra; nunc autem dicit; Et ambulabam in latitu
dine; quia mandata tua exquisiui; Et loquebar
In testimonis tuis in conspectu regum; & non con
fundebar; Et meditabar in mandatis tuis que dilexi;
& leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi;
& exercebor in iustificationibus tuis;

Vbi narrantis uerba; non peccatis; uelut in peccatis
tae peccauerat; Confiteatur in dilaudibus;
qualem illum fecerat misericordia dñi; quam
sup uenire poposcerat; Neq; enim haec ita superio
ribus coniunxit ut diceret; Et ne auferas ex ore
meo uerbum ueritatis usq; ualde; quia in iudi
cistuis super speravi; & custodiam legem tuam
sēp; in seculum & in seculum seculi; & ambulabo
in latitudine; quia mandata tua exquisiui
& loquebar In testimonis tuis in conspectu regū
& non confundebar; Et cetera isto modo; sic eni
uidetur sequentia p̄cedentibus debuisse connectere;
Sed ait; & ambulabam in latitudine; Vbi copulati
ua coniunctio id est uelud; in consequens positae;
Quia non ait & ambulabo; quomodo dicebat; & custo
diam legem tuam sēp; Aut certe si obstat; quo
modo dicitur; Custodiam legem tuam; Nam
ambulabo in latitudine; quasi utrumq; obtraue
rit & poposcerit; Sed ait; & ambulabam in latitu
dine; Vbi si coniunctio ista non est; sed a superiorū
conexione libera inferretur; & soluta sententia;
ambulabam in latitudine; Nihil de usitate loquendi;
modo hic deberet mouere lectorem; ut occultus
sensus querendus hic aliquis putaretur;
Nimirum ergo quod non dixit; intellegi uoluit;
Id est ex auditum se fuisse; Ac deinde subiunxit;
qualis factus fuerit; tamquam diceret;

haec cum orarem exaudisti me. & ambulabam in latitudinem, Et cetera quae istomodo dicta contexit. Quid est igitur. & ambulabam & in latitudine nisi ambulabam in caritate. quae diffusa est in cordibus nostris. per spiritum sanctum qui datus est nobis. In hac latitudine ambulabat ille qui dicebat. Ois nostrum pater ad uos o carissimi. cor nostrum dilatatum est. Haec autem caritas duobus mandatis illius. tota atque integra tenetur. Dilectione scilicet dei. & dilectione proximi. in quibus tota lex pendet & prophetae. Unde & hic cum dixisset. & ambulabam in latitudine. Causam subiunxit. atque ait. Quia mandata tua exquisiui. Nonnulli autem codices non habent mandata sed testimonia. Sed mandata in pluribus inuenimus. & maxime in grecis cui linguae tamquam praecedenti. unde ad nos ista translatae. magis credendum est quam ambigat. Si ergo scire uolumus. quomodo haec quaesierit. uel querenda sint. Illud inueniamus. quod dicit magister bonus. & doctor & dator. Petite & accipietis. querite & inuenietis. pulsate & aperietur uobis. Et paulo post. Si ergo uos inquit cum sitis mali. nostis bona data dare filiis uestris. Quanto magis pater qui in caelis est. dabit bona petentibus se. Ubi euidenter ostendit. quod dixerat. Petite. querite. pulsate. non nisi ad poscendum. hoc orandi instantiam pertinere. Alius porro euangelista non ait. dabit bona petentibus se. quae multipliciter possumus intellegi. uel corporalia & spiritualia. Sed circumcidit inde alia. satisque diligenter expressit. Quid nos uehementer atque instanter uoluerit poscere dominus ait. Quanto magis pater uestrum de caelo. dabit spiritum ^{bonum} nouum petentibus se. Hic ille spiritus. per quem diffunditur caritas in cordibus nostris. ut dominum proximumque diligendo. diuina mandata faciamus. Hic est ille spiritus. in quo clamamus abba pater. Ac per hoc ipse nos facit petere. quae desideramus accipere. Ipse nos facit querere. quae cupimus inuenire. Ipse nos facit pulsare. ad quem nitimur peruenire. Hoc docet apostolus. qui cum dicat in spiritu nos clamare abba pater. Rursum alio loco dicit. Dedit dominus spiritum filii sui in

corda nostra clamantem abba pater. Quomodo nos clamamus. si ipse clamat in nobis. nisi quia clamare nos facit. dum habitare coepit in nobis. Eadem hoc itaque agit acceptus. ut largius accipiamus. petendo. querendo. pulsando. postulat. Siue enim ut uita bona petatur. siue ut bonum uiuatur. Quot quot spiritus dei aguntur. In filiis. Ergo ambulabam inquit in latitudine. quod mandata tua exquisiui. Exquisierat & inuenerat. quo petierat & acceperat spiritum bonum. quo factus bonus. beneficeret & bona. ex fide quae per dilectionem operatur. Et loquebar inquit in testimonio tuis in conspectu regum. & non confundebatur. Tanquam ille qui petiuerat & acceperat. ut responderet ex probrauitibus sibi uerbum. & non ueretur ex ore eius uerbum ueritatis. Itaque pro illa usque ad mortem certans. nec in conspectu regum confundebatur eum loqui. Testimonia quippe in quibus dicit quod loquebatur. grece martiria nuncupantur. Quo uerbo iam utamur prolatino. unde dicitur etiam uocabulum martirium. quibus praedixit ihesus. quod & ante reges cum fuerat confessus. Et meditabar inquit in mandatis tuis quae dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua quae dilexi. Siue quod non nulli codices habent in utroque uersu. dilexi ualde. aut nimis. aut uehementer. sicut in preclari placuit quod grece dicitur sphodra. Mandata ergo dilexi pro hoc. quod ambulabat in latitudine. Per spiritum scilicet sanctum. per quem dilectio ipsa diffunditur. & dilatat corda fidelium. Dilexi autem & cogitando & operando. Nam quod ad cogitationem pertinet ait. & meditabar in mandatis tuis. Quod autem ad operationem & leuaui manus meas ad mandata tua. Vtrique autem sententiae addidit. quae dilexi. Finit enim precepti. caritas. de corde puro. Quando isto fine. Ideo huius rei contemplatione fit mandatum dei. Tunc fit uere opus bonum. & tunc leuantur manus. quia super nomen quo leuantur. Propter ea de ipsa caritate locutus apostolus ait. Super eminentem uiam uobis demonstro. & alio loco. Cognoscere inquit etiam super eminentem scientiam

caritatem xpi. Nam si de opere mandatorum di.
merces terrenae felicitatis expectatur. deponunt
manus potius quam leuatur. Quia terrena
molumenta. quae non sursum sed deorsum sunt.
illo opere requiruntur; Ad utrumque autem per
net quod sequi. & exercebar in iustificationibus tuis;
Quod plures interpretes dicere maluerunt. quam
lascibar. aut garriebam; quod aliqui inter pra
nsunt. ex eo quod grecis habet doleschun;
Exercebar quippe in iustificationibus di. latus & quo
dam modo garrulus. qui mandata eius quae diligit
& cogitandi & operandi delectatio custodit;

EXPLICIT SERMO XIII.
INCIPIT QUINTA DECIMUS.

Consideremus quantum donat dñs. & tractemus
hos uersus magni psalmi huius;
Memento uerbi tui seruo tuo. In quo mihi spem dedisti;
Haec me consolatae in humilitate mea. quod uerbu
tuum uiuificauit me; Numquid obliuio sicut
in hominem cadit in dñm. Cur ergo ei dicitur
memento; quam uis in aliis scilicet scripturae locis.
ipsum uerbum omnino ponatur. ut est. Quare
mei oblitus es. & obliuisceris inopiam nr̄am. &
ipse dñs p̄ prophetam. Omnes inquit iniquitates ei
obliuiscat. & alibi atq; alibi sepius hoc legitur. sed n̄
ut hominibus ista contingunt. ita intellegunt in dñm;
Nam sicut dñs penitere dicitur. quando p̄ter homi
num spem. res mutae consilio non mutato.
quia consilium dñi manet in aeternum. Itadñ
obliuiscit. quando tardere uidetur adiutorium
illud promissum. uel non retribuere digna peccan
tibus. uel si quid huiusmodi tamquam eius
memoriae sit lapsum. quod speratur siue ti
metur & non fit; Dicuntur ista locutione
morali. qua humanus moueatur affectus;
Quamuis haec dñs faciat. certe dispositione. non
deficiente memoria. nec obscurata intellegentia.
nec uoluntate mutata. Cum itaq; dicitur ei
memento. orantia desiderium. quia promissum
poscit ostenditur; Et hoc ex conditur. non
dñs quasi ei demente id exacerit ammonetur;
Memento inquit uerbi tui seruo tuo; hoc est in

ple promissum seruo tuo. in quo spem dedisti mihi.
Hoc in quo uerbo quod promissum me sperare fecisti;
Haec me consolatae in humilitate mea. haec scilicet spes
quae data humilibus; Dicente scriptura. Dñs superbis
resistit. humilibus autem dat gratiam; Unde ore
proprio etiam ipse dñs ait; Qm̄ quis humiliat
exaltabitur. & quis humiliat exaltabitur; Bene
hic intellegimus etiam illam humilitatem. non qua
sequitur quis humiliat confitendo peccata. ne sibi ar
rogando iustitiam. sed quasi quisq; humiliatur
aliqua tribulatione uel deiectione. quam meruit
eius superbia. aut exercebat probaturq; patientia;
Unde psalms post dicit hic psalmus. Priusquam hu
miliarer ego deliqui; Et illud in libro sapientiae;
In dolore sustine. & in humilitate patientiam habe.
Quo in igne probatur aurum & argentum. homi
nes uero acceptabiles in camino humilitationis;
Quod ut acceptabile sibi spem dedit. quae consola
retur in humilitate; Et dñs dñs hanc humilita
tem cum discipulis p̄dicaret. ap̄secutoribus ee
uenturam. non eos sine spe reliquit. sed hanc eti
qua consolarentur dedit dicens. In patientia uera
posidebitis animas ur̄as; De ipso quoq; corpore.
quod ab inimicis posset occidi. & quasi penitus in
terire. Capillus inquit capitis ur̄i non peribit;
Haec spes datae corpori xpi quod e ecclesia. quae
solaretur in humilitate sua. propt̄quam spem
dicit & apostolus paulus; Si autem quod n̄ uidem
speramus. per patientiam expectamus; Sed uel
norum e spes ista premiorum; Est alia spes.
quae in humilitate tribulationis plurimum conso
latur. quae scilicet data est in uerbodi. adiutorium
gratiae pollicentis ne quisq; deficiat; De qua re
dicit apostolus; Fidelis dñs qui non p̄mittat uos
temptari sup̄ id quod potestis. sed faciat cōtemp
tatione etiam exitum ut possitis sustinere;
Hanc spem dedit oculum saluator. ore suo quon
do ait; Haec nocte postulauit satanas uexare
uos sicut triticum. & ego rogau p̄tre
ne deficiat fides tua; hanc spem dedit & in ora
tione quam docuit. ubi monuit ut dicamus;
Ne nos inferas in temptationem; Quodammodo

S P

enim promissit. se daturum suis periclitantibus. quod
dici uoluit aborantibus; & nimirum de hac spe magis
iste psalmus intellegendus est dicere. Haec me conso-
latae in humilitate mea. Quo uerbum tuum uiuifi-
cauit me; Quod expressius in prelati sunt. qui in
uerbum sed eloquium posuerunt; Crecus enim.
logion habet. quod est eloquium. non logos. quod
est uerbum; sequi autem; Superbi inique agebant
usque; ualde a lege tua non declinaui; Superbor
intellegi uoluit. persecutores humilium. hoc est
impiorum persecutores piorum; Et ideo subiecit;
A lege tua non declinaui; Quia hoc eum facere
illorum persecutio compellebat. quos usque; ualde
Inique; dicit egisse. quia non solum erant impii. uerum
& iam pii. impios esse cogebant; in hac humilitate
hoc est in tribulatione. spes consolatae. quae data
est in uerbo; De pollicentis adiutorium. ne defici-
at fides martirum. & praesentia spiritus sui uires in-
perciens laborantibus. ut euadentes de musci-
pula uenantia dicerent; Nisi quia dicitur erat in
nobis. fortasse obsorbissent nos uiuos; An
forte quod ait. Haec me consolatae in humilitate
mea. Illam dicit humilitatem quae hominem
deiectus. & proiecitur in mostem. ex peccato illo quod
ualde infelicit. in paradisi felicitate commisit.
In hac quippe humilitate. in qua homo uanitati similis
factus est. & dies eius uelut umbra praetercunt.
Omnes filii irascunt. nisi per mediatorem reconcili-
entur deo. qui per distinctis in aeternam salutem
ante mundi constitutionem; in quo mediatore.
& antiquiusti spem habebant. quando eum in
carne uenturum. prophetiae spiritu praevidebant.
Quod ergo uerbum ad eos fiebat de illo. & iam hoc
bene hic intellegitur uerbum. si ipsorum accipimus
istam uocem; de uerbo dictum est; O memento
uerbi tui seruo tuo. in quo mihi spem dedisti.
Haec me consolatae in humilitate mea. Hoc est
in ista mortalitate mea; quia eloquium tuum
uiuificauit me. Ut spem uitae haberem pro-
iectus in mostem; Superbi inique agebant usque;
ualde. Quando quidem eorum superbiam.
nec humilitas mortalitatis edomuit; A lege

autem tua non declinaui. quod me facere cogebant
superbi; Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domini
& consolatus sum; uel sic alio dicitur habere. & exorta-
tus sum. id est exortationem accepi; Utrumque enim
potuit in prelati de uerbo graeco. hoc est paraclitico;
A seculo ergo. ex quo genus humanum sumpsit exordia.
memor fui iudiciorum tuorum. Super uasa ire quae
perfecta sunt in perditionem; Et consolatus sum.
quia per haec quoque ostendisti diuitias gloriae tuae.
in uasa misericordiae; Tedium denuit me a pec-
catoribus. relinquentibus legem tuam; Cantabiles
erant mihi iustificationes tuae. in loco incolatus mei.
Vel sicut alii habent. In loco peregrinationis meae.
Ipsae illa humilitas. in loco mortalitatis peregrinan-
tis hominis de paradiso. & de illa superna hieronimi
Vnde quidam descendens in hiericho. incidit in latro-
nes. Sed propter misericordiam quae illum summa-
ritanum cum illo facta est. Cantabiles illi erant
iustificationes dei. in loco peregrinationis suae.
Quamuis eum tedium teneret a peccatoribus. relinquen-
tibus legem dei. quia cum eis conuersari in hac uita
uel ad tempus cogitur. donec uera uentilatur.
Possunt autem ista duo uersus. ad singulas partes
unius superioris aptari. ut quod ait. memor fui iu-
diciorum tuorum a seculo domini. Ad hoc referatur.
Tedium denuit me a peccatoribus relinquentibus
legem tuam; quod uero ibi ait. & consolatus sum.
ad hoc referatur; Cantabiles erant mihi iustificatio-
nes tuae. in loco peregrinationis meae.
Memor inquit fui in nocte nominis tui domine. & custo-
diui legem tuam; Hoc est illa humilitas. ubi est
mortalitatis erumna; Hoc est in superbi inique
agentibus usque; ualde. Hoc in medio a peccatoribus.
relinquentibus legem dei. Hoc est postremo in loco
peregrinationis huius. donec ueniat dominus & illu-
minat abscondita tenebrarum. & manifestabit
cogitationes cordis. & tunc laus erit unicuique iusto;
In hac ergo nocte. memor homo esse debet no-
minis dei. ut qui gloriatur. in domino gloriatur.
Propter quod & illud scriptum est; Non nobis domine
non nobis. sed nomini tuo da gloriam; Sic enim
quisque. qui non in sua sed in dei gloria. Quia nec

infusa sed in diuinitate: idē adō sibi donata custodit
 legem dñe. & custodiū legem tuam; Quam
 non custodis sēc. sūm sūa uirtute confident. no
 minus di memor non fuit sēc; Adiator iumeni
 in nomine dñi; Propt quod secutus adiunxit;
 Haec factaē mihi. quia iustificationes tuas exquissui;
 Iustitias utiq; tuas. quib; iustificas impiam. non meas.
 quae utiq; nunquam me piam faciunt sed supbi;
 Non enim erat iste aliquis eorum: qui ignorantes di
 iustitiam & suam uolentes constatuere iustitiae
 di non subiecti; Haec ergo iustitias. quibus
 iustificatur gratis. pgratū di. qui per seipsos ee
 iusti non possunt. melius alius interpretati iustificatio
 nes; qui reuera non dicuntur eos r n. s. id iustitias
 sed dicuntur ^{de hōmā} comata gressu habet quae sunt iustifica
 tionēs; Sed quid sibi uult quod ait. haec facta est
 mihi; haec quid; in forte lex quia dicitur: & cus
 todiaū legem tuam; quib; uerbis subiunxit;
 Haec factaē; tanquam dicitur; haec facta est mihi;
 sed non ē remorandum in exponendo. quomodo sit
 et facta lex di; Graecum locutio undō ista
 translatae. satis indicat. Non legē di. tūm ēē
 haec factaē mihi; quia lex in eodē linguā gene
 ris masculini est. & feminini pronomine scū
 ibi scripta ē; haec factaē mihi; Queritur ergo
 prius quae illi facta sit; Deinde quomodo illi facta
 sit. quocumq; illa sit; Haec inquit factaē mihi;
 Non utiq; haec lex. quia hunc sensum sicut dixi
 graecus expellit; Forte ergo haec nox. quia tota
 superior sententia sic se habet; Memor sui in noc
 te nominis tui dñe. & custodiū legem tuam;
 Et sequitur; haec factaē mihi. quia ita lex non lex.
 profecto nox ē quae factaē mihi; Quid est
 igitur nox mihi factaē; quia iustificationes
 tuas exquissui; Lux quippe potius ē ei facta non
 nox. quia iustificationes exquissuit di; An sic
 recte intellegitur. facta est mihi; Ac si diceretur;
 facta ē pro me. id factum ē ut prodes sēc mihi;
 Si enim humilitas illa mortalitatis. non absurde
 intellegitur nox. ubi in uicem latent corda
 mortalium; Ut de alib; tenebris. in numerabi

les & graues temptationes oriuntur. ita ut in eadem
 nocte ptransēant etiam bestiae siluae. catulilconis rugi
 entes querentes adō escam sibi; Unde etiam de illo leone
 rugiente. & querente quem deuorat. Dñs ait. quod dñs
 supra commemorauit; Haec nocte postulauit satanas
 uexare uos sicut triticum; Idē hac nocte in qua per
 transēunt bestiae siluae. uos leo ille magnus quae
 siuit adō escam sibi; Profecto haec ipsa humilitas.
 in loco peregrinationis huius. Quae nox recte intel
 legitur. prode eis quis alabriter exercentur mea
 ut discant non supbire. propt quod malum in ista
 noctem pulsus homo; Initium enim superbiae
 hominis apostatare adō. sed gratis iustificatus.
 atq; ut ista humilitate proficiat. uariis temptatio
 nibus huius noctis oppositus. iam intellegens
 dicit. quod in hoc psalmo aliquanto post. dicitur;
 Bonum ē mihi quō humiliastime. ut discam iustifican
 ones tuas; Nam quidē aliud. bonum ē mihi quomō
 humiliastime. nisi haec humilitas quae nox uocatur
 factaē mihi; Idē factum ē. ut prodes sēc mihi;
 Sed quare hoc. quia scilicet iustificationes tuas non
 meas exquissui; Possumus etiam quod dictum ē
 haec factaē mihi. sic intellegere. ut nec lex. nec nox
 subaudiatur. Sed hoc pro nomen quod haec. non ac
 cipiat. alit. quam se. habet ille in alio psalmo locut.
 ubi legitur; Unum pccū ad dñō hanc requiram;
 Nec dicit quid unum. uel quam unum. de qua dixerit
 hanc requiram. Sed femininum genus quasi neu
 tro positum ē; Inuitate quippe dictum ē; Unum
 pccū & hanc requiram. Ubi non subaudiatur.
 quae illa una sit; quod uisitatius dicitur. Unū
 pccū ad dñō hanc requiram. ut in habitem in domo dñi;
 In his enim neutris. non solō exigi neutrum quod
 subaudiendum sit. Ut puta unum bonum. aut unū
 donum. uel siquid huiusmodi. sed quicquid illud est.
 & iam si masculino uel feminino genere nuncupatur.
 uel sine ullo nomine illius generis. quibus libet uerbis
 insinuetur. solita omnino locutione sub genere
 neutro intellegitur; Ita ergo & hic eomodo dici
 potuit. haec factaē mihi. tamquam dictum ē. hoc
 factum mihi; Si autē queramus quid illud sit. occur
 rit quod supra dixerat; Memor sui in nocte no

S

no R

minis tui dñe & custodi legem tuam. Hoc factum est. s
ide hoc quod custodis legem tuam. non per me ipsum
feci. sed factum est mihi. Utiq; abste. quia iustifica
tiones non meas sed tuas ex quaesit; Dñ est em̄ inq̄
apostolus qui operatur in uobis. & uelle operari pro
bona uoluntate; Hoc etiam p̄ prophetam dñ dicit;
Et faciam iustificationib; meis ambulabis. & iudicia
mea obseruabis & facias; Quapp̄ dō dicente
ego faciam ut iudicia mea obseruabis & facias.
Ratissime iste dicit hoc factum ē mihi. ut cum que
sieris quid illud sit. respondet quod supradixerat.
ut custodirem legem dñ; Sed quia iste in longum
sermo p̄ces sit. ea quae secuntur dño donante.
ab alio melius tractabuntur ex hō dño. **EXPT.**

**SERMO XV. INCIPIT XVI. DE UERSU
PSALMI. PARS MEA DÑE USQ; MISERI
CORDIA TUAE DÑE PLENA.**

Hos uersus psalmi huius nunc ag gradimur in
di uoluntate tractandos; Pars mea dñe; quod
habent quidam. pars mea dñe; Quod utrum
ideo dicatur. quia pasticeps eius sit quisquis
adheret. sicut scriptum est. Mihi autem adhe
rere dō bonum est. Non enim existendo sunt homi
nes dñ. sed sunt participando illius unusquis
uerus est dñ. an quia partes sibi eligunt homi
nes in hoc mundo. siue sōtiantur. alius hoc.
alius illud. unde quisq; uiuat. Quodam modo
portio piorum dñ est. ubi semp uiuant. Uterq;
non ē sensus absurdus; Sed quod sequitur audia
mus; Dixi custodire legem tuam; Quid est por
tio mea dñe. dixi custodire legem tuam. Nisi
quia ita erit portio cuiusq; dñ. cum legem
ipsius custodierit. Sed quomodo custodit. nisi
hoc dō nē. atq; ad hoc adiuuet ipsi uiuificant.
nē sit terra occidat. & peccatum occasione ac
cepta p̄ mandatum operetur in homine om
nem concupiscentiam; Inuocandus ē igitur;
sic enim ab eo fides impetrat. quod lex in petat;
Quo qui inuocauerit nomen dñ. saluus erit;
Et ideo uide quid adiungat; Praecatus sum
faciem tuam in toto corde meo; Et dicent
quomodo sit peccatus; Misere inquit mei

secundum eloquium tuum; Et tanquam
exaudiat atq; adiutus ab eo quem peccatus ē.
Cogitauit inquit uias meas. & auerti pedes meos
intestimonialia tua; Auerit scilicet uisus meos
quae displicuerunt mihi. ut uerent intestimo
nia tua. atq; ibi haberent uiam; Plures em̄
codices non habent. sicut cogitauit. sicut inqui
busdam legitur. sed tantum modo cogitauit;
Quod autem hic positum ē. & auerti pedes meos.
Non nulli habent. & aueristi pedes meos. ut hoc
di potius gratiae tribuatur. secundum illud
quod apostolus ait; Dñ est enim qui operatur
in uobis; Cui etiam dicitur; Auer te oculos
meos ne uideant uanitatem; Si oculos ne uideant
uanitatem. cur non & pedes ne sectentur er
rorem. Propt̄ quod & illud scriptum ē;
Oculi mei semp̄ ad dñm. quo ipse euellit & deliquo
pedes meos; sed siue auesti pedes meos. siue
aueristi pedes meos legitur. ab illo fit. ut fa
ciamus cuius faciem peccatus ē in corde suo. &
cui dixit; Misere mei secundum eloquium tuum.
hoc ē secundum uerbum p̄missionis tuae;
Fili quippe p̄missionis. in semine deputantur
abrahae; Deniq; hoc impetrato gratiae beneficio.
Paratus sum inquit & non sum turbatus. ut cul
todiam mandata tua; Quod aliqui inter
pretati sunt. ad custodiendum mandata tua.
aliqui ut custodirem; aliqui custodire; quod
graeus posuit τῆς ἑξ ἑστέχης; quam uero
paratus factus sit ad custodienda diuina man
data. subdidit dicens; Funes peccatorum
circumplexi sunt me. & lege tuae insublitus;
Funes peccatorum. Inpedimenta sunt inimicor;
siue spiritalium. sicut diaboli & angelorum mei.
siue carnalium. in quib; filius infidelitatis
diabolus operatur; Non enim hoc no men
quod dicitur peccatorum. ab eo quod sunt
peccata declinatum ē. sed ab eo quod sunt pec
catores; quod in greco euidenter apparet;
Cum itaq; minantur mala quibus t̄rat iustos.
neq; di lege patiantur. quodam modo funes
implicant. ueluti ualidas & robustas reses

suas; Trahunt enim peccata sicut restem longam.
 Et hinc scilicet implicare cernuntur. & aliquando permit-
 tuntur; sed si implicent corpus non implicent ani-
 mam; Ubi non est iste dilectus oblitus; quia sermo
 non est alligatus; Oecia nocte inquit surgebam.
 & confitendum super iudicia iustitiae tuae; Quia &
 hoc ipsum quod sunt peccatorum circumplectentur
 iustum; iudicia sunt iustitiae dei; Propter quod
 dicit apostolus petrus; Tempus ut iudicium iam
 incipiat in domo dei; Et si initium inquit a uobis.
 quibus finis erit eis qui non credunt dñi euangelio;
 Et si iustus quidem uix saluus erit peccator & impi-
 us ubi parebitur; Hoc enim de persecutionibus ait
 quibus specialiter ecclesia cum suis peccatorum circu-
 plectentur eam; Proinde modum noctem.
 grauior & tribulationes intellegendis existimo; In
 qua dixit surgebam quia non eum sic affligebat
 ut deiret sed ex ore eorum ut surgeret; id est ut ea
 ipsa tribulatione ad fortius confitendam proficeret;
 Jam uero quia ista sunt gratia dei. p̄ ihm xpm dñm
 nrm. uocem personae per hanc yphœiam. suo
 corpori adiungit ipse saluator; Ad ipsum caput eni
 yphœiae quod sequitur pertinere arbitror; Parti-
 ceps ego sum omnium timentium te & custodien-
 tium mandata tua; Sicut est in epistola quae
 ad hebraeos inscribitur; Qui enim sanctificat & qui
 sanctificatur ex uno omnes; Propter quoniam causa
 non confundatur fratres uocato; & paulo post;
 Propter ea ergo inquit pueri communicauerunt
 sanguini & carni & ipse prope modum eorum
 participauit; Quod quid est aliud quam eorum
 participes factus est; Neque enim efficeremur
 participes diuinitatis eius nisi ipse mor-
 talitatis nostrae participes fieret; Nam & in
 euangelio quod nos diuinitatis eius participes
 facti sumus. ita dicitur; Dedit eis potestatem
 filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius
 qui non ex sanguinibus. neque ex uoluntate carnis.
 neque ex uoluntate uiri sed ex dono nascuntur;
 Ut autem hoc fieret. quia & ipse factus est
 participes mortalitatis nostrae ita ibi sequitur;
 Et uerbum caro factum est & habitabit in nobis;

Per hanc eius participationem nobis gratia
 subministratur & caste timeamus dñm & custodi-
 amus mandata eius; Proinde ipse ih̄s loquitur
 in ista yphœia sed quod dñm in membris suis &
 unitate sui corporis. uitam quam in uno quodam
 homine diffuso toto orbe terrarum & succres-
 cente paulatina seculorum; Quedam uero in
 se ipso capite nro; unde & hoc est quod ait;
 Participes ego sum omnium timentium te & cus-
 todientium mandata tua; Et quia propter
 hoc quod participes factus est fratrum suorum
 dei hominum. immortalis mortalium Ideo
 granum cecidit in terram. ut mortificatum multum
 fructum faceret; Desipso fructu secutus ad-
 iunxit; Misericordia tua dñe plenae terra
 & unde hoc nisi cum iustificatur impius. in cuius
 gratiae scientia & proficiatur. adiungit;
 & iustificationes tuas doceme **EXPLICIT.**
SERMO XVI. INCIPIT XVII. DE UERSU
PSALMI. SUAUITATEM FECISTI CUM
SERUO TUO DNE USQ; BONUM MIHI LEX
ORIS TUI SUPER MILIA AURI ET ARG.

Huic psalmi huius de quibus nunc inuo-
 luntate dei disputatur sumus. Ab hoc incipit;
 Suauitatem fecisti cum seruo tuo dñe. scdm
 uerbum tuum. Vel potius secundum eloquium
 tuum; Sed quod ait grecus chrestosteta. ali-
 quando suauitatem. aliquando bonitatem
 in praesens transtulerunt; Uerum quia sua-
 uitas potest esse & in malo. quando illicita
 quaeque & immunda delectant. Potest
 & in lex quae conceditur uoluptate car-
 nali; sic debemus intellegere suauitatem
 quam chrestosteta greci uocant. Ut in bonis
 spiritalibus deputetur; Propter hoc enim
 eam. & bonitatem nri appellare uoluer;
 Nihil hic ergo aliud dictum existimo. suau-
 itatem fecisti cum seruo tuo nisi fecisti ut
 me delectaretur bonum; Quando enim delec-
 tat bonum. magnum est dei donum; Quando
 autem bonum opus quod lex imperat. fit
 timore p̄nae. non delectatione iustitiae;

Cum dicitur molitur non amatur. Seruile fit,
non liberaliter. Seruus autem non manet in domo
in aeternum. filius manet in aeternum. Quia
consummata caritas foras mittit amorem.

Suauitatem itaque fecisti cum seruo tuo. faciendo
filium qui seruus fuit secundum eloquium
tuum. hoc secundum promissum tuum. ut
secundum fidem firmasset omni seruo.

Suauitatem & eruditionem & scientiam doceme
inquit. quomodo mandatis tuis credidi. Augeris
ibi ista posuit & proficit. Nam utique. quia unum dixit
erat suauitatem fecisti cum seruo tuo. quomo-
do dicit suauitatem doceme. nisi ut ei gratia
de magis magisque innotescat dulcedine bonita-
tis. habebant enim fidem qui dixerunt dno
auge nobis fidem. Et quam diu uiuitur in hoc
mundo proficientium est ista caritatio. Addidit
autem & eruditionem. uel sic plures codices
habent disciplinam. sed disciplinam quam graeci
appellunt pediam. ibi scripturae nostrae ponere
consueverunt. Tibi intellegendae pro molestias erudi-
tio secundum illud. Quem enim diligit deus cor-
ripit. flagellat autem omnem filium quem recipit.

Haec apud ecclesiasticas litteras dicitur sola discipli-
cina in praesentia de graeco ubi legitur pediam.

P

Hoc enim uerbum in graeco postuimus. in epistola ad
hebraeos ubi latinus interpretatur. Omnis uero dis-
ciplina ad praesens non gaudii uideatur esse. sed tristitia-
e. Postea autem fructum pacificum his qui per-
cepti reddunt iustitiae. Cumque ergo facit deus
sua ueritatem. Ideo cui propitius inspirat boni delec-
tationem. ut aptius id explicem cui donatur
ad caritatem dei & propter caritatem proximi. Profecto
instanter orare debet. quo tantum sibi augeatur
hoc donum. ut non solum pro illo contempnat delec-
tationes caeteras. sed etiam pro illo quas libet per-
ferat. passiones ita sua ueritate salubriter addidit
disciplina. Non enim quantalibet sua ueritate
uel bonitate. hoc est scilicet caritati poscenda. & op-
tandae sed tamen magne. ut sub eius pressurae non
possit extinguere. Sed sicut ingens flamma sub
impetu uentis. quanto magis reprimitur.

tanto ardentius excitari. Ideo parum fuit dicere
sua ueritatem fecisti cum seruo tuo. nisi rursum poteris
ut eum doceat sua ueritatem tantam utique. ut discipli-
nam possit patientissime sustinere. Tertio ponit
scientiam quomodo similitudinem perdit scientia mag-
nitudinem caritatis non aedificat sed inflat.

Cum ergo tanta fuerit caritas in bonitate sua
ut tribulationibus non possit extinguere quas adhibet
disciplina. Tunc utaliter scientia qua innotescit
etiam sibi homo. Quid ipse meruerit & quae ad
donata sint ei. & per quae posse se sciat. quae se
posse nesciebat. & pro seipsum omnino non poterit.

Quod autem non ait damini. sed doceme. quomodo
sua ueritas doceatur. si non datur. quando quidem
multi quod eos non delectat sciunt. Et quarum
rerum habent cognitionem non habent sua ueritate.
Sua ueritas enim disci non potest nisi delectat. Item
disciplina quae significat emendatoriam tribu-
lationem accipiendo discitur. id est non audiendo
uel legendo. uel cogitando. sed experiendo.

At uero scientia quam etiam posuit. In his quae ut
doceme. docendo datur. Nam quid aliud est
docere. quam scientiam dare. Et haec duo
ita sibi conexas sunt. ut alterum sine altero esse
non possit. Nemo enim doceatur nisi discat. & ne-
mo discit nisi doceatur. Et ideo discipulus capax
non sit eorum quae doctore dicuntur. Non potest
doctore dicere. ego eum docui. sed ipse non didicit.

Dicere autem potest. ego ei dixi. quod dicendum fuit
sed ille non didicit. quia non cepit non comprehendit
non intellexit. Nam profecto & ille didicit. sed
siste docuisse. Ideo deus quando uult docere
prius dat intellectum. sine quo ea quae adduntur
nam doctrinam pertinent. homo non potest
discere. Unde & iste paulo post dicit. Damini in-
tellectum & discam mandata tua. Potest itaque
homo cum docere aliquem. cupit dicere illa quae
dixit dominus discipulis suis. postea quam resurrexit
amotus. sed facere quod ille fecit non potest.
ut enim euangelium. Tunc apperuit eis sensum
ut intellegerent scripturas. & dixit illis.
Quid autem dixerit illis ubi legitur. Sed ideo

1122

coeperunt quod dixit quia unde capere aperuit
 Docet ergo de suauitate inspirando delectationem
 Docet disciplinam temperando tribulationem
 Docet scientiam insinuando cognitionem
 Cum itaq. aliasint quae ideo discimus ut tantumodo sciam
 Alia uero ut eorum faciamus Quando de ex docet sic
 docet ut scienda sciamus aperiendo ueritatem
 Sic docet ut facienda faciamus inspirando suauitatem
 Neq. enim frustra edicitur Doceme ut faciam
 uoluntatem tuam Sic inquit doce ut faciam
 non tantum modo ut sciam Ipsa quippe rectae
 facta fructus est quem reddimus agricolentis
 Sed scripturae dicit Dns dabit suauitatem et terra
 dabit fructum suum Quae autem ista terra nisi
 de qua dicitur eidem ipsi quidam suauitatem
 Annamta sicut terra sine aqua tibi Quod uero
 cum dixit se suauitatem et disciplina et scientia
 doceme adiunxit atq. ait Quo mandatis tuis
 credidi Non merito queri potest cur non dixerit
 oboediuit sed credidi Alia sunt enim mandata
 alia promissa Mandata facienda suscipimus
 ut accipere promissa mereamur Promissis
 ergo credidimus mandatis obtemperamus
 Quid est ergo mandatis tuis credidi nisi credidi qd
 tu illa mandaueris non aliquis homo Quamuis per
 hominem hominibus ministrata sint quia tunc cre
 didi tuae se mandata ipsa fides mea qua id
 credidi impetrae abste gratia qua faciam quod
 mandasti Si enim homo mihi haec iuberet forin
 secus Numquid ut eorum facerem quod diubobat
 adiuuaret intrinsecus Doce ergo me suauitate
 inspirando caritatem doceme disciplinam do
 nando patientiam Doceme scientiam Inlumi
 nando intellegentiam quo mandatis tuis credidi
 Tella credidi mandas se quid est et homini donas
 unde facias eum facere quod mandas Priusquam
 humiliare inquit ego deliqui propt. ea uerbum tuum
 custodiui Uel sicut alio dices habent expressius
 propt. ea eloquium tuum custodiui Utique nerus
 humiliarer quod ad illam melius humilationem
 refertur quae factae in adam In quo omnis
 creatura tamquam in radice utraque

Quoniam ueritati subiecta esse noluit subiecta est
 uanitati quod uasis misericordiae profuit ex peri
 ut delecta superbia diligitur oboedientia et pere
 at non re dicitur a miseria Suauis est dñe uel sic
 plures habent suauis est dñe Aliqui etiam
 suauis est tu uel bonus est tu sicut de hoc uerbo supe
 rius tractauimus Et in tua suauitate doceme
 iustificationes tuas Uere uult facere iustificatio
 nes di quando ex in eius suauitate uult discere
 ab illo cui dixit suauis est tu Deniq. sequitur
 Multiplicata est summe iniquitas superborum
 Eorum scilicet quibus non profuit quod postea quam
 deliquit humiliatae humana natura Ego aut
 in toto corde meo scrutabor mandata tua
 Quanta libet inquit abunde iniquitas non in
 me refrigeret caritas Tamquam ille hoc dicit
 qui in eius suauitate iustificationes di discit
 Quanto magis enim suauis quae iubet qui uiuat
 Tanto magis ea scrutatur amans ut cognita faciat
 et faciendo cognoscat quia per se tuis cognoscent
 cum fiunt Coagulatum est ut lac cor eorum
 quorum nisi superborum Quorum supermultipli
 catam dixit iniquitate Obduruisse autem cor
 eorum uult intellegi hoc uerbo et hys loco
 Nam dicitur et in bono sicut in psalmo sexagesimo
 septimo dicitur Mons in cascatu. mons ubor
 et intellegitur gratia plenus Nam et illic qui
 dam coagulatus in prelati sunt sed uide quo
 ad se opponat duritiae cordis illorum Ego aut
 inquit legem tuam meditatus sum Quale
 utiq. iustissima et misericordissima unde illi
 dicitur et legem tuam miserere mei Superbis
 resistit ut obdurentur humilibus autem dat
 gratiam ut diligant oboedientiam et recipiant
 excellentiam Meditatione quippe legum huius
 uoluntariae seruatur humilis ut penalis humi
 litas euadatur De qua mox dicit Bonum
 mihi quo humiliastime ut discam iustificatio
 nes tuas Licet enim aliquid et superius iam
 dixerat Priusquam humiliarer ego deliqui
 propt. ea eloquium tuum custodiui Ipso quip
 pe fructu ostendit quod bonum illi fuerit humi

uari Sed illic dixit & causam quod humilitatem
 penalem delinquendo p̄ces seruit. Quod uero ibi ait
 Propter ea eloquium tuum custodiu. Hic autem
 ut discam iustificationes tuas satis significat se mihi
 uideatur hoc esse ista nosse quod custodire hoc cur
 to dire quod nosse. Hic enim xps non nouerat
 quod arguebat. Et tamen arguebat peccatum
 cum dictum de illo sit quod non nouerat peccatum.
 Nouerat ergo quadam notitia. Et rursus quadam
 ignorantia non nouerat. Sic & iustificationes illi
 multi discunt & non discunt. Nouerunt enim
 eas quadam notitia & rursus quadam ignorantia
 qm non nouerunt non faciunt. Eo modo hic ergo
 intellegendus est dixisse ut discam iustificationes
 tuas & notitia qua sunt. Hoc autem quia
 non fit nisi per dilectionem. Ubi qui facit habet
 delectationem propt̄ quod dictum est. In tua
 sua uitate doceme iustificationes tuas. Sequens
 uersus ostendit ubi ait. Bonum mihi lex
 oris tui super milia auri & argenti. *

**EXPT. TRAC. XVII. INCIP. XVIII. DE
 UERSU PSALM. MANUS TUAE FECERUNT
 ME ET BRASIA MAUERUNT ME. DAMIHI
 INTELLECTUM UT DISCAM MANDATA TUA.**

Quando d̄s hominem fecit ex puluere & animauit
 flatu non ibi commemoratum est quod manibus
 fecerit. Cur ita quibusdam uisum fuerat
 uerbo d̄m fecisse caetera. hominem uero uelut
 aliquid pr̄cipuum fecisse manibus suis. Non
 uideo nisi forte quia ex puluere formatum
 legitur hominis corpus non potuisse fieri nisi
 manibus arbitrantur. Nec attendunt quod in
 euangelio de uerbodi scriptum est. Omnia per
 ipsum facta sunt. Non posse constare si non per
 uerbum factum est etiam corpus humanum.
 Sed adhibent testimonium de hoc psalmo & dicunt.
 ecce ubi aptat sime clamat homo.

Manus tuae fecerunt me & finxerunt me.
 Quasi non aperte etiam dictum sit. Uidebo ce-
 los opera digitorum tuorum. Nec minus aperte
 & opera manuum tuarum sunt caeli. Multoq;
 apertius & aridam terram manus eius

* quamplius diligit caritas legem d̄i quam diligit cupiditas
 milia auri et argenti;

finxerunt. Manus ergo d̄s sunt potestas d̄i. Aut
 necessitates. aeternae esse non possunt. si
 nec ipse necessitates. Sed si non diligendo
 ista faciamus. nulla est iustificatio. Si autem
 diligendo. aeterna est dilectio ipsa. ei q;
 aeterna est parata retributio. Propter
 quam retributionem dicit se inclinare cor-
 suum ad faciendas iustificationes di. ut in
 aeternum diligens in aeternum mereatur
 habere quod diligit. **EXPT. SERMO. XXIII.**
INCIP. XXIII. DE UERSU PSALMI.
INIQUOS ODI HABUI. USQ; AD ID
PROPTER EA. DILEXI TESTIMONIA
TUA SEMPER.

Psalmi huius locus de quo in uoluntate
 dni disputaturisumus. sic incipit.
Iniquos odio habui. & legem tuam dilexi.
 Non ait iniquos odio habui. & iustos dilexi.
 Aut iniquitate odio habui. & legem tuam dilexi.
 Sed cum dixisset iniquos odio habui. exposuit
 quare. addendo & legem tuam dilexi.

Ut demonstrare & non se in hominibus; iniquis
odisse naturam qua homines sunt. sed iniqui-
tatem. quae legi quam diligit inimici sunt;
Deinde sequitur. Adiuutor & susceptor meus
est. Adiuutor ad bona faciendam. susceptor
ad mala & ualenda. Quod ad adiungit. In
uerbum tuum speravi. tanquam filius pro-
missionis loquitur. Sed quid sibi uult uersus
qui sequitur. Declinate a me maligni & ser-
utabor mandata dñi mei. Non enim ait. faciam
sed scrutabor. Uteam ergo diligenter p̄fec-
tāe quā nouerit. malignos a se declinare
desiderat. eosq; & iam compellendo a se abire.
Nam maligni & ercent ad faciendam mandata.
Ab scrutandis aū auocant. Non solum cū per-
secuntur. aut litigare nobiscum uolunt.
uerum & iam cum obsecuntur. & honorant.
& tamen suis uitiis & negotiis cupiditatibus;
adiuandis ut occupemur. & eis nra tempora
inpendamus efflagitant. Aut certe infirmos
premuunt & causas suas ad nos deferre conpel-
lunt. quibus dicere non audemus. Dichomo-
quis me constituit iudicem. aut diuisorem in-
terior. Apostolus cognitor est in foro prohi-
bens iurgare xp̄ianos. ne illis quidem qui
non aliena rapiunt dicimus. Causae ab
omni cupiditate. Constituentes eis ante o-
culos hominem cui dictum est. Stulte haec noc-
te auferetur a te anima tua quae paraasti
cuius erunt. Quia & quando dicimus. nec
recedent. nec declinant a nobis. sed instans
iurgent. p̄cantur. tumultuantur. & cor-
quent ut ipsi potius ad ista quae diligunt.
quā scrutandis dñi mandatis quae diligimus
occupemur. O quanto taedio turbarum
turbulentarum. & quanto desiderio diuino-
rum eloquiorum dictum est. Declinate
a me maligni. & scrutabor mandata dñi mei.
Ignoscant oboedientes fideles qui pro suis
rebus. causas raro nos quaerunt. & iudi-
cis nri facillime ad quiescunt. Nec nos
conterunt ligando. sed obtemperando poti-

→ sed sua cupido repetunt

us consolantur. Certe propter eos qui &
inter se pertinaciter agunt. Et quando
bonos p̄munt. nra iudicata contempnunt.
faciunt quae nobis perire tempora rebus
eroganda diuinis; Certe inquam p̄pter
istos & nobis liceat & clamare in hac uoce
corporis xp̄i. Declinate a me maligni &
scrutabor mandata dñi mei. Deinde post
ea quem uelut ab oculis cordis sui mureas
inruentes abegit. redit ad eum cui dicebat.
Adiuutor & susceptor meus est. In uerbum
tuum speravi. Praeterea q; continuans.
Suscipe me inquit secundum eloquium tuum
& uiuam & non confundas me ab expecta-
tione mea; Quia dixit susceptor nri.
possit magis magisq; suscipi. & ad illud p̄p̄-
quod tolerat tam multa molesta perducit
uerius ipse. quam in istis humanarum rerum
somnia fides. esse & uicturum. Sicut enim
de futuro dictum est & uiuam tanquam
in hoc corpore mortuo non uiuatur. Corpus
enim mortuum est propter peccatum. & ex-
pectantes redemptionem corporis nri.
spe salui facti sumus. & quod non uidemus
sperantes. cum patientia expectamus. Sed
sper non confundit. sic caritas dñi diffunditur
in cordibus nris. per sp̄m s̄m quid a dñi nobis.
Propter quem largius accipiendum clamat
ad patrem. Ne confundas me ab expecta-
tione mea; Et tanquam ei responsum fuerit.
in silentio. Non uis confundi ab expecta-
tione tua. non intermittas meditari iustifica-
tiones meas; Sentiens ita meditationem
plerumq; animae languoribus impediti.
Adiuuame inquit & saluus ero & meditabor
in uis iustificationibus; semper; Spreuisti om̄
uel quod de greco diligentius uidetur expres-
sum. Ad nihilum deduxisti om̄. desce. demer-
si iustificationibus; tuis quia iniusta cogitatio
eorum. Ideo ergo clamat. Adiuuame &
saluus ero & meditabor in iustificationibus; tuis
semper. Quia in nihilum redēgit dñs omnes dñs

ce denter a iustificationib; suis. Quare
 aū discendunt. quia iniusta est inquit cogi-
 tatio eorum. Ibi acceditur. ibi disceditur.

Omnia opera bona uel mala a cogitatione
 procedunt. In cogitatione quisq; innocens.
 In cogitatione reus est. Propter quod
 scriptum est. Cogitatio scā seruabit te.
 Et alibi legitur. In cogitationib; impii. in-
 terrogatio erit. Et apostolus. Cogitatio
 nib; aut accusantib; aut & iam excusan-
 tabus. Ibi aū felix est qui in cogitatione
 miser est. Aut quomodo ibi non miser est
 qui ad nihilum redactus est. Magna quip-
 pe sterilitas iniquitas merito dictum est
 Confundantur inique facientes uanae.

Idest inaniter tamquam redacti ad nihilū.
 Sequitur in psalmo. Praeuaricatores de-
 putauit uel putauit uel aestimauit omnes pec-
 catores terrae. Multis enim modis nō in-
 ter p̄taxit unum uerbum grecum quod
 est elegis. amēn. Sed profunda est ista sen-
 tentia & si diu uerit dñs operosius dispu-
 tatione alia penetranda est. Nam & quod
 additum est. Propter ea dilexi testimonia
 tua semper. Multo amplius eam profun-
 dam facit. Dicit enim apostolus. Lex iram
 operatur. huiusq; dicti rationem reddens.

Ubi enim non est lex inquit nec preuaricatio.
 Ita ostendens non om̄ esse preuaricatores.
 Non enim om̄ habent legem; non aū omnes ha-
 bere legem. alio loco euidentius. ait. Quis
 ne lege peccauerunt. sine lege peribunt.
 Quid sibi ergo uult preuaricatores deputauit
 om̄ peccatores terrae. Sed hic questionem
 proposuisse sufficerit. Alio si dñs donauerit
 sermonem tractandam. ne huius prolixitas
 eam cogat angustius & explicari. Quam ut
 bene possit quod explicatur. intellegi.

**EXPLICIT SERMO. XXIII. INCIPIT. XXV.
 DE UERSU PSALMI. PRAEUARICATORES
 DEPUTAUI OM̄. PECCATORES TERRAE.**

Quærimus si dō largiente inueniri possim.

quomodo intellegendum sit quod in isto psal-
 mo magno dictum est. Praeuaricatores uel
 potius p̄uaricantes. Grecur enim parabe-
 nonitas ait. non parabatat. Quærim' ergo
 quōdo intellegendum sit. Praeuaricantes
 deputauit omnes peccatores terrae. Propt̄
 quod ait apostolus. Ubi enim non est lex nec
 preuaricatio. hoc aū dixit cum a lege
 promissa distingueret. Nam & de superiorib;
 sensus plenior colligitur. Non enim p̄ lege
 inquit promissio abrahæ. aut semini eius
 uetheres esset mundi. sed per iustitiam fidei.
 Si enim qui per legem heredes sunt. & inani-
 ta est & euacuata est promissio. Lex enim iram
 operatur. ubi non est lex nec p̄uaricatio. Ideo
 & fide ut sc̄m gratiam firmasset promissio
 omni semini. Non ei tantum. quod & lege est
 sed ei quod & fide est abrahæ. qui est pater
 omnium nr̄m. Cur apostolus hoc ait. Nisi ut
 ostenderet & legem sine promissionis gratia
 non solum auferre. uerum & augere p̄cca-
 tum. Unde & illud est. Lex intrauit ut ha-
 bundaret delictum. sed quia omnia p̄ gra-
 tiam dimittuntur. non solum quæ sine
 lege. uerum & iam quæ in lege commissæ sunt.
 Ideo ibi secutus adiunxit. Ubi aū habundauit
 delictum sup̄ habundabit gratia. Non
 itaq; p̄uaricantes deputat om̄ peccatores
 apostolus. sed eos tantum preuaricantes
 deputat qui transgrediuntur legem;
 Ubi enim lex non est inquit. nec preuaricatio.
 De hoc secundum apostolum. Omnis quidem
 preuaricator peccator est. quia peccat
 in lege. Sed non omnis peccator p̄uaricator
 est. quia peccat aliqui sine lege. Ubi aū
 non est lex nec p̄uaricatio. Porro si nemo
 sine lege peccaret & non idē ipse apostolus
 diceret. Quicumq; sine lege peccauerunt
 sine lege peribunt. Secundum istū uero
 psalmum. Si preuaricantes sunt omnes
 peccatores. Nullum est utiq; sine p̄uari-
 catione peccatum. Nulla est autem

prauaricatio sine lege. Nulla est igitur nisi
in lege peccatum. Qui ergo dicit prauarican-
tes deputari omnes peccatores terrae. Nul-
lo est omnino nisi qui legem transgressi sunt
aut intellegi peccatores. Et ob hoc aduer-
satur ille qui dixit. Quicumque sine lege
peccauerunt sine lege peribunt. Se-
cundum illum quippe sunt aliqui pecca-
tores quamuis non sint prauaricantes.
Id est qui sine lege peccauerunt. Ubi enim
non est lex. nec prauaricatio. Secundum
istum autem nullus est sine prauaricatione
peccator. Quia prauaricantes deputat
omnes peccatores terrae. Nullus ergo
secundum istum sine lege peccauit.
Quia ubi non est lex. nec prauaricatio.
An forte dicturi sumus uerum quid est
quod nec prauaricatio sit. ubi lex non est.
Sed uerum non est quod aliqui sine lege
peccauerunt. Aut uerum quidem est ali-
quos sine lege peccasse. Sed uerum non est
ubi lex non est. prauaricatio esse non posse.
Utrumque apostolus dixit. Uerum est ergo
utrumque quia utrumque per apostolum ueri-
tas dixit. Quomodo igitur erit uerum
quod in psalmo isto eadem proculdubio
ueritas dixit. Praeuaricantes deputari
omnes peccatores terrae. Respondetur
enim nobis. Qui sunt ergo illi qui secundum
apostolum sine lege peccauerunt. Non
enim & eorum quisquam prauaricans de-
putandus est. Cum secundum eundem apos-
tolum prauaricatio non sit ubi lex non est.
Sed nimirum cum dicitur apostolus. Qui-
cumque sine lege peccauerunt sine lege pe-
ribunt. De illa lege agebat quam deus
dedit per moysen famulum suum populo
suo israhel. Hoc ipsa quae circumstant uer-
ba eius ostendunt. Disputabat enim de
iudeis & grecis id est gentibus. Non adur-
cum cisionem sed ad praeposituam pertinens.
Ideo sine lege eos dicit. quia non accepe-

rat legem quam se accepisse gloriabantur
iudaei. Unde ait illis. Si autem tu iudeus
cognominaris. & requiescit in lege & glo-
riaris in deo. Denique unde ad hanc senten-
tiam uenerit induendum est. ut dico
& quicumque sine lege peccauerunt
sine lege peribunt. Inquit indignatio.
tribulatio & angustiam in om-
nem animam homini superantibus malum.
Iudei primum & greci. Gloria autem & ho-
nor & pax omni operanti bonum. Iudeo
primum & greco. Non est enim perso-
narum acceptio apud deum. Ad haec ad-
didit. Unde nunc questio est & ait. Qui-
cumque enim sine lege peccauerunt sine
lege peribunt. Et quicumque in lege
peccauerunt per legem iudicabuntur.
Hos itaque iudeos. Illos autem grecos uolens
intellegi quomodo de his agebat. utroque sub
peccato esse demonstrans. ut egeresse gra-
tia utriusque fateantur. Propter quod dicit.
Non enim est distinctio. Omnes enim pec-
cauerunt & egent gloria dei. iustifi-
cati gratis per gratiam ipsius pro de-
ceptionem quae est in christo ihesu. Quos itaque
dicit omnes peccasse. nisi iudeos & grecos.
De quibus dixerat. Non enim est distinctio.
Nam de his paulo ante. Causati enim in-
quit iudeos & grecos omnes sub peccato
esse. Ac hoc quicumque sine lege pecca-
uerunt. Illa scilicet de qua iudei glo-
riabantur sine lege peribunt. Et qui-
cumque in lege peccauerunt. id ipsi iudei
per legem iudicabuntur. Nec ideo non pe-
ribunt. nisi credant in eum. qui uenit
quaerere quod perierat. Nonnulli
quippe & iam catholici tractatores.
in his apostoli uerbis aliter quam se res-
habere parum attendendos sapuerunt.
Ut dicerent illos qui sine lege peccauerunt.
hos autem qui in lege peccauerunt. iudicari
tantum modo. non perire. Tamquam

Alios magis alios minus. Quanto enim
legis maior in quoque cognitio. Tanto
minor peccator & excusatio. Tanto ma-
nifestior p̄uaricatio. Restabat ergo ut
hominib; non sua sed dī. Id est adō donata
iustitia subueniret. Unde ait apostolus
per legem cognitio peccati. Non ergo obla-
tio sed cognitio. Nunc autē sine lege inquit
iustitia dī manifestata est testificata per
legem & prophetas. Proinde & iam iste
subiunxit. Propterea dilexi testimonia
tua. Tam quā diceret. Quō lex siue in
paradiso data siue naturaliter insita
siue in litteris promulgata p̄uaricantes
fecit om̄ peccatores terrae. Propter ea
dilexi testimonia tua quae sunt in lege
tua dextera tua. ut non sit in me iusti-
tia mea. sed tua. Lex enim ad hoc p̄dest
ut mittat ad gratiam. Non solum enim
quod ad testatur manifestande iustitiae
dī quae sine lege est. Verum & iam hoc
ipso quod p̄uaricantes fecit. ita ut & iam
littera occidit ad uiuificantem sp̄m con-
fugere timore compellit. Per quem pec-
catorum deletur uniuersitas & recte
factorum caritas inspiretur. Propter
ea dilexi inquit testimonia tua. Quidā
codices habent semp. quidam non habent.
Sed si est sic accipiendum est semp ut intel-
legatur quam diu hic uiuitur. hic sunt
enim necessaria testimonia de lege &
prophetis ad testantia iustitiae dī qua
iustificamur gratis. hic sunt & nr̄a testi-
monia necessaria. Pro quib; ipsam que
hic agitur uitam mactantes finientur.
Cognita itaq; dī gratia quae sola liberata
p̄uaricatione quae legis cognitione com-
mittitur orando dicit. Confige cla-
uis at timore tuo carnes meas. Sic enī
expressius interpretati sunt quidam nr̄i
quod grece uno uerbo dici potuit. Id est
catheloston. hoc alii confige dicere uoluer-

nec addiderunt clauis. atq; ita dum
uolunt uno uerbo greco unum latinū
inter p̄tando reddere scientiam. mi-
nus explicauerunt. Quod in eo quod est
confige non sonant clauis. Catheloston
autē sine clauis intellegi non potest. nec
nisi duob; uerbis latine dici potest.
Sicut dictum est. Confige clauis. Ubi
quid uult intellegi nisi quod ait aposto-
lus. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce
dñi nr̄i ih̄u xp̄i. per quem mihi mundus
crucifixus est & ego mundo. Et iterum.
Xp̄o inquit confixus sum cruce. Uiuo autem
iam non ego. uiuit uero in me xp̄s. Quod
quid est aliud nisi non est in me iustitia
mea. quae ex lege est in qua p̄uaricator
effectus sum. sed iustitia dī id est quae mihi
ex dō est non ex me. Sic quippe in me
uiuit non ego sed xp̄s qui factus est nobis
sapientia adō & iustitia & sanctificatio &
redemptio ut quem admodū scriptum est.
Qui gloriatur in dño gloriatur. Item dicit.
Quia autē ih̄u xp̄i sunt carnes suas crucifixe
cum passionib; & concupiscentiis. Cum hic
dictum sit. Confige clauis at timore tuo
carnes meas ut intellegamus & iam id quod
recte facimus gratiae dī esse tribuendam
qui in nobis operatur & uelle & operari
bona uoluntate. Sed quid sibi uult quod
cum dixisset. Confige clauis at timore tuo
carnes meas. Addidit. Audiuit enim
tuis timui. Quod est. Confige at timore
tuo timui enim. Si uan timuerat uel ti-
mebat. Cur adhuc ut at timore suo dī cru-
cifigeret carnes eius orabat. an addis ibi
uolebat timorem ut tantum timeret
quantum sufficeret crucifigendis suis
carnib; . Id est concupiscentiis affectibusq;
carnalib; tamquam dicens. Perfice in me
timorem tuum. Timui enim audiuit tuis.
Sed ē hic alius sensus atior quantum dī do-
nat scrutato sinu scripturae huius erudiendū

Confige clauis at timore tuo carnes meas
audiuit tuis timui. Sed ē hic alius sensus atior quantum dī do-
nat scrutato sinu scripturae huius erudiendū

Confige inquit claves a timore tuo
 carnes meas a iudicis enim tuis timui.
 hoc est a timore tuo casto qui per manet
 in seculo. Carnalia mea desideria
 comprimantur. iudicis enim tuis ti-
 muui. Cum mihi lex minaretur paena
 quaemih non poterat dare iustitiam.
 sed hunc timorem quo poena metuitur
 consummata caritas foras mittit. Quae
 non timore paene sed delectatione ius-
 titiae liberis reddit. Timor namque
 iste quo non amatur iustitia sed timetur
 paena servilis est quia carnalis est. &
 ideo non crucifigit carnem. Uivt enim
 peccandi uoluntas quae tunc appareret
 in opere quando speratur impunitas.
 Cum uero creditur paena secura latente
 uiuit. Uivt tam male enim licere
 quod lex uideat. quia non spiritaliter
 delectatur eius bono sed carnaliter
 malum metuit quod imminatur. Timore
 aut casto ipsa quae hunc timorem foras
 mittit. peccare timet. Et caritas &
 an si sequatur impunitas quia nec impu-
 nitatem iudicat securitatem quando a
 more iustitiae. peccatum ipsum deputat
 paenam. Talis timore carnes crucifigun-
 tur. Quo carnalis delectationes quae ele-
 git litteras uetant potius quam uitantur
 spiritalium bonorum delectatione uiuuntur.
 & eademur quae ad perfectionem cre-
 cente uictoria perimunt. Confige ergo
 claves inquit a timore tuo carnes meas
 a iudicis enim tuis timui. hoc est da mi-
 hi castum timorem ad quem petendum
 me tanquam pedagogus timor legis ille
 pduxit quo timore a iudicis tuis timui.

EXPT. SERMO. XXV. INCIPIT. XXVI.
DE UERSU PSALMI. FECI IUDICIUM ET
IUSTITIAM. ET RELIQUA.

Hos psalmi huius uersus considerandos
 nunc suscepimus atque tractandos. Feci

iudicium & iustitiam non tradas me no-
 centibus me. Non mirum est eum fecisse iudici-
 um & iustitiam qui superius poposcebat
 a timore dei. Utiq; casto confici clauis car-
 nes suas. hoc est carnales concupiscentias
 quae solent quo minus rectum sit nrm in-
 pedire iudicium. Quamuis autem siue rectum
 siue prauum in nrm sermonis usu iudicium
 nuncupetur. Unde hominibus & in euange-
 lio dicitur. Nolite iudicare personaliter
 sed rectum iudicium iudicate. Iamen
 hoc loco ita positum est iudicium. tamquam
 si rectum non fuerit non debet iudicium
 nominari. alioquin non sufficeret dicere
 feci iudicium. Sed dicitur. feci rectum
 iudicium. hoc genere locutus est dñs ih̄s
 ubi ait. Relinquitis grauiora legis iudici-
 um & misericordiam & fidem. Et hic enim
 iudicium sic positum est. tamquam non
 sit iudicium si peruersum est & multas diui-
 norum scripturarum locis ita ponitur.
 Quare illud est misericordiam & iudicium.
 cantabo tibi dñe. Et illud apud eseciam
 & pettau ut faceret iudicium. fecit autem
 iniquitatem. Non ait & pettau ut face-
 ret iudicium iustum. fecit autem iniquum.
 Sed tamquam ideo iam iudicium sit quia
 iustum est. nec sit iudicium quod iniustum est.
 Iustitia uero non solus dicitur bona iustitia uel
 mala iustitia. sicut aliquando dicitur
 Bonum malum uel iudicium. Sed ideo ipse
 iam bona est quia iustitia est. Sic ergo
 habet loquendi consuetudo ut dicatur
 & bonum iudicium & malum iudicium
 quae admodum habet ut dicatur & bonus
 iudex & malus iudex. Si autem non dicitur
 bona iustitia uel mala iustitia. sicut
 non dicitur. Bonus iustus & malus ius-
 tus quia continuo bonus quisque si iustus.
 Iustitia uero iustus est animi. Magna pro-
 cipue quae laudabilis de qua nunc non est
 copiosius necessitas disputandi. Iudicium

uero quando non nisi in bono ponit distinc-
tior loquendi ratio huius iustitiae est
operatio. Qui enim habet iustitiam rec-
te iudicat. Immo secundum istam locuti-
onem qui habet iustitiam iudicat. quia
nec iudicat si non recte iudicat. & iusti-
tiae nomine hoc loco non praestitum sed
opus eius significatum est. Quis facit in
homine iustitiam nisi qui iustificat im-
pium hoc est per gratiam suam & impio
facit iustum. Unde ait apostolus. Iusti-
ficati gratia per gratiam ipsius. facit ergo
iustitiam id est opus gratiae. fecimque
iudicium & iustitiam non tradas me
nocentibus; me. Id feci iudicium iustum
non tradas me illis qui me propterea per-
secuntur. Nam & iam quidam codices
habent non tradas me persecutibus; me.
Quod enim grece dictum est. *toe secneti*
dicus in quidam interpretati sunt nocen-
tibus; quidam calumniantibus; Miror
autem omnium quos in promptu habere
potui codicum. nusquam me legisse ad-
uersariis; cum sine controuersia quod
grece *antidicos*. hoc latine aduersarius
appellatur. Orans itaque non tradatur
ad domino aduersariis; sibi. quid orat. nisi
quod oramus cum dicimus. Ne nos infe-
ras in temptationem. Aduersarius est
enim de quo dicit apostolus. Ne forte
temptauerit uos qui temptat. & tradi-
dit deum quem deserit. Cum quippe ille
non decipit quem iste non deserit. in-
uoluntate sua prestant decori hominis
iustitiam. ab illo autem quid dixerat in abun-
dantia suo non mouebo in aeternum.
Quae sit faciem suam & factus est contur-
batus sibique monstratus. Quisquis igitur
at timore dei casto crucifixus habet car-
nes. & nulla carnali corruptus in lece-
bra facit iudicium opusque iustitiae ora-
re debet ne aduersariis; tradatur

Idem ne timendo perpeti mala ad faci-
enda mala persequentibus cedat. aquo
enim accipit uictoriam concupiscentiae
ne uoluptate pertrahatur ab illo etiam
robor patientiae ne dolore frangatur
quo de quo dicitur. Dominus dedit suam
iustitiam. De illo & iam dicitur. Ab ipso
est patientia mea. Denique sequitur.
Excipe seruum tuum in bonum ne calu-
nientur mihi superbi. Illi in pellunt ut
cadam in malum tu excipe in bonum.
Qui autem interpretati sunt non calu-
nientur me. Graecam locutionem secuti
sunt Latinae linguae minus uisitatam.
an forte habet uim cum dicitur. ne calu-
nientur me quam habet & dicitur. & ur
non me capiant calumniando. Multo
autem possunt intellegi calumniae superbo-
rum a quibus humilitas christiana despiciat.
Sed illa uel maxima est si homines hoc
loco accipiuntur. superbi quod a nobis
mortuum calumnantur coli. Humi-
litas quippe ipsa christiana christi morte in-
sinuatur commendaturque diuinitus. haec
autem calumnia utrisque infidelibus; id est
iudaeis gentibus;que communis est.
habent calumnia suas & iam heretici
singulis quibus;que heresibus; proprias ha-
bent. & scismatici quos omnium superbia de-
membratum christi conpage praecidit.
Ipsi autem diaboli calumnia quanta
uel qualis est. Calumniatus est iusto
dicens. Numquid iob gratias colit deum
quorum omnium calumniae superborum
tamquam colubrorum uenena uin-
cuntur. Cum uigilantissima & diligen-
tissima pietate christus crucifixus ad cen-
dit. propter quod praefigurandum mor-
ser domi miserante accubente & catuuit
in heremo similitudinem serpentis in
ligno. Ut similitudo carnis peccati cru-
cifigenda praefigetur in christo. Hanc

tois. at. eu. sin. m. c.

Intuenter salutiferam crucem omne calumniarum superborum uirus expellimus quā prorsus & iam iste quodammodo ualde intente intuentur. Oculi mei defecerunt in salutari tuo & in eloquium iustitiae tuae. Xpm̄ quippe ipsum dñ̄ propter similitudinem carnis peccati peccatum pro nobis fecit ut nos simus iustitia dñ̄ in ipso. In huiusmodi tur eloquium iustitiae dñ̄ defecisse dixit oculos suos ardentem & scienter induendo dum memor infirmitatis humanae diuinam in xpo desiderat gratiam propter quod sequitur.

Fac cum seruo tuo scdm̄ misericordiam tuam. Non utiq; scdm̄ iustitiam meam. & iustificationem inquit tuam edoce me. Illar̄ proculdubio quib; dñ̄ fecit iustus non ipse se. Seruus tuus sum ego. Neq; enim mihi bene cessit quando eē uolui liber meus non seruus tuus. Da mihi intellectum ut sciam testimoniatua. Numquam est intermittenda ista petitio. Non enim sufficit accepisse intellectum. & dñ̄ testimonia didicisse nisi semp̄ accipiatur. & quodammodo semp̄ bibat de fonte lucis aeternae. Testimonia quippe dñ̄ quanto fecit quisq; intellegentior tanto magis magisq; seruiuntur. Tempus inquit faciendi dñ̄. Idem plurer codices habent non ut quidam dñ̄e. Quod ergo tempus uel quod faciendi uoluit intellegi dñ̄. Illud quidem paulo ante dixerat. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. hoc faciendi tempus dñ̄. Quidē autem nisi gratia quae in xpo suo tempore reuelata est. De quo tempore ait apostolus. Cum autē uenit plenitudo temporis misit dñ̄ filium suum. propter quod alibi

& iam testimoniū propheticum adiungens ubi dixit. Tempore acceptabili exaudi uice & in die salutis adiuu uice. Ecce nunc inquit tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Sed quidē quod tamquam uolens ostendere tempus dñ̄ eē faciendi. continuo subiunxit. Dissipauerunt legem tuam. Uelut ppter ea tempus eē faciendi dñ̄ quia eius legem dissipauerunt supbi qui ignorer dñ̄ iustitiā & suam uolentes constituere iustitiā dñ̄ non sunt subiecti. Quidē enim dissipauerunt legem tuam. nisi preuaricationis iniquitate eius integritatem non custodierunt. Oportebat ut supbis & delibestate sui arbitri psumen- tib; lex daretur. Quā puaricata qui cumq; conpuncti humiliarentur non tam p legem sed per fidem ad subuenientem currerent gratiam. Dissipata ergo lege tempus fuit ut p unigenitū filium dñ̄ misericordia mitteretur. Lex enim subintravit ut abundaret & delictum. Quo delicto lex dissipata est & oportuno iam tempore xps̄ aduenit. ut ubi abundauit delictum super abundaret & gratia. Ideo inquit dilexi mandata tua super aurum & topazion. Id agit gratia ut in dilectione impleantur mandata dñ̄ quae timore non poterant. Gratia quippe dñ̄ diffunditur caritas in cordib; nr̄is p sp̄m̄ sc̄m̄ qui datur est nobis. Propter quod & ipse dñ̄ dicit. Non ueni legem soluere sed implere. Et idem apostolus. plenitudo legis caritas. Ideo super aurū & topazion. Hoc enim & in alio psalmo legitur. Super aurum & lapidem pretiosum multum. Topazion quippe lapidem multum perhibent eē pretiosum. In testamto autē ueteri latentem gratiam tamquā uelo interposito. non intellegentes

quod significabatur. Quando in facie
moysi intendere non ualebant propter
mercedem terrenam atque carnalem
dei mandata facere conabantur. neque
faciebant quia non ipsa sed aliud dili-
gebant. Unde illa non erunt opera
uolentium sed onera potius inuictorum.
Cum uero ipsa mandata diligantur sicut
paurum & lapidem preciosum multum.
Omnia preceptis mandatis terrena uilis mer-
cer. nec ulla ex parte comparantur.
Quaecumque alio hominis bona. his bonis
quibus ipse homo fit bonus. Propter ea
inquit ad omnia mandata corrigebam.
Utique corrigebam quia diligebam atque
illis reor ut & iam ipse rectus fierem
dilectionem coheredam. Jam illud
quod adiungit consequens ait. Om-
nem inquit uiam inquam odio habui.
Unde enim fieri poterat ut inquam uiam
non odisset. diligens rectam. Nam sicut
aurum & lapidem preciosum diligere &
odisse profecto. Quicquid ei talium
rerum damnum possit inferre. ita quomodo
dei mandata diligebat. oderit iniqui-
tatis uiam quem admodum aliquod
inmanissimum marini teneris saxum.
Ubi tam pretiosarum rerum necesse est
pati naufragium. Quod ut non contin-
gat longe inde uelificat quoniam ligno
crucis cum mandatorum diuinorum
mercibus nauigat.

**EXPLICIT SERMO XXVI. INCIPIT XXVII. DE UER-
SUS PSALMI. MIRABILIA TESTIMONIA**

Verba psalmi haec sunt de quibus adiu-
uante domino disputaturis sumus. Mira-
bilia testimonia tua propter ea ser-
tata est ea anima mea. Quis enume-
rat saltem generatim testimonia dei
caelum & terram uisibilia & inuisibilia
opera eius. Dicunt quodam modo tes-
timonium bonitatis & magnitudinis

eius. & ipse cursus frequens uisitatur
quae naturae quoque temporum rapien-
tas uoluitur in rerum quarum gene-
ribus; quamuis temporalibus; quae mor-
talibus quae certe consuetudinis ui-
luerunt si pius considerator ad ueritatem
perhibet testimonium creatori.
Quid autem harum est quod non sit mi-
rabile si unum quidque non usu sed rati-
one metiatur. Si uero tamquam sub
unius contemplationis aspectu uelut
audeamus cuncta contueri. Nonne
fit in nobis quod ait propheta. Conside-
raui opera tua & ex paui. Et tamen ista
non est ipsa rerum admiratione per-
territus. sed eam potius dixit esse causa
cur ea debuerit scrutari quam mirasunt.
Cum enim dixisset. Mirabilia testimo-
nia tua. Sequitur adiunxit. Propter
hoc scrutata est ea anima mea. Quasi
factus sit iste peruestigandi difficultate
curiosior quanto enim quaeque res
abstrusior habet causas. Tanto est
mirabilior. Si ergo nobis homo talis
occurrat. qui propter hoc dicit se ser-
tari testimonia dei. quam mirabilia sunt
cum plena sit eis. & quae conspicitur
uniuersa creatura. Nonne conpescimus
eum dicentes. Altiorate ne quiescis
& fortiorate ne scrutatus fueris sed quae
tibi precepit dominus illa cogita semper. Sed si
nobis respondeat & dicat haec ipsa quae
precepit dominus & quae iubet ut cogitem.
& mirabilia sunt eius testimonia. eum
quippe & dominum quia iubet & bonum &
magnum quia talia iubet esse testantur.
Numquid audebimus hominem ab eorum
scrutatione reuocare. ac non potius ut
sedulo id agat & tante rei operam quan-
tam potest impendat ostendatur an forte
dei precepta testimonia quidem bonitas eius
confitebimur. Sed mirabilia esse negabimus.

quidem mirum si bona imperat
 bonus dñs. Immo uero ad ipsum est
 omnino mirandum & cur ita sit per
 scrutandum. Quod cum dñs bonus bo
 na p̄cepit eis tamen dedit bonā
 legem quos eadem lex uiuificare
 non possit & nec ulla esset bona lege iusti
 tia. Si enim data esset lex quae possit
 uiuificare omnino & lege esset iusti
 tia. Cur ergo data est quae uiuifica
 re non possit & lex qua nulla esset ius
 titia. Nempe mirandum est. nempe
 studendum. Haec sunt ergo mirabilia
 testimonia di propter hoc huius anima
 scrutata est ea. quō de his non ei dici pos
 set & fortiorate ne scrutatus fueris sed
 quae p̄cepit dñs illa cogita semp. ipsas
 enim quae p̄cepit nobis dñs & ideo cogi
 tandasunt semper. Potius itaq; uide
 amus animam quae scrutata est quid
 inuenit. Manifestatio inquit uer
 borum tuorum inluminat & intellege
 re facit paruulos. Quid est paruulus
 nisi humilis & infirmus. Noli ergo supbi
 re. noli de tua qua nulla est uirtute
 presumere & intelleges quare sit abo
 no dō bona lex data quae tamen uiuifi
 care non possit. Ad hoc enim data est
 ut te demagno paruulum faceret. ut te
 ad faciendam legem uires de tuo non ha
 bere monstraret. Ac sic opis indigus &
 egenus ad gratiam confugeret & clama
 ret. Miserere mei dñe quō infirmus sū.
 Hoc ergo scrutatio intellexit hic paruu
 lus. Quod minus apostolorum paulus
 ita paruulus ostendit. Ideo datam le
 gem quae uiuificare non possit & quia con
 clusit scriptura omnia sub peccato ut pro
 missio & fide ihu xpi daretur credenti
 b; ita dñe ita fac misericors dñe impera
 quod non possit impleri. Immo impera
 quod non nisi per tuam gratiam possit

impleri ut cū homines psuas uires ad im
 plere nequiuerint omnes os abstruatur
 & nemo sibi magnus uideatur. Sint om̄
 paruuli & reus fiat om̄ mundus tibi quia
 iustificabitur & lege om̄ caro coram te.
 per legem enim cognitio peccati. Nunc
 aū sine lege iustitia tua manifestata ē
 testimonium habens a lege & pphetis.
 Haec sunt mirabilia testimonia tua quae
 scrutata est anima paruuli huius. & ideo
 inuenit quia humiliatus est & paruu
 lus factus est. Quis enim facit mandata
 tua sicut faciendasunt id ex fide quae
 p̄ dilectionem operatur. nisi eius in cor
 de persp̄m sem̄ ipsa dilectio diffundat.
 Hoc & iam iste paruulus confitetur.
 Os meum inquit aperui & adtraxi sp̄m
 quō mandata tua desiderabam. Quid
 desiderabat nisi facere mandata diuina sed
 non erat unde faceret. Infirmus fortia.
 paruulus magna. aperuit os confidens
 quod p̄ se ipse non faceret. & adtraxi sp̄m
 bonū. Unde faceret quod p̄ ipsum non po
 terat mandatu sem̄ & iustum & bonum.
 Si enim nos cum simus mala. nouimus bo
 na data dare filiis nr̄is. Quanto magis
 pater nr̄ de caelo dat sp̄m bonum peten
 tib; se. Non enim quis sp̄ suo agunt. sed
 quotquot sp̄ di aguntur hi filii di sunt.
 Non quia ipsi nihil agunt sed ne nihil
 boni agant. ab uno aguntur ut agant.
 Nam tanto magis efficietur quisq; fi
 lius bonus quanto largius & datur a pa
 tre sp̄s bonus. Deniq; iste adhuc petit.
 Os quidem aperuit & adtraxit sp̄m
 sed adhuc ad patrem pulsat & quaerit
 bibit sed quanto suauis sensit tanto ar
 dentius adhuc sit. audi uerba sitientis.
 Respice in me & miserere mei inquit se
 cundum iudicium diligentium nomen
 tuum. Id secundum iudicium qd̄ in eos
 fecisti quidiligunt quio m̄ tuum. quō

ut diligere te prius dilexisti eos.
Sic enim iohannes apostolus ait. Nos di-
ligimus inquit & uelut causa quaerere-
tur qua nos diligere fecit adiunxit
quod ipse prior dilexit uos. Uide & iste
quidapestissime dicat. Gressus meos
dirige eloquium tuum & non domine-
tur mei omni iniustitia. Ubi quid aliud
dicit quam rectum & liberum me fac-
secundum promissum tuum. Quan-
to aut magis regnat In quoque di gratias
tanto minus ei dominetur iniquitas.
Quid ergo aliud petit quam ut donante
deo diligat deum. Diligendo enim deum di-
ligit seipsum ut diligere salubriter
possit & proximum sicut se ipsum. In qui-
bus preceptis tota lex pendet & prophetas.
Quid dicitur orare nisi ut precepta quae de-
inponit iubendo impleri faciat ad-
iuuando. sed quid est quod dicit. Re-
dimeme a calumniis hominum &
custodiam mandata tua. Si uerum illi
homines crimina obiciunt non calum-
niantur si falsa. Quid est quod se-
redimi desiderat a calumniis. id est
a criminibus: falsis quae illi nocere non
possunt. Crimen quippe falsum quod
est calumniarum reum non facit ho-
minem nisi apud iudicem hominem.
Ubi autem iudex est nullus falso crimine
ledicitur. quia non eius obicitur sed
obiciendi potius imputatur. An hic
scilicet signatur oratio & uniuersi po-
puli christiani qui redemptus est a ca-
lumniis hominum quibus & agita-
bantur usque quaque christiani sed num
quid propter ea dei mandata custo-
dit. Nonne inter ipsas calumnias
quando feruebant multo gloriosius
populus sancti in tribulationibus dei man-
data seruabat. Cum ad prophanas
impietas persequentibus non cedebat

sed nimirum hoc est redime me a ca-
lumniis hominum & custodiam man-
data tua. Tu age In fuso spiritu tuo neme
calumnia hominum terroribus; um-
cant & auri mandatis ad sua mala
facta traducunt. Si enim hoc mecum
egeris id hoc modo me a eorum ca-
lumniis nec criminationes falsas
quas obiciunt per timeram. Patien-
tia donata redimeris inter ipsas
calumnias custodiam mandata tua.
Faciem tuam in lumina inquit sup-
seruum tuum. id est tuam manifesta
subueniendo. & opprobriando prae-
sentiam. & docem e iustificationes
tuas. Doce utique ut faciam quod e-
uidentur alibi legitur. doceme ut
faciam uoluntatem tua. Qui enim
audiunt licet memoria teneant
quod audiunt nequaquam didicisse pu-
tandisunt si non faciunt. Veritatis
namque uerbum est. Omnia qui audiunt
a patre & didicit uenit ad me. Qui er-
go non facit. id est non uenit. non didicit.
Recolens autem iste dolorem penitentiae
per uariationis suae. Exitus aquarum
inquit deduxerunt oculi mei. quia non
custodierunt legem tuam. id est ipsi o-
culi mei. Nam in quibusdam codicibus
& hoc legitur quia non custodi legem
tuam. Descenderunt ergo exitus aqua-
rum. id est effusionem lacrimarum & ea
locutione quae dicere potuit. Mon-
tes descenderunt pedes mei. & si non
diceret per montes uel in montes eas lo-
cutiones dicitur. scalar descendit.
& si non dicitur per scalar aut per scalam
descendit & si dicitur in piscinam. &
bene ait. Descenderunt humilitate scila-
e & penitendi. descenderunt enim quan-
do per superbiam contumaci erecti
fuerant & elati. Sursum enim sibi e-

uidebantur quando ignoranter di
iustitiam constituere uolebant
suam. In qua fatigati & legis p
uariatione confusi ab illa elati
one descenderunt flendo ut iusti
tiam di potius imperarent peten
do. Sicut codices qui non habent
descenderunt sed transierunt
tamquam exaggerenter diceret
transisse se flendo fontes aquarū
Ut hoc intellegamur exitus aquarū
ideft plur fleuisse quam manant
aque desuis exitibus. Cur autem
non custodia lege sic fletur nisi
ut impleretur gratia quaepen
tur delet iniquitatem & creden
tis adiuuat uoluntatem.

**EXPLICIT. SERMO. XXVII.
INCIPIT. XXVIII.**

Dixerat enim superius qui caritat
hunc psalmum. Exitus aqua
rum descenderunt oculi mei quō
non custodierunt legem tuam.
Ubi se multum fleuisse testatur est
p̄uariationem suam proinde ue
lut rationem reddens cur mul
tum flere debuerit & suum gra
uiter dolore peccatum. Justus es
inquit dñe & rectum iudicium tu
um. Mandasti iustitiam testi
monia tua & ueritatem tuā ualde.
Haec utiq; iustitiā di rectum q; iu
diciū & ueritas omni est metu
enda peccati. Haec enim damnan
tur diuinitus quicumq; dānantur.
Nec est omnino quide sua damnati
one contra dñm iustum recte con
queri possit. Inde fletur rectus e
penitentis. quō sic or eius in peni
tentis damnaretur iustissime utiq;
damnaretur sine iustitiā dicit
testimoniā di. Iustum quippe

se probat mandando iustitiam. Est
& iam haec ueritas ut dñs testimonius
talibus innotescat. sed quid est
quod sequitur. Tabesce fecit zelus
meus uel sicut alii codices habent
zelus tuus. Habent nonnulli & iam
domus tuae & non tabesce fecit me
sed comedit me. Quod ex alio psalmo
quantum mihi uidetur putatū est
em dandum. ubi scriptum est.
Zelus domus tuae comedit me. Quod
commemoratum etiam in euange
lio nouimus. Similitamen aliqd
est. tabesce fecit ei quod tibi est come
dit. Zelus autem meus quod plu
res codices habent nullam ingerit
questionem. Quid enim mirum est
Zelus tuo quisq; tabesce. Quod uero
habent aliqui zelus tuus significat
hominem dō zelantem non sibi. sed
non repugnat si ipse dicatur & m̄s.
Nam quid aliud dicit apostolus. Emu
lor enim uos dño emulatione di.
Nam dicendo emulor enim uos. quid
nisi emulationem demonstrat suā.
Sed quia dixit dō. id est non sibi sed
dō. Ideo addidit emulatione di.
Hanc quippe suo spū fidelib; suis in
spirat dñs. Amoris est non liuoris.
Nam q; fuit cura ut haec apostolus di
ceret. Aptau enim uos inquit uni
uero castam exhibere xpo. Time
autem ne sicut serpens euam se
duxit uera astutia sua sic & urae
mentes corrumpantur a simplicita
te & castitate quae est in xpo. come
debat zelus domus di. quam tam
zelabat xpo non sibi. Sponsus enī
non sibi zelat sponsam suam. Ami
cus autem sponsi non eam sibi debet
& zelare sed sponso. Bonus ergo &
huius intellegendus est zelus.

Causam namq; subiungit & dicit.
quia oblitisunt uerborum tuorum
inimici mei. Retribuebant mala
pro bonis quō zelabat illos dō. Ta-
men uehementer & ardentem ut
eo zelo tabe factum se diceret.
Illi autem ob hoc ipsum inimicitias &
ercebant utiq; ut dñm amarent uo-
lebant quos amando zelabat. Non
ingratis enim gratia dī per quam
fuerat ex inimico reconciliatus dō
& iam ipse suos diligebat inimicos
& eos zelabat dō. Dolens & taber-
cens quod essent uerborum eius
obliti. Deinde considerans ipse
in uerbis dī. quae flamma dilecti-
onis arderet. Ignitum inquit
eloquium tuum ualde & seruuus
tuus dilexit illud. Merito ze-
labat in suis inimicis cor inpeni-
tens qui fuerant obliti uerborū
dī. ad hoc enim eos flagrabat ad-
ducere quod ipse flagrantissi-
me diligebat. Junior ego inquit
& contemptus iustificationes tu-
as non sum oblitus. Non sicut ini-
mici mei qui oblitisunt uerbo-
rum tuorum. Uidetur autem
minor aetate non oblitus iustifi-
cationes dī. delere pro inimicis
suis aetate minorib; qui oblitisunt.
Nam quid est iunior ego non sum obli-
tus nisi illi maiores oblitisunt.
Neoter senim est grece. quod & iam
illo loco ubi dictum est. In eo corri-
git iunior uiam suam. hoc autem
nomen comparatiuum est. & ideo
bene intellegitur in comparatione
maioris. Duo ergo populos hic ag-
noscamus qui etiam in rebecca uir-
ror luctabantur. quando non ex
operib; sed ex uocante dictum est.

ei maior serui & minori sed con-
temptum se dicit hic minor. ideo
factus est maior. Qui a ignobilia
& contemptibilia mundi elegit
dñ. & ea quae non sunt tamquam
sunt. utiq; sunt a euacuatur.
& ecce sunt nouissimi qui erant
primi. & primi qui erant nouissi-
mi. Nec in merito oblitisunt uer-
borum dī quia suam iustitiam con-
stituere uoluerunt. ignorantes
iustitiam dī. Iste autem iunior
non est oblitus quia non suam iusti-
tiam uoluit habere sed dī. De qua
& iam nunc dicit. Iustitia tua iur-
titia in aeternum & lex tua ueri-
tas. Quomodo enim non ueritas lex
quae cognitio peccati. & quae testi-
monium phibet iustitiae dī. Sic
enim dicit apostolus. Iustitia dī ma-
nifestata est. testificata per legem
& prophetas. Propter hanc passus
est persecutionem iunior a maio-
re. ut diceret iunior quod sequitur.
Tribulatio & necessitas inuenerunt me.
mandata tua meditatio mea est.
Saeuiant persequantur. dū tamen
mandata dī non relinquuntur &
ex ipsiis mandatis & iam qui saeuiant
diligantur. Iustitia tua testimonia
in aeternum. intellectum dā mihi
& uiuam. Intellectum poscit iste
iunior quem si non habet non super
seniores intellegeret. sed eum poscit
in tribulatione & necessitate quom-
tellegat quam sit contempnendum
quod ei possunt auferre psequenter
inimici. a quib; se dicit esse contemptum.
Ideo dixit & uiuam. quia si eo usq;
tribulatio necessitasq; puenierit
ut per inimicorum persequentium
manus uita ista finiatur uiuit in ae-

ternum. quae temporalibus preponit.
iustitiam quam in aeternum.
Quae iustitia in tribulatione & neces-
sitate martirialis. hoc est testimonia
per quibus sunt martires coronati.

EXPLICIT TRACTATUS XXVIII.
INCIPIT XXVIII. EXCLAMAVI IN TOTO
CORDE MEO. EXAUDI ME DNE. ECCE ERA.

Clamor ad dnm qui fit a borantibus si
sonitus uocis corporalis fiat. non
invento in dno corde qui dubit & ma-
niter fieri; Si autem fiat in corde. & iam
silente corporis uocem. alium quem
libet hominem potest latere. non
dno. siue ergo cum uoce carnis. quan-
do idopus est. siue cum silentio ad dnm
cum oramus corde clamandum est;

Est autem clamor cordis. magna cogi-
tationis intentio. Quaecumque est in
oratione. magnum exprimit desideran-
tis & petentis affectum. ut non de-
spere & effectum; Tunc porro in toto
corde clamatur. quando aliunde non
cogitatur; Tales orationes rarasunt
multis. crebrae autem paucis; Omnino
uero utrum cuiquam. nescio. talem
suam commemorat orationem. qui
cantat hunc psalmum dicens. Clama-
ui in toto corde meo. exaudime. Cum
autem rei proficiat suus clamor. adiunxit.
Justificationes tuas exquiram; ab hoc
ergo clamauit in toto corde suo & sibi
desiderauit ad dno exaudiente pres-
tari ut justificationes eius exquirat;

Proinde quod ut faciamus. iubetur.
ut exquiramus. oratur; Quam longe
est adhuc a faciente qui exquirat.

Non enim est consequens ut qui exquirat
aut qui inuenit faciat. Non potest
autem nisi inuenit facere. & nisi quaesi-
erit inuenire. sed magnam spem dno
ihc dedit dicendo. Quaeerite & inuenietis

Rursus autem dicit sapientia. Quae quidem
nisi ipse. quaerent me mali & non in-
uenient; Non ergo malis sed bonis
dictum est. quaeerite & inuenietis;
Immo uero eis dictum est quibus eodem
loco paulo post; Si ergo uos inquit
cum sitis mali. nostris bona data dare
filis uris; Quomodo igitur malis
dicitur. quaeerite & inuenietis. cum
rursus dicatur. quaerent me mali &
non inuenient. an aliud eos dno quam
sapientiam quaerere uolebat. quan-
do eos inuenturos. si quaerent. pmit-
tebat; In ea quippe sunt omnia. quae
abeis quibetati esse cupiunt. inquiren-
dasunt. Ibi ergo sunt & iustificationes dno.

Qua propter restat ut intellegam.
Non omni malis non inuenire sapientiam
si quaesierint. sed eos qui in tantum sunt
mali ut oderint eam; sic enim & dixit.
quaerent me mali & non inuenient.
oderunt enim sapientiam. Ideo ergo
non inueniunt quod oderunt. sed rursus
si oderunt. quomodo quaerunt. quia
non eam quaerunt propter ipsam.
sed propter aliquid quod male amant.

Et ad hoc se facit illius putant peruentu-
ros per ipsam; Multi enim sunt quidic-
ta sapientiae studiosissime inquirunt
eamque in doctrinam non in uitam uolunt
habere. ut non propter quos iubet sapi-
entia perueniant ad lucem. quod
est ipsa sapientia. sed per sermones quos
habet sapientia. perueniant ad homi-
num laudem. quod est uana gloria;

Non ergo sapientiam quaerunt. & quan-
do eam quaerunt. quia non quaerunt
ipsam. Alioquin uiuerent secundum
ipsam. Sed uolunt uerba eius inflari;
& quanto magis inflantur. tanto ma-
gis efficiuntur extra ipsum. Iste autem
hoc ipsum poscent ad dno quod eum iubet

facere dñr ut ipse in illo & iam quod
imperet operetur. dñs est enim qui
operatur in nobis & uelle operari pro
bona uoluntate. Et clamaui in toto
corde meo inquit exaudime dñe ius
tificationes exquiram. Utiq; facien
das non tantum modo sciendas.
Nesimilis fiat illi seruo duro qui eti
am si intellexerit non obaudit.
Clamaui saluum me fac. uel sicut
nonnulli codices habent & greci
& latini. Clamaui te saluum me fac.
Quid est clamaui te. nisi clamando
inuocaui te. sed cum dixisset. saluum
me fac quid adiunxit. & custodiam
mandata tua. Ne te scilicet per in
firmitatem negem. Salus quippe
animae facit ut fiat quod faciendum
esse cognoscatur. Et usq; ad mortem cor
poris si hoc flagitat extrema temp
tatio pro testimoniorum diuinorum
uestitate ceditur. Ubi autem non est
scleris subcumbit infirmitas & deseri
tur ueritas. Sed quod sequitur.
habet aliquid obscuritatis quod ali
quando diutius exponendum est.
Preueni in tempesta nocte & clamaui.
Plures codices habent in tempesta
nocte sed in maturitate. Uix autem
unus inuentus est qui habet & gemi
nata p̄positione id est in maturitate.
In maturitate itaq; hoc loco noctur
num tempus est quod non est matu
rum. id est oportunum ut agatur ali
quid uigilando. quod etiam uulgo
dici solet hora in postuna. Nox quoq;
in tempesta id est media quando qui
escendum est. hinc procul dubio
nuncupata est quia in oportuna
est actionibus uigilantium. Tem
pestiuum enim dixerunt uete
res oportunum. & in tempestiuum

In oportunum a tempore ducto
in uocabulo. Non ab illa temper
tate quae consuetudine latinae
linguae caeli perturbatio iam
uocatur. Quamquam isto uerbo
libenter utuntur historici ut
dicant ea tempestate quod duo
lunt eo tempore intellegi & qd
ait locutor egregius. Unde hec
tam dara tempestat non caelum
nimbis uentis suae turbatum
sed magis subita & splendida se
renitate uulgidum significauit
hoc nomine quod ergo grece die
tum est enaoria non uno uerbo
sed duob; id est p̄positione & no
mine. Hoc interpretati nri qui
dam dixerunt in tempestate nocte.
plures in maturitate non duob;
uerbis sed uno. Cuius uocabuli
nominatus est in maturitas.
Nonnulli uero duob; uerbis sicut
grecus posuit in maturitate.
Aoria quippe in maturitate est ena
oria in in maturitate. tam qua
si uellet & iam ille qui dixit in
tempesta nocte p̄positione
geminata dicere. in in tempesta
ut una p̄positio significet.
In qua hora altera pertineat ad
compositionem nominis. Nihil sa
ne interest ad sententiam. U
trum quis egisse se dicat aliquid
gallicantum an in gallicantu
ita nihil interest & utrum in tem
pesta an uero in tempestate nocte.
id est in tempesta nocte clamasse
se diceret. Grecus tamen in nocte
in tempesta dixit. quod idem uale
t dicitur in maturitate id est
in tempore nocturno in maturo
actenus de obscuro uerbo fuerit.

disputatum. Nunc uideamus quis
ipse sit sensus. Praeueni inquit in
nocte in tempestate & clamaui in
uerbis tuis speraui. si hoc ad unū
quamq̄ fidelium referamus &
ad proprietatem rei geste sepe
contingit ut tali noctis tempore
uigilā amor di & magno surgente
orationis affectu non expectetur
sed preueniatur quod post galli
cantum consuevit esse tempus
orandi. Si autem accipiamus hoc
totum seculum nocte utiq̄ in
tempesta nocte clamamus ad
dñm & praeuemur maturitatē
temporis. In quo nobis redditu
rusest quod permisit. sicut ali
bi legitur. Praeueniamus faci
em eius in confessione. Quam
quam si uelimus intellegere in
maturum tempus noctis huius
antequam uenissit & plenitudo
temporis. Id est ipsa maturitas
quando xpi manifestaretur in
carne ne tunc ectatacut. sed
praeueniens istam maturitatem
prophetando clamauit. & in uer
bis di speraui. Potentis facere
quod promisit ut in semine abra
hae benedicentur omnes gentes
Ipsa & quod sequitur dicit. Prae
uenerunt oculi mei ad te matuti
num ut meditarer eloquia tua.
Ponamus enim matutinum quan
do quis sedebant in umbra mortis
lux orta est eis. Nonne in scis qui
prius erant in terra. ad hoc matu
tinum: oculi ecclesiae praeuene
runt qui hoc futurum antea prae
uiderunt. ut meditarer eloquia di
qua tunc erant & in lege ac prophe
tis haec futura nuntiabant. Uocem

meam inquit exaudi dñe secundū
misericordiam tuam secundum iu
diciū tuum uiuifica me. Prius enī
iudiciū secundum misericordiam
aufert paenam eisq̄. postea iustus
secundum iudiciū dabit uitam
quia non frustra illi hoc ordine di
citur misericordiam & iudiciū
cantabo tibi dñe. Quamuis & ip
sum tempus. misericordiae non
est nisi sine iudicio. De quo dicit
apostolus. Si enim nos ipsos iudi
caremur. ad dñm non iudicaremur.
Cum iudicamur autem ad dñm corri
pimur necum mundo damnemur
& eius co apostolus. Tempus est in
quit ut iudiciū incipiat ad modū dñi.
Et si initium a uobis qualis finis erit
eis qui non credunt dñi euangelio
& ultimum tempus iudicii non erit
sine misericordia quia coronat te
ait psalmus in miseratione & mise
ricordia. Iudiciū autem sine
misericordia. sed sinistris. qui non
fecerunt misericordiam ad pro
pinqua uerunt inquit persequen
tes me iniquitate. uel sicut non
nulli codices habent inique.
Tunc adpropinquant qui persecun
tur. Quando usq̄ ad carnem cru
ciandam uel perimendam per
ueniunt. Unde psalmus uicesi
mus primus. ubi passio dñi pro
pheta est. Ne discedas inquit
a me quō tribulatio proxima est.
Cum dicantur ea quae non in mi
nente sed iam praesente ipsa pas
sione perpeffus est. sed proximam
dixit tribulationem quae fiebat
in carne. Nihil est quippe animae
propius carne quam gestat. Pro
pinqua uerunt ergo persequentes

adfligendo eorum carnem quos persequen-
batur sed adtende quod sequitur.
A lege autem tua longe facti sunt. Quan-
to magis adpropinquauerunt persequen-
tis iustis. tanto magis longe facti sunt
iustitia. Sed quid nocuerunt eis quib;
persequendo propinquauerunt quan-
do interior est propinquatio dñi. eorum
a quonullatenus deseruntur. Deniq;
sequitur. Prope est dñe & omnes uiae
tuae ueritas. Etiam in tribulationib; suis
quod eas non immerito patiuntur. tribu-
ere ueritatem dō scōrum est usitata
confessio. ita regina hester. ita sc̄s dani-
hel. ita tres uiri in camino ita eorum
sc̄tatis alii socii confitentur. Quae-
ri autem potest quōdō hic dictum sit
omnes uiae tuae ueritas. Cum in a-
lic psalmo legatur. Uniuersae uie
dñi misericordia & ueritas. Sed erga
scōs & uniuersae uiae dñi misericordia
& ueritas. Quia & in iudicando subue-
nit atq; ita non deest misericordia
& in miserando id exhibet quod pro-
misit ne ueritas desit. Ergo omnes
aū & quos liberat & quos damnat.
Omnes uiae dñi misericordia & ueri-
tas. In meritum autem nomine dam-
nat. Ab initio inquit cognoui de testi-
monis tuis quia in aeternum fundasti
ea. Quod grecus ait. Catharchas.
Aliqui n̄ ab initio aliqui initio.
aliqui initus interpretati sunt. sed
qui pluraliter hoc dicere maluerunt.
Grecam locutionem secuti sunt. Lati-
nae aū linguae illud potius usitatu
est ut ab initio dicatur quod est archas
grecae quasi pluraliter sed ad uerbia
liter dicitur. Quale apud nos est cum
dicimus alia hoc facio. Pluralem nu-
merum feminini generis dicere uide-
mur. sed ad uerbum est. & significat

alio tempore. Quid est ergo ab initio
cognoui. uel potius ut & nos aduer-
bialiter id dicamus. Initio cogno-
ui de testimonio tuo quia in aeter-
num fundasti ea. Testimonia dñi
in aeternum. ab illo dicit esse funda-
ta. Et hoc se initio cognouisse ter-
tatur. Nec aliunde cognouisse qua-
de ipsis utiq; testimonis. Quae sunt
ipsa testimonia nisi quib; testatur
est dñs daturum se regnum suū filius
semper eternum. Et quia hoc in un-
genito se daturum esse testatur est.
De quo dictum est. Et regnum eius non
erit finis. Ipsa testimonia dicit
in aeternum esse fundata. Quia id
quod per ea dñs promisit aeternum
est. nam per se ipsa testimonia. tunc
non erunt necessaria quando res ip-
sa uidebitur. propter quam creden-
dam nunc testimonia requiruntur.
Et ideo bene intellegitur dictum
fundasti ea. quia in xp̄o uera mon-
strantur. fundamentum enim. ali-
ud nemo potest ponere preter id
quod positum est quod est ih̄s xp̄s.
Unde hoc ergo iste initio cognouit
nisi quia ecclesia loquitur. quae ter-
ris non defuit ab initio generis.
cuius primitiae abel sc̄s est immo-
latus. et ipse in testimonium futu-
ri sanguinis mediatoris ab impio
fratre fundendi. Nam & illud ab ini-
tio dictum est. Erunt duo in carne
una. Quod magnum sacramentum
apostolus paalus exponens. Ego inquit
dico in xp̄o & in ecclesia.
**EXIT SERMO XXVIII. INCIPIT DE
UERSU. UIDE HUMILITATEM MEAM. ICIET.**
Nemo in xp̄i corpore constitutus
a se alienam eē arbitretur hanc
uocem quō reuera totum xp̄i in hac

humilitate positum dicit. Unde
 psalmi huius incipit lectio de qua
 nunc disputare suscipimus.
 Vide humilitatem meam & eripeme
 quia legem tuam non sum oblitus.
 hoc loco nullam di legem conuenien
 tiam intellegimus nisi quia immo
 biliter fixum est. Ut omnis qui se
 exaltat humiliabitur. & omnis
 qui se humiliat & altabitur. Su
 perbis ergo malis. ut humilietur
 innectitur humilis a malis ut ex
 altetur. Eripitur. Iudica inquit
 iudicium meum & redime me.
 Superior quemadmodum senten
 tia repetita est. quod enim ait.
 Vide humilitatem meam. hoc est
 iudica iudicium meum. & quod
 ait. & eripeme. hoc est & redime
 me. Quod uero supradictum est
 quia legem tuam non sum oblitus.
 huic congruit quod infra est. Prop
 ter eloquium tuum uiuifica me.
 Ipsum enim eloquium est lex di
 quam non est oblitus ut se exal
 tandus humiliar &. Ad ipsam
 uero exaltationem pertinet
 quod ait. uiuifica me. quia scorum
 exaltatio uita aeterna est.
 Longe est inquit a peccatoribus salus
 quia iustificationes tuas non ex
 quisierunt. Quis enim te discer
 nit O tu qui dixisti. Longe est a pec
 catoribus salus. quis te discernit
 a peccatoribus ut nonate longe
 sed tecum sit salus. hoc te nempe
 discernit quia id quod isti non fe
 cerunt ipse fecisti. hoc est di iusti
 ficationes exquisisti. Quid autem
 habes quod non accepisti. nonne
 tu es qui paulo ante dicebas. Clama
 ui in toto corde meo exaudime dne

iustificationes tuas exquisitam.
 Ergo ab illo ad quem clamasti ut
 eas inquirerer accepisti. Ipse
 igitur te discernit ab eis a quibus
 propter ea longe est salus. quia
 iustificationes tuas non exquisierunt.
 Uidit hoc etiam ipse. neque enim ego
 id uiderem nisi in ipso essem.
 corporis enim xpi uerba ista sunt
 cuius membra sumus. Uidit hoc inquam
 continuoque subiecit. Miserationes
 tuae multae dne. Etiam hoc ergo
 quod exquisimus iustificationes tuas
 pertinet ad miserationes tuas. secun
 dum iudicium tuum uiuifica me.
 nolui enim quia & iudicium tuum
 sine tua miseratione non erit
 super me. Multi persequentes
 me & tribulantes me a testimonio
 tuo non declinaui. factum est
 nouimus. recolimus. agnosci
 mus. purpurata est uniuersa
 terra sanguine martirum. flo
 ret caelum coronis martirum.
 Ornatae sunt ecclesiae memoris
 martirum. Insignatae sunt tem
 pora natalibus martirum. Cre
 brescunt sanitates meritis mar
 tirum. Unde hoc nisi quia comple
 tum est quod predictum est. De ho
 mine isto toto orbe terrarum dif
 fuso. Multi persequentes me &
 tribulantes me a testimonio tuo
 non declinaui. Agnoscimus & gra
 tias agimus dne nostro. Tu namque
 homo. tu in alio psalmo tu ipse
 dixisti. Nisi quia dñs erat in no
 bis for tasse uiuos obsorbissent
 nos. Ecce quare ab eis testimonio
 tuum non declinasti. & ad palmam
 superne uocationis inter manus

multorum persequentium tribu-
lantiumq; uenisti. Uidi inquit
insensator & tabescebam uel sicut
alii codices. Uidi non seruantes
pactum & hoc plures habent sed
quisunt qui pactum non seruau-
erunt nisi quid declinauerunt a ter-
timonijs di. Tribulationes mul-
torum persequentium non fe-
rentes. Hoc est autem pactum
ut qui uicerit coronetur. hoc
pactum non seruauerunt qui
persecutionem non tolerantes a ter-
timonijs di negando declinaue-
runt. hoc ergo iste uidit & ta-
bescebat quia diligebat. Zelus
ille est enim bonus de amore ueni-
ens non luore. In quo enim non
seruauerunt pactum. Secutus
adiunxit. Quia eloquia tua non
custodierunt. Ea quippe in tribu-
lationib; negauerunt. Et com-
mendat se iste differens ab eis
accidit. Uide quomodo mandata tua
dilexi. Non ait. Eloquia uel
testimonia tua non negaui. quod
maiores res facere cogebatur. &
non facientes intolerabilia patie-
bantur. sed hoc dixit ubi fructus
est omnium passionum. Quia si
tradidero corpus meum ut arde-
am caritatem autem non habeam
nihil mihi prodest. Hanc iste com-
mendans ait. Uide quomodo mandata
tua dilexi. Deinde postulat pre-
mium. Dñe in tua misericordia
uiuifica me. Ista mortificant
tu uiuifica. sed si premium posci-
tur in misericordia reddere de-
bet iustitiam. quanto magis inpen-
sa est misericordia ut obtineretur
cui premium deberetur ipsa

uictoria. Principium inquit uer-
borum tuorum ueritas & inae-
ternum omnia iudicia iustitiae
tuae. A ueritate inquit tua uer-
ba procedunt. & ideo ueritas sunt
& neminem fallunt quibus pro-
nuntiatur uita iusto pena impio
habet quippe in aeternum iudicia iustitiae
**EXPL. IRAC. XXX. INCIP. XXI. DE
UERSU PSALMI. PRINCIPES PER
SECUTI SUNT ME GRATIS.**
Quas persecutiones a regibus ter-
rae corpus xpi. hoc est ecta-
sea pertulerit nouimus. Agnos-
camus ergo & iam hic eius uerba
dicentis. Principes persecuti sunt
me gratis & a uerbis tuis formi-
dauit cor meum. Quid enim xpi
an leserant regna terrena qua
uis eis regnum caelorum promise-
rit rex eorum. Quid inquam lese-
rant regna terrena. Numquid
eorum milites suos prohibuit impen-
dere exhibere quae debentur re-
gibus terrae. Nonne de hoc tibi calu-
niam molentib; iudeis ait. Reddi-
te caesari quae caesaris sunt. & do-
quaedisunt. Nonne tributum deo
re piscis & iam ipse persoluit. Non-
ne precursor eius militibus regni
huius quid facere deberent proae-
terna salute quaerentib; non ait.
Circulum soluite arma procipte re-
gem ur̄m deserite ut possitis dño
militare. sed ait. Neminem con-
cussertis nulli calumniam fecerit-
is. sufficite uobis stipendium ues-
trum. Nonne unus militum eius
& dilectissimus comes eius commi-
litionib; suis. & quodammodo xpi
pro uincialib; dixit. Omnes ani-
ma potestatibus sublimioribus.

subdicitur. & paulo post ait. Red
ditte omnibus debita. cui tribu
tum. tributum. cui uectigal. uec
tigal. Cui timorem timorem.
cui honorem honorem. Nemini
quicquam debeat nisi ut inuice
diligatis. nonne precepit ut pro
ipsis regibus oraret ecclesia. Quid
ergo xpiani offendunt quod debi
tum non reddiderunt in quo xpiani
non sunt terrenis regibus obse
canti. Ergo terreni reges xpianos
gratissunt persecuti. sed quod sub
iecit adtende & uerbis tuis formi
dauit cor meum. Habuerunt qui
dem & illi uerba minacia & bello
proscribo. occido. unguis cor queo
ignis bustor reum. bestias subrico
membra dilanio sed tuam potius
uerba terruerunt. Nolite timere
eos qui corpus occidunt & postea non
habent quod faciant. sed eum time
te qui habet potestatem corpus & a
nimam perdere in gehennam.

Ab his uerbis tuis formidauit cor me
um. & contempsit hominem persecuto
rem meum & uicit diabolum seduc
torem meum. Denique sequitur.

Exultabo ego super eloquia tua sicut
qui inuenit spolia multa. Perea
uerba uicit aquibus formidauit.
Uicit enim spolia detrahuntur. sicut
uicit & expoliatus ille de quo dicitur
in euangelio. Nemo intrat in domu
fostis & uasa eius eripiat nisi prius
alligauerit fostem sed spolia multa
inuentasunt quando patientiam
mirati mastrum & iam qui perse
cutisunt crediderunt. & qui regem
nr̄m detrimentum militum eius
sunt damnificare moliti ab illo sunt
in super adquisiti. Quisquis ergo

auerbis di ne incertamine uinca
tur formidat. super eadem uerba
uictor exultat. Nam ne putarem
& illa formidine odium uerboru
di potuisse subripere. Quamuis
iam dixerit. & cultaui super eloquia
tua. Quod utiq; non diceret si
odisset ea. tamen adhuc addit &
dicit. In iustitiam odio habui & ab
ominatus sum legem autem tua
dilexi. Nempe a uerbis eius illa
formido non fecit eorundem uer
borum odium sed integram carita
tem. Neq; enim lex di non sunt uer
ba & eloquia di. Absit ergo ut timore
pereat amor ubi castus est timor.
Sic pater a filio p̄r & timentur &
amantur. Sic pudica coniunx uiru
& timet & ne ab illo deseratur & amat
ut fruatur. Si ergo pater homo. &
coniunx homo & timeri & amari de
bet. Multo magis pater noster
qui est in caelis. & ille sponsus in carne
praefilius hominum sed uisitate for
mosus. Aquibus enim diligitur lex
di. nisi aquibus diligitur dr̄. Quid ha
bet bonis filius triste lex patris an
quo quem diligit corripit & flagel
lat omne filium quem recipit. Pa
terna ergo iudicia laudentur & in
flagello si promissa diliguntur in
premio. Ita plane facit iste quid dicit.
Septies indie laudauit super iudicia
iustitiae tuae. Septies indie qd̄ ait.
significat semp. solet ee quippe iste
numerus uniuersitatis indicium pp
ter quod sex diebus diuine operationis
septimus adiectus est quietis. & per
septem dies currentes & recurrenter
tempora uniuersa uoluuntur. Ne ob
aliud dictum est. septies cadet iustus
& resurgat. id non perit iustus modis

omnib; humiliatus sed non p̄uarica-
tur. Alioquin non erit iustus. Nam
pro omnigenere tribulationis qua
in conspectu hominum deicitur
positum est septies cadet & pro eo
quod ex ipsis omnibus tribulationis
proficit positum est resurgit. sicut
in libro consequentis sen-
tentia precedentem. Ibi enim se-
quitur. Infirmabuntur in malis.
hoc est itaq; iusto septies cadere & re-
surgere in omnib; malis non infirma-
ri. Merito igitur septies in die lau-
dabit eadē dñm sup iudicia iustitiae
ipsius. Quia cum tempus esset ut iu-
diciū in capere & ad modum. In om-
nib; tribulationib; non infirmata
sed coronis martirum gloriata est.
Pax multa inquit diligentib; legem
tuam & non est illis scandalum.
Utrum ipsa lex diligentibus scan-
dalum non est an diligentib; eam
nullum est unde cumq; scandalum
sed utrumq; recte intellegitur.
Qui enim diligit legem dī & iam qd
in ea intellegit honorat & quod ei
sonare uidetur absurde se potius
non intellegere & aliquid magnū
latere ibi iudicat. Ideo lex dī non
est ei scandalum. Ut autem nullum
scandalum omnino patiatur.
Non sic homines scāe cuiusq; professio-
nis attendat ut fides eius ex eorū
morib; pendeat ne aliquib; cadentib;
quos p̄ magno habebat ipse scandalū
pereat. sed ipsam legem dī ligat. et e-
rit ei pax multa nullumq; scandalū
Securus enim diligit eam in qua etiam
simul peccant peccare ipsam nouit.
Expectabam inquit salutare tuū dñe
& mandata tua dilexi. Quid enim
iustis profuisset antiquis dī dilexisse

mandata nisi eos xpr̄ qui est dī saluta-
re liberasset. Cuius & iam spū imptō
mandata dī diligere potuer. Si ergo
expectabant salutare dī. qui mandata
eius dilexerunt quanto magis necessa-
rius erat ih̄s. hoc est salutare dī salu-
faciendis eis qui mandata eius n̄ dilexer.
Potest ista etiam sc̄is istorum temporū
& quo gratia reuelata euangelium p̄di-
catur congruere prophetia. Expec-
tant enim xpm̄ qui mandata dī dili-
gunt. ut cum xpr̄ apparuerit utantur.
Tunc & nos cum illo appareamus in glo-
ria. Custodiunt inquit anima mea
testimonia tua & dilexi ea ualde.
uel sicut nonnulli codices habent dilexi
ut subaudiatur anima mea. Custodi-
untur testimonia dī dum non negan-
tur hoc est martirum officium. Quia
testimonia graecae martirio nuncu-
pantur. sed quia testimonia dī etiam
flammae concremari. sine caritate
nihil prodest. Ideo addidit & dilexi
ea ualde. Supra autē dixerat mandata
tua dilexi. Deinde sequitur uersu
testimonia & custodiui & dilexi. postea
& mandata tua & testimonia custodiui.
At enim custodiui mandata tua & testi-
monia tua. Qui enim diligit ipse uera-
citer libenterq; custodit. Plurimq;
autē dum mandata dī custodiuntur fi-
unt inimici contra quorum uoluntate
custodiuntur. Tum uero fortiter &
testimonia custodienda sunt ne sequen-
tib; inimici negant. Cum ergo se iste utriusq;
fecisse dixisset dō tribuit unde fecit
adiungendo atq; dicendo. Quia om̄ uide-
meae in conspectu tuo dñe. Ideo inquit
custodiui mandata tua quia om̄ uide meae
in conspectu tuo. Tamquam diceret si
uestiueram in faciem tuam fierem con-
turbatus. Ne tua mandata & testimo-

na custodirem. Custodiui ergo quia
omni uiae meae in conspectu tuo. Propi-
cio quippe & adiuuante conspectu uo-
lunt intellegi dñi uidere uias suas sicut
orauit quid dixit. Ne auectas faciem tuā
ame. Nam utiq; facias dñi est & sup faci-
entes mala sed ut pdat de terra memori-
am eorum. Non sic profecto iste dixit uias
suas ab illo uideri. sed sicut nouit dñi ui-
as iustorum. & sicut ait moysi. Sciote p
omnib; Nam si hoc eum non adiuuaret &
gradientem qd eius uiae sunt in conspectu
di. non diceret se custodisse mandata &
testimonia eius quia omni uiae suae in con-
spectu sunt dñi. Nouit enim audire.
Seruite dño in timore & exultate ei cum
tremore. Adprehendite disciplinam ne-
quando irascatur dñs & percutat de uia
iusta. Quia nisi in conspectu dñi esset uia
iusta non esset. Nam hunc timorem &
tremorem apostolus & iam paulus impo-
nit eis quib; dicit. Cum timore & tremore
uororum ipsorum salutē operamini. Ecce
hoc dixit aperient; Dñs est enim uiguit qui
operatur in uobis & uelle & operari p bona
uoluntate. Ad hoc sunt ergo in conspectu
dñi uiae iustorum ut dirigat gressus eorum
quō ipse sunt uiae de quib; scriptum est in
puerbor. Uiae autē quae adextris sunt nouit
dñs. puer sae autē sunt inquit quae a sinis-
tris ut intellegeremus quod eas nō nouerit
dñs. propter quod peruersus dicitur ut est
non nouit uos. Porro ut ostenderet que
fructu uias quae adextris sunt id est ui-
as iustorum nouerit dñs. Continuo sub-
iecit. Ipse enim rector faciet cursus tuos
& itinerata in pace pducet. Ecce quare
ait & iam iste custodiui mandata tua & tes-
timonia tua & uelut querebam hoc unde
potuerit. Quia inquit omni uiae meae in con-
spectu tuo.

**EXPLICIT SERMO XXXI. INCIPIT
XXXII. DE UERSU AD PROPINQUET ORATIO
MEA IN CONSPPECTU TUO.**

Vocem nunc orantis audiamus quō
quisquis orat & nouimus. & nos ipsi si repbi
non sum' in membris huius orantis agnos-
cimus. Adpropinquet oratione mea in conspec-
tu tuo dñe. Id oratione mea quae fit in conspec-
tu tuo adpropinquet tibi ppe est enim dñs huius
qui obtulerunt cor. Secundum aelo qui u-
tuum damibi intellectum. Promissū p & it.
Nam hoc ait secundum eloquium tuū tāquā
diceret & scdm promissum tuū. pmisit hoc enim
dñs ubi ait. Intellectum dabo tibi. Inter
postulatione mea in conspectu tuo dñe scdm
eloquium tuum eripeme. Repetit ut quo-
dammodo quod petiuit. Nam quod prius
dixerat. Adpropinquet oratione mea in conspec-
tu tuo dñe. huic simile est qd ait posterius.
Inter & postulatione mea in conspectu tuo dñe.
Eo quod prius secundum eloquium tuū cla-
mibi intellectum. huic congruit qd poste-
rius secundum eloquium tuum eripeme.
Accipiendum quippe intellectum eripitur.
quia ipse ipsum non intellegendo decipitur.
Fructabunt inquit lab. a mea & mnum cum
docueris me iustificationes tuas. Nouim'
quem admodum doceat dñs eos qui sunt do-
ctores dō. Omnes enim qui audiunt a patre
& didicit uenit ad eum qui iustificat impi-
um & non solum memoria retinendo ue-
ram & iam faciendo custodiat iustificati-
ones dñi. sic enim qui gloriatur nō in se ipso
sed in dño gloriatur. & mnum q; rucatur
sed iam quia didicit & laudabit doctorem.
dñm. Deinde uult dicere. Pronuntiauit
inquit lingua mea eloquia tua quia om-
nia mandata iustitia. Cum haec se pro-
nuntiat ut dicit. utiq; minister fit uerbi.
Quamuis enim dñs doceat. intrinsecus tamen
fides ex auditum est. Et quomodo audiuit
sine pdicante. neq; enim quia dñs dat incre-
mentum. ideo non est plantandum & ri-
gandum. Scit autē quae pericula secutura
sint a contra dicentib; & psequenti bus cū

fuerit p̄nunciator eloquiorum dī p̄p̄
ter q̄t adiungit. fiat manus tua ut sal
uum me faciat quō mandata tua elegi.
Ut non timerem nec solum cor meū tenerē
sed lingua & iam pronuntiarē & eloquia tua
mandata tua elegi timorē q̄ amore cō
premi. fiat ergo manus tua ut saluum me
de manu aliena facias. Si autē saluos dī
mastr̄ res fecit cum eos in anima n̄ p̄mi
sit occidi. Nam scdm̄ carnem uana salus
hominis potest & sic accipi manus tua. ut
manus dī xp̄i intellegatur iuxta illud
esaias & brachium dñi cui reuelatum est
Non enim erat factus unigenitus cum per
eum facta sint omnia. sed factus est ex
semine dauid ut esset & ih̄s. id est saluator
quia iam erat creator. Sed cum familia
re sit scripturae. fiat manus tua & fac
ta est manus dñi. Utrum possit nescio
hic sensus in eis locis omnibus obtineri
sane ubi audiuius quod sequitur.
Concupiui salutare tuum dñe. Etiam no
lentib; omnib; inimicis salutare dī nobis
xp̄i occurrat. Ipsum se concupisse iusti
antiqui ueracis sine confitentur.
Ipsum concupiuit eccl̄a uenturum de uiscer
ib; matris. Ipsum concupiscit eccl̄a uen
turum ad dexteram patris. Subiungit
autē huic sententiae. Et lex tua medita
tiō mea quia lex phibet & testimonium
xp̄o. sed in hac fide cum corde creditur
adiustitiam. Ore confessio fit. fremas
gentes populi meditentur inania.
Occidatur certe caro dum predicat te.
Iu & anima mea & laudabit te & iudi
ciatua adiuuabunt me. Iudicia quip
pesunt illa quae tempus erat ut incipe
rent ad domo dñi. sed adiuuabunt me
inquit. Et quis n̄ uideat quantū adiu
uerit eccl̄am sanguis eccl̄ae. Quanta ex
illa semite seges toto orbe surrexit.
Novissima prorsus aperit se & quae per

sona per totum psalmum loq̄batur
(ostendit. Erraui inquit sicut ouis
(perdita quare seruum tuum quia man
(data tua non sum oblitus. Nonnulli co
dices non habent quare. sed uiuifica
me. Una quippe sillaba inter se qua
inter se greco distant. Zison. & Ziti
son. Unde & ipsi codices greci uari
ant. sed quodlibet horum sit ouis per
dita quaeratur. Ouis perdita uiuifi
cetur propter quā pastor eum non a
ginta nouem dimisit in montib; & eam
quaerens iudaicis laceratur est uepri
bus. sed adhuc quaeritur. adhuc que
ratur ex parte inuenta. adhuc quae
ratur & ex ea namq; parte quae dicit
iste mandata tua non sum oblitus.
Inuenta est. sed pereor qui manda
ta dī eligunt colligunt diligunt
adhuc quaeritur. & per sui pastoris
sanguinem fustum atq; dispersū in omni
gentib; inuenitur. ut potui quantū
ad nō ad uertū psalmū istū magnum p̄
tractaui & exposui. Quā p̄fecto melius
sapientiores doctoresq; fecer̄ siue factu
ri sunt. Nec ideo tam ei n̄m de eccl̄a debuit
ministerium. Maxime id dēme flagitauit
fratrib; quib; sū debitor huius officii q̄t au de
alfabeto hebreo ubi octo uersus singulari subia
litteris atq; ita psalmi totus est textus nihil dicit.
N̄ sit mirū quōniam nihil q̄t ad istum p̄p̄rae p̄tinerē
inueni. N̄ enī solus habet & has litteras. Illud sane
scias quod hoc in greca & latina scriptura q̄nōm
lic seruatum est inuenire n̄ possunt. Omnes
octo uersus in hebreis codicib; ab ea quae illis p̄po
nitur littera incipere sic nob̄ ab eis qui illas
nouerunt litteras iudicatum est q̄t multum
diligentius factum est quam n̄ri uel latinae
uel p̄nice quos abecedarios uocant psalmos
facere consueuer̄. Non enim om̄ uersus dante
claudat periodus sed solus primus ab eadē
littera incipit quā p̄ponitur. **EXPLICIT**
EXPOS. PSALMI CXVIII.

AURELII AUGUSTINI EPI
TRACTATUS DE PSALMO CEN
TESIMO NONO INCIPIT

BREVIS PSALMUS EST ET UAL
de utilis quem modo nobis caritatum
audiamus & cantando respondimus.
Nondum laborabit in audiendo. N& in fruc
tuoso laboratis in operando. Est enim
sicut eius titulus pronotat anticum gra
duum. grece scriptum est. anabat mon.
Gradus at descendentes sunt. uel ascen
dentium. Sed gradus quomodo in his
psalmis positus sunt ascendentes significavit.
Intellegamus ergo tanquam ascensuri.
N& ascensionem pedibus corporalibus quae
ramur. sed sicut in alio psalmo scriptum est.
Ascensionem in corde eius disposuit. in con
uallio plorationis in locum quem disposuit.
Dicit ascensionem ubi id est in corde. un
de a conuallio plorationis & iam quo ascen
datur tanquam deficit sermo humanus.
n& explicare potest forte n& cogitari.
Audistis modo cum apostolus legeretur.
quod oculus non uidit n& auris audiuit n&
in cor hominis ascendit. In cor hominis
non ascendit. cor hominis illuc ascendat.
Ergo quia oculus non uidit n& auris audiuit
n& in cor hominis ascendit quomodo dici
posset. quo ascendendum est. Ideo cum
dici non possit ait. In locum quem disposuit.
quid tibi plus dicitur sum. ait homo per
quem spissus loquebatur. In locum talem
aut locum talem. quicquid dixerit terrenum
cogites. humo repis. carnem portat. Cor
pus quod corrumpitur. ad grauat ani
mam & deprimat. terrena in hecbitatio
sensum multum cogitantem. Cui loquor
quis auditurus est. quis capiet. Ubi erim
post hanc uitam si in corde ascenderim us.
Quia ergo nemo sperat aliquem ineffabili
ter beatitudinem locum quem sibi disposuit

qui ascensionem & icem in corde tuo dis posuit.
sed ubi in conuallio plorationis. Conuallis
humilitatem significat. Mons consuetudine
significat. Est mons. quo ascendamus. spi
ritualis quaedam consuetudo. & quis est iste
mons. quo ascendimus nisi dñs ih̄s xps. Ipse tibi
fecit patiendo conuallio plorationis. qui se
cit manendo montem ascensionis. Quid est
uallis plorationis. uerbum caro factum est
& habitauit in nobis. Quid est uallis ploratio
nis. Praebuit percutienti se maxillam.
saturatus est obprobriis. Quid est uallis
plorationis. colicphi latus est sputis in latus.
spinis coronatus crucifixus. haec est uallis
plorationis. Unde tibi ascendendum est.
Sed quo ascendendum est. In principio erat
uerbum. & uerbum erat apud dñm & dñs erat
uerbum. Ipsu enim uerbum caro factum est
& habitauit in nobis. Sic descendit ad te ut
maneret in te. Descendit ad te ut fieret tibi
conuallis plorationis. Mansit in te ut esset
tibi mons ascensionis. Irit inquit isaies.
in nouissimis diebus. manifestus mons dñi
paratus in cacumine montium. Ego quo as
cendendum est. sed noli aliquid terrenum
cogitare. N& quia montem audisti altec
quaedam cogites terre. N& cum saxum
audis. aut petram duritiae te intellegatur.
N& cum audis leonem cogites feritatem. N&
cum audis agnum cogites peccat. nihilorum
est in te. & omnia factus est propter te.
hinc ergo ascendendum. Illuc ascendendum
Ab exemplo ipsius ad diuinitate ipsius. Exem
plum enim tibi fecit humilitate de se. Nam
qui uolebant a conuallio plorationis ascen
dere. compressi sunt cecibus. pro prope
enim uolebant hecberit ascensum. hono
res altos cogitebant. uic humilitatis non
cogitebant. Intellegit caritatis uic quod
dico. Duos discipulos uoluisse ad lectora dñi
unum ad dexteram. alterum ad sinistram
sedere. uidite eos dñs pro prope

& prepostere de honoribus cogitatio. cum
prius dicere deberent humiliter ut exaltarentur.
& ait eis dñs. potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum. Ipse enim in conual-
le plorationis bibiturus erat calicem passio-
nis. Illi autem non attendentes humilita-
tem xpi. comprehendere uolebant altitu-
dinem xpi. Reuocauit illos ad uicem tamquam
aberrantes. Non ut negaret illis quod uellent
sed ut ostenderit quae uenirent. Itaque
fr̄ mei. hunc psalmum ascensionis ecentem
ascensuri in corde. Quia ut ascendemus
descensus est ad nos. Nam scalce uidit ia-
cob. & in ipsis scalis demonstrati sunt. Et
ascendentes & descendentes. utrumque
uidit. Possumus putare ascendentes
uisos proficientes. Descendentes deficien-
tes. Quia & uera inuenimus hoc in po-
pulo dñi. Alii proficiunt. Alii deficiunt.
Poterant istos significare. illic scalce
Sed forte melius intelleguntur. omnes
boni in illis scalis. & ascendentes. & descen-
dentes. Non enim frustra non dicitur est
cadentes sed descendentes. Multum autem inter-
est inter descendere & cadere. Nam quia cecidit
adam. ideo descendit xps. Ille cecidit. ille descendit.
Ille cecidit superbia. ille descendit misericordia.
Non autem ipse solus descendit. equidem de celo
solus ipse descendit. Sed multi imitantes eum
se descendunt ad nos. & descenderunt ad nos.
Nam in quadam altitudine cordis habitabat apos-
tolus cum dicit &. Siue enim mente excessimus
de. Iam quod mente excesserat. de excesserat.
Excedens enim mente omnem humanam fragi-
litatem. omnem seculi temporalitatem. om-
nium quaecumque nascendo & occidendo uanes-
cant transeuntia. Hic habitat corde in qua-
dam ineffabili contemplatione quantum
poterat. De qua dicit. quod audiuit ineffa-
bilium uerba quae non licet homini loqui.
Sed tibi illa loqui non posse. ipse autem uidere
illae utcumque possit. quae tibi loqui non possit

itaque si semper manere uellet. in eo quod ar-
debat & loqui non poterat. Te non leuaret
ubi & tu possis uidere. Quid autem fecit
descendit. Nam ibi ait. siue enim mente
excessimus de. siue temperantes sumus uobis.
Quid est temperantes sumus. Sic loquimur
ut capere possitis. quia & xps talem se fecit
nascendo & patiando. ut possent de illo ho-
mines loqui. Quia de homine facile homo
loquitur. De deo homo quando loquitur sic
quomodo est deus. homo autem de homine facile
loquitur. ut ergo magni descenderent ad par-
uos. & non illis tamen loquerentur nisi mag-
num ipse qui magnus erat. factus est paruus.
ut de illo magni paruus loquerentur. Audis-
tis modo quod dico. cum apostolus legere & ur-
sia uere auertitis. dixit. hoc non potui uobis
loqui. quae si spiritalibus. sed quae si carnalibus.
Ergo spiritalibus in caelis loquitur. carnalibus
autem ut loquatur descendit. Nam ut sci-
atur. quia cum descendit de illo qui descendit
loquitur. Ecce iohannes in animum in se
loquitur. In principio erat uerbum. & uer-
bum erat apud deum. & deus erat uerbum. Hoc
erat in principio apud deum. Omnia per ipsum
facta sunt & sine ipso factum est nihil. Cape
si potes. arripe. cibus est. Sed dicitur
es mihi. Ille quidem cibus est. sed ego in-
fans sum. Lactandus sum ut idoneus
fieri possim ad manducandum cibum. Er-
go quia tu lacte nutriendus es. illo autem
cibus est. ipse cibus per carnem tibi traiecit
tus est ad fauces. Quomodo ergo cibum mater
comedit. ut per carnem traiecit ad infante
lactantem. sic cibus angelorum dñs uerbu-
m caro factum est. & factus est lac. Et dicit apos-
tolus. Lac uobis potum dedi non escam. Non
dum enim poteratis. sed nunc adhuc quidem
poteratis. Ergo dando lac descendit ad par-
uulos. & quia descendit descendente
dedit. ait enim. Numquid dixi me aliquid
inter uos scire nisi xpm ihm & hunc crucifi-

L
xum:

Quia dicitur & tantum ihm xpm est ihf xps
 & iam secundum diuinitatem secundum id
 quod erat uerbum apud dm filius di ihf xps
 sed hunc id est hoc modo dictum paruuli
 non capiunt. Quomodo ergo capiunt qui
 hoc capiunt ihm xpm inquit & hanc cruce
 fixum. Sage quod pro te factus est. et crescit
 in id quod est. Sunt ergo ascendentes & des
 cendentes in illis scilicet & ascendentes sunt
 et descendentes. Ascendentes qui sunt qui
 proficiunt ad intellectum spiritualium. Des
 centes qui sunt qui quamuis quantum homines
 possunt fruuntur intelligentia spiritualium.
 Tamen descendunt ad paruulos ut tunc eis di
 cant que clia possint aperire. Et lectio nu
 triti possint idonei fieri & ualidi ad capi
 endum cibum spiritalem. Isaias fratres
 & iam ipse ad nos de descendentes fuit. Nam
 & ipsi gradus eius descendentes apparent.
 Cum enim dicitur de spu scio: requiescit in
 quit super eum sps sapientiae & intellectus
 sps concilii & fortitudinis sps scientiae &
 pietatis & sps timoris dei. As sapientie coe
 pit. & usque ad timorem descendit. Quomo
 do ille qui docebat sapientiam descendit ad ti
 morem. Tu qui discis & proficis a timore as
 cende ad sapientiam. Scriptum enim est.
 Initium sapientiae timor dñi. Iam ergo psal
 mum audite. Ecce ante oculos nros ponam
 ascensurum hominem. ubi ascensurum in
 corde. unde ascensurum ab humilitate.
 id est a conualle plorationis. Quo ascensurum
 ad illud ineffabile. quod cum dici non possit.
 dictum est. in locum quem disposuit. Cum
 ergo sic coeperit homo disponere ascensum
 hoc dico apertius cum coeperit homo xpianus
 cogitare proficere. Incipit pati linguas
 aduersantium. Quicumque illas nondum pas
 sus est. nondum proficit. Quicumque illas non
 patitur nec conatur proficere. Uult nosse
 quid dicamus. Immo quid audiamus. Simul
 & petatur. incipiat proficere. Incipiat uel

le ascendere. Uelle contemnere terrena
 fragilia temporalia. felicitatem seculi
 pro nihilo habere. dm solum cogitare. Lu
 cri non gaudere. Damnis non contabescere.
 Omnia & iam sua uelle uendere & paupe
 ribus distribuere & sequi xpm. Uide unus
 quemadmodum patitur linguas retrahen
 tium & multa contradicentium. Et qd
 est grauius quasi consulendo a salute auer
 tentium. Qui enim consulit alicui ad salute
 consulit. Ad id quod prodest consulit.
 Illo autem quasi consulens retrahit a salute.
 Quia ergo uidetur habere pallium consu
 lentis & habet uenonum perimentis. lin
 gua dolosa dicta est. Ascensurus ergo con
 tra ipsas linguas primo dm deprecatur
Ad te dñe cum tribularer da naui. ait eni
 & & audisti me. Unde illum & audiuit.
 ut iam constitueret eum ad gradus ascen
 dendos. & quia iam ascensurus est & auditus
 quid orat. Dñe erue animam meam a la
 bus iniustis & a lingua subdolce. Quae est
 lingua subdolce. habens imaginem conso
 lendi & perniciem nocendi. ipsi sunt quid
 dicunt. & tu hoc factus es quod nemo fecit.
 & tu solus eris xpianus. & si ostenderit alios
 hoc facere. & legerit a euangelium. ubi pre
 cepit dñs fieri. & legerit actus apostolorum.
 Illi quid dicunt in lingua subdola & labis ini
 quis. Non poteris forte implere. Multum est
 quod aggredieris. Alii prohibendo deterrenz.
 Alii laudando plus premunt. Quia enim
 talis uirtus est. quae iam occupauerit mundum.
 tanta auctoritas xpi est ut reprehendens iam
 xpm. Hec paganus audeat. legitur ille qui
 reprehendi non potest. Quia dixit. uade uen
 de omnia que habes & distribue pauperibus
 & sequere me. Xpo contradici non potest.
 Euan gelio contradici non potest. Repren
 di xpi non potest. Conuertat se dolose lingua
 ad laudem prohibentem. Si laudat hortat.
 quare laudando premis. Melius uti poterit.

quam dolose lauderis. Quid enim dixeris ut tu
perando absit. Foecelice uita est: malice ista
uita est: sed quia nosti cum hęc dixeris premi
te posse auctoritate euangelice conuertite
ad aliud dissuadendi genus. ut laudando
me falso a uera laude prohibeas. Immo lau
dando xpm xpo prohibeas. Dicent. quid est
hoc. Ecce illi fecerunt forte tu non poteris.
Incipis ascendere. cadis. Mone reuidetur.
serpens est. dolose lingua est. uenenum
habet. Roga contra illam si uis ascendere.
& dic dō tuo. Dñe erue ammam meam ala
bus iniustis & lingua subdolco. & dicit tibi
dñs tuus. **Q**uid dabitur tibi & quid apponi
tur tibi ad linguam dolosam. Idest quod
habeas aduersus linguam dolosam. quod
opponas lingue dolosae. Quotē manus
aduersus linguam dolosam. **Q**uid tibi dabi
tur & quid apponitur. Interrogauit & ser
pens. Nam ipse dicitur esse. quod interrogat.
Respondit enim subiciens. sibi interroganti.
Sagitte potentis acutę cum carbonibus de
solatoris ut uastatoribus. Sive desolatoris
dicat. sive uastatoribus dicat. Nam in diuersis
codicibus diuerse scriptum idem significat.
Uide & uastatores carbonos dicuntur. quia
uastando & desolando ad desolationem
facile perducunt. Quisunt isti carbonos.
Intellegat caritas ura. primo quae sint sagit
te. sagitte potentis acutę. Uerba dī sunt.
Ecce iaciuntur. & transfigunt corde. Sed
cum transfixa fuerint corde sagittis
uerbidi. Amor & citatur non interitus cō
paratur. Non ut dī sagittare ad amorem.
& nemo pulchrius sagittat ad amorem.
quam qui uerbo sagittat. Immo sagittat
cor amantis. ut adiuuet amantem. Sagitte autem sunt
cum agimus uerbis. Carbonos autem uasta
tores quisunt. Parum est uerbis agere con
tra linguam subdolcoem & leuice iniqua.
Parum est uerbis agere & exemplis agendum ē.

& exemplis sunt carbonos uastatores.
& quare uastatores dicantur. breuiter
accipiat caritas ura. primo quomodo
& exemplis agendum sit uide. Lingua
subdola nihil sic nouit dicere. quomodo
subdola est. nisi uide non non possit implere.
Multum est ad te hoc adgredi. Accepisti
tu preceptum euangelicum. habes sagitta
sed carbonos nondum habes. Timendum
ne sagitta sola non ualeat aduersus linguam
subdolam. sunt & carbonos. ut puta. inci
pit enim tibi dicere dī. Tu non potes. quare
illo potest. quare alter potuit. Numquid
tu delicatior es illo senatore. Numquid tu
infirmior es illo aut illo inualitudine.
Numquid tu infirmior feminis. feminae
potuerunt uiri non possunt. Delicati potue
runt diuites. pauperes non possunt. Sed ego
inquit multum peccavi. multum peccator
sum. Numerantur & iam qui multum pecc
cauerunt. & copius amauerunt quo plura
illis dimissasunt. Quomodo dictum est
in euangelio. cui modicum dimittitur
modicum diligit. Cum ergo fuerint ista
enumerata & nominati dicti fuerint ho
mines qui potuerunt. Illo accepta sagitta
in corde accedentib. & iam carbonib. desola
toris. desolatur in illo terrena cogitatio.
Quid est enim desolatur. ad desolationem per
ducitur. Erant autem in illo multe quae
male frondebant. carnales multe cogita
tiones. seculares multi amatores. ipsi urun
tur ac carbonib. uastatoris ut fiat parus
locus desolatus. In cuius loci puritate faci
at dī aedificium suum. quia facta erat ibi
ruina diaboli. & aedificatur ibi xps. Nam
quam diu manet ibi diabolus. Non potest aedi
ficari xps. Accedunt carbonos desolatoris.
& deiciunt quod male fuerat aedificatum
& desolato loco. Accedit structura felicitatis
per p̄cus. Uide & ergo quare dicti sunt
carbonos. quia quise conuertunt ad dī de

in patria ^{ab omnibus malis uiciorum sum. ne quid ueni ad illa.}

mortuis reuiuescunt. Carbores autem
 quando accenduntur. Antequam accen-
 derentur & tincti erant. Nam & tincti
 carbonis mortui dicuntur. Ardentis
 uiuunt appellatur. Exempla ergo multo-
 rum iniquorum qui conuersi sunt ad dm̄
 carbonis dicti sunt. Audis homines mirari
 & dicere. ego illum noui. quam ebriosus
 fuit. quam sceleratus. qualis amator. circi-
 dat amphiatru. qualis fraudator. modo
 quomodo dōserit. quam innocens factus ē.
 Noli mirari carbo est. uiuam gaudis quia ^{quod}
 & tinctum plangebas. sed quando laudas
 uiuam. si non laudare. adhibe illum mor-
 tuo. ut accendatur. id est. quicumq; adhuc
 piger est sequi dm̄. amoue illi carbonem
 qui erat & tinctus. Et habito sagittam uer-
 bidi. & carbonem uastatorem. ut occurras
 labiis iniquis & linguae subdole. Quid sequi-
 tur. Accipit iste sagittas ardentis. accipiat
 carbonis uastatorem. iam repellit lingua
 subdolan. & lēbia iniqua. iam ascen-
 dit gradum. incipit proficere. Sed adhuc
 uiuit inter malos inter iniquos. nondum
 est are uentilata. Puta quia triticum fac-
 tum est. Numquid iam in hōreo est. Adhuc
 necesse est multa palea pyramatur. Et quan-
 tum proficit. tantum uidet maiora scandala
 in populo. Nam si non proficiat non uidet iniquita-
 tes. si non sit aer xpiānus. Non uidet fictos.
 Et enim fratres & de illa similitudine. hoc
 nos docet dñs. De frumentis & zizaniis.
 cum autem creuiss & herba & fructum fēcis
 sē. tunc apparuerunt zizania. id est quia
 nulli homini apparent mali. Nisi factus fue-
 rit ipse bonus. quia cum creuiss & herba & fructu
 fēcis & tunc apparuerunt zizania. iam
 ergo ipse coepit proficere & coepit uidere
 & multae mala quae antea non nouerat &
 clamabat ad dm̄. **HEU ME** quod incolatus
 meus longinquus factus ē. Multumate-
 recessi. peregrinatio mea facta ē longinqua.

Nondum ueni. illam societatem angelorum
 ubi scandala non timebo. Quare autem non
 domibisum. quia incolatus meus longinquus
 factus est. Incolatus peregrinatio est. Inco-
 la dicitur. qui habitat in terra aliena. non
 in ciuitate sua. Longinquus inquit factus est
 incolatus meus. Et ubi longinquus. Aliquando
 fratres mei. cum peregrinatur homo inter
 meliores uiuit. quam in patria sua forte uiue-
 re. sed non sic est. quando de illa hierusalem
 caelesti peregrinamur. Mutat enim homo
 patriam. Et aliquando in peregrinatione
 illi bene est. Inuenit amicos fideles peregrin-
 ando quos in patria inuenire non potuit.
 Inimicos habuit ut de patria pelleretur. &
 cum peregrinaretur. inuenit quod non habe-
 bat in patria. Non sic est patria illa hierusa-
 lem. Ibi omnes boni. quicumq; inde pere-
 grinatur inter malos est. Nō recedere analis
 potest. nisi cum redierit ad societatem ange-
 lorum. ut ibi sit unde peregrinatur. ibi om-
 nes iusti & scī qui fruuntur uerbodi. sine
 lētionis sine litteris. Quod enim per pagi-
 nam nobis scriptum est. Per faciem di illi
 cernunt. Qualis patria magna patria. &
 miserisunt peregrinabilee patria. Sed quid
 ait. iste longinque facta est peregrinatio mea.
 Maxime eorum uox est. id est ipsius ecclesiae.
 quae laborat in hac terra. Illius uox est qui
 clamat a finibus terre. in alio loco psalmi dicens.
 A finibus terre ad te clamaui. quis nostrum cla-
 mat a finibus terre. nē ego nē tu nē illo.
 sed a finibus terre. ipsa sola & elosia tota he-
 reditas xpi clamat. Quia ecclesia heredi-
 tas eius. Et de ecclesia dictum est. Postu-
 lec ame & dabo tibi gentes. hereditatem tua
 & possessionem tuam terminos terre.
 Si ergo possessio xpi usq; ad fines terrae. Et
 possessio xpi. Omnes scī. Et omnes scī un-
 homo. in xpo quia unitas scī est. Ipse unus
 homo dicit. a finibus terrae ad te clamaui
 cum angere dicit cormicum. Huius ergo ho-

minis longinqua peregrinatio facta est inter malos. & tamquam si dicitur illi cum quibus ergo habitas ut gemas: peregrinatio mea longinqua facta est. Sed quid si cum bonis. Si cum bonis esset diceret: huc me; heu. Uox est miseriae: uox est calamitatis & infelicitatis: sed tamen in spe. quia iam ut gemere didicit. Multi enim & miseri sunt & non gemunt & peregrinantur & redire nolunt. Iste iam uolens redire. cognoscit infelicitatem peregrinationis suae. Quia cognouit illam: redit & ascendere incipit. Quia carnicum graduum coepit cantare. Ubi ergo gemit. & inter quos inhabitat.

at: tabernaculis caedar et nominis.

In habitauit cum tabernaculis caedar. uerbum hoc quia hebreum est. procul dubio non intellexistis. Quid est habitauit cum habitantibus caedar. Quantum meminimus ex interpretatione uerborum hebreorum. tenebras significat. interpretatum caedar. Latine tenebrae dicuntur. Nostis autem duos filios habuisse abraham. quos quidem commemorat apostolus. & ad imaginem duorum testamentorum esse dicit. Unus & ancilla erat. alter de libera. & ancilla ismahel erat. delibera sanna quem suscepit. & desperatione fidem isaac erat. uterque & semine abraham. Sed non uterque heres abraham. De abraham nectus unus. sed tamen non hereditat. alter & iam heres. non solum filius sed & heres. In ismahel sunt omnes qui carnaliter colunt deum. Ad ipsos enim uetus testamentum pertinet. Quia dixit sic apostolus. Sub lege uolentes esse legem non audistis. Scriptum est enim. quod abraham duos filios habuit. Unum de ancilla. & unum de libera. Quae sunt in allegoria. haec sunt duo testamenta. Quae duo testamentum uetus. alterum nouum. uetus testamentum ad deum. & nouum testamentum ad deum. Quomodo abraham & ismahel. & isaac. sed ismahel terrenum. Isaac ad caeleste regnum. ideo uetus promissiones habet terrenas.

terrena hierusalem. Terram palestinam. regnum terrenum. salutem terrenam. hostium subiugationem. habundantiam filiorum. fecunditatem fructuum. Omnia ista promissiones sunt terrenae. in figura spiritualiter intelleguntur. quomodo hierusalem terrena umbra erat regni caelorum. ismahel in umbra. Isaac in luce. Ergo ismahel in umbra. non mirum quia ibi tenebrae. pinguiore enim umbrae tenebrae sunt. Ergo ismahel in tenebris. Isaac in luce. Qui cumque hic & iam in ecclesia terrenam felicitatem querunt ad hoc ad ismahel pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt spiritualibus proficientibus & detrahunt illis. & habent labia iniqua & linguas subdolas. contra quos rogauit iste accendens. & appositae sunt carbones desolatorum & sagittae potentes acutae. Inter illos enim adhuc uiuit. donec tota a uentilatur. Ideo dixit. In habitauit cum tabernaculis caedar. Nam & ipsa tabernaculi ismahel caedar dicta sunt. sic habet liber geneos. sic habet quod caedar ad ismahel pertinet. Ergo isaac cum ismahel. id est qui pertinent ad isaac. Inter illos uiuunt. qui pertinent ad ismahel. Isti sursum uolunt ascendere. illi deorsum uolunt promerere. Isti uolare uolunt ad deum. illi conantur pomam euellere. Namque apostolum apud ita dicitur. Sed sicut tunc qui secandum carnem natus erat. persequeretur eum qui secundum spiritum. ita & nunc. Spirituales ergo persecutionem patiuntur a carnalibus. sed quid dicit scriptura. Eice ancillam & filium eius. Non enim heres erit filius ancillae. cum filio moysi isaac. Sed hoc quod dicit eice. quando erit. Quando aret coeperit uentilari. Modo autem antequam ciat dicit. heu me quod incolatus meus longinquus factus est. In habitauit cum tabernaculis caedar. & exponit nobis. qui sunt isti qui pertinent ad tabernaculi caedar. **M**ultum peregrinatus est anima mea. Ne peregrinationem corporalem intellexerit. animam dixit peregrinari.

Corporalis peregrinatio... anima mea... habitauit cum tabernaculis caedar...

corpus peregrinatur locis anima peregrinatur
 affectibus: si amaueris terram peregrinari
 ad dō. si amaueris dñm ascendis ad
 eum. In caritate di & proximi exerceamur.
 ut releamur a caritate, sic ad amur in terram.
 marcescimus & putrescimus: iste autem
 qui ceciderat descensum est ad eum ut ascē
 deret. Intendens tempus peregrinationis
 suae dixit se peregrinari cum tabernacu
 lis caedar: quare qui multā peregrinatae
 animae ubi peregrinatur, ubi ascendit,
 non corpore peregrinatur, non corpore as
 cendit, sed ubi ascendit. Ascensionem inquit
 in corde: si ergo ascendit in corde non ascen
 dit per ascensionem cordis, nisi anima quae
 peregrinatur, sed donec perueniat: multā
 peregrinatae est anima mea, ubi inter taber
 nacula caedar. **CUM HIS QUI ODERANT**
 pacem eram pacificus. Verum ut audiat fr̄
 leuissimi non poteris probare quam uera
 cantetis: nisi cooperitis facere quod cantetis,
 quantum libet illud dicam quomodo libet &
 ponam qualibuscumque uerbis uersum non intra
 in corde uis in quonon est opus eius. Incipite
 agere & uidete quid loquamur, tunc ad singu
 la uerba lacrimae profluent tunc psalmus
 cantatur: & facit cor quod in psalmo cantatur.
 Quam multi enim sonant uoce & corde muti.
 & quam multi tacent labiis & clamant affectu.
 Quia ad cor hominis aures dī, sicut aures corporis
 ad os hominis: sic cor hominis aures dī. Multi clau
 sore & audiuntur: & multi in magnis clamorib
 non & audiuntur. Affectibus orare debemus &
 dicere. Multā peregrinatae est anima mea, cum his
 qui oderant pacem eram pacificus. quidem aliud
 dicimus istis hereticis, nisi cognoscite pacem.
 Amate pacem iustos uos dicitis: si iusti estis & is
 inter palea grana gemitis, Nam quia sunt gra
 na in catholica & uera grana sunt, ideo tolerat
 paleam donec uentilatur area, quia inter pale
 am clamant, heu me quod incolatus meus lan
 gin quae factus est, in habitauit cum tabernacu

lis caedar. In habitauit inquit campaleam, sed quo
 modo de palea multus fumus & sic sic caedar tene
 brae. In habitauit cum habitantibus caedar;
 Multā peregrinatae anima mea, frumetorum
 uox est inter paleam gementium; hęc loquimur
 illis qui oderant pacem & dicimus, cum his qui
 oderant pacem eram pacificus, qui oderant pacem
 qui consensunt unitatem; si enim pacem non
 odissent in unitate mansissent; sed uidelicet
 propterea se sepeceuerunt ut iusti essent ut
 non haberent mixtos iniustos; aut nra est uox
 ista aut illorum elige cuius sit; catholica dicit
 non est dimittenda unitas; non p̄ceden de
 a & lesia iudicabit dī de malis & bonis postea;
 si unum mali a bonis separari non possunt, foren
 di sunt ad tempus mali in area nobiscum esse
 possunt, in heretico non possunt. & forte hodie
 qui mali apparent cras bonerunt, & qui ho
 die de bonitate superbiunt cras mali inueni
 untur; quisquis ergo humiliter malos ad tem
 pus fert ipse peruenit & ad requiem sempiter
 nam. haec uox catholica est; illorum autem uox
 qualis est. Non intellegentium neque quae lo
 cantur neque de quibus adfirmant, Ne tangas
 inmundum & qui tetigerit inmundum inqui
 natur; Separemus nos ne commisceamur malis;
 Amate pacem diligite unitatem; Nescitis aquam
 multas bonis separamini dum quasi malis calum
 niamini, furunt sequuntur quando ista dicimus.
 Nam querunt & mortificare nos; Apperuerunt
 saepe impetus eorum, apparuerunt insidiae.
 Cum ergo inter insidias illorum uiuimus, & qui
 bus dicimus, amate pacem aduersantē nobis.
 Nonne uox ista nra est cum his qui oderant pacem
 eram pacificus; **CUM LOQUERER EIS DE**
 bellabant me gratis, quid est enim fratres de
 bellabant me & parum erat si non adderem gratis,
 quibus dicimus, pacem amate xpm amate.
 Numquid dicimus, honorate nos, sed honorate
 xpm, nos nolumus honorari sed illum, Nam
 nos quid sumus, ad paulum apostolum; qui tamen
 dicebat illis paruulis quos mali homines & mali

suasores praecidere ab unitate in se in pace uole-
bant. quid eis dicebat ille. Numquid paulus pro
uobis crucifixus est. aut in nomine pauli bapti-
zati estis. haec nos dicimus. amate pacem. amate
xpm. si enim amant pacem xpm amant. cam ergo
dicimus amate pacem. hoc dicimus amate xpm.
quare. quia de xpo ait apostolus. ipse est enim pax
nra qui fecit utraq; unum. Si ergo xps ideo pax
quia fecit utraq; unum. quare uos de uno fecistis duo.
quomodo ergo pacati estis. ut cum xps faciat unu
de duobus. uos faciat de uno duo. sed quia haec dici-
mus. cum his qui oderunt pacem sumus pacifici.
& tamen illi qui oderunt pacem cum loqui mur
eis. debellant nos gratis. **EXPLICIT TRACTATUS
PSALMI CXVIII. INCIPIT TRACTUS PSALMI.**

LXXII. **AURELI AUGUSTINI CATHOLICI.**
LEUAI OCULOS MEOS AD MONTES UNDE
ueni & auxilium mihi. Secundus est iste psalmus
eorum. quorum titulus est canticum graduum.
plures enim sunt significantes. ut iam in primo
eorum. audistis ascensum nrm qui fit in corde.
ad dm a conualle plorationis. id est ab humilitate
contribulationis. Ascensus enim utilis nobis non
potest esse nisi primo humiliati. a conualle nobis
ascendendum esse meminerimus. Conualle semi-
terrae locus est depressus sicut locus terrae
alta montes & colles. Ita conualles locus humilis.
Nedum pro prope & pro postere querimus
& altari non ascendamus sed ruamus. docuit
autem ipse dnm a conualle plorationis ascenden-
dum. quando pro nobis humiliari usque ad mor-
tem crucis & pati dignatus est. hoc & exemplum
non relinquamus. istam conuallem plorationis
martyres intellexerunt. Unde quia & ipsi de
conualle plorationis. ut coronarentur ascende-
runt. congruit & hodierno die psalmus iste
canticum graduum. De illis enim dictum est.
euntes ibant & flebant mittentes semina sua.
haec conualle plorationis ubi a fleibus mitti-
tur semina. que sunt autem semina. bona
opera in ista tribulatione terrena. qui bene
operatur in conualle plorationis similem

est hominis seminata per hiemem. Numquid
frigore ab opere de terra cur. sic pressuris
mundi non debemus ab opere de terra cur. quia
uides quod sequitur. euntes inquit ibant &
flebant mittentes semina sua. ualde miseris
si semper flebant. ualde miseris sinum quam
de lacrimis liberandi. sed uide quid sequitur.
Uenientes autem uenient in exultatione por-
tantes gremia sua. Nihil aliud istas caritas
docemur fratres quam ascendere. sed ascendere
in corde. in affectu bono in fide & spe & caritate
in desiderio per p&uitatis & uitae & eterne. si
ascenditur. congruit nos dicere. quomodo
ascendendum sit. Quanto terribiliora loca
de euangelio audiuit ecclesia sua. uidentis cer-
te quia hora dnm sicut fur in nocte ita ueni &
si eis & inquit pater familias quae hora fur-
ueni &. Amendo uobis quia non pater & ur-
per fodiri parietem suum. dictis modo quis
ergo nouit qua hora ueniat. semper uigile
ut quod nescis quando ueniat paratum te in-
ueniat cum uenerit & ad hoc forte nescis quan-
do uenturus est. ut semper paratus sis. Illum
enim patrem familias subito occupabit hora
illa qui pater familias superbus significatus
est. Noli uelle esse pater familias & non te
subito hora ille occupabit. & quidem inquit
quale audisti de psalmo pauper & dolens
ego sum. si enim pauper & dolens eris non
eris pater familias quem illa hora subito in-
uenit & subito premit. Patres familias
enim sunt illi qui presumptis decupiditate
bussis. & indelictis huius saeculi defluentes.
Tument & eriguntur ad uersum humiles
& insultant in se in intellegendis. angustam
uiam quaeducit ad uitam. Talis enim ueni &
subito hora ille. quia tales erant & in diebus
noe. quorum dierum commemorationem
audistis factam in euangelio sic erit aduen-
tus filii hominis inquit. quomodo in diebus
noe. manducabant. bibebant. nubebant.
uxores ducebant. nouellebant. aedificabant.

quia hora sicut fur erit. nescis qua hora uenit

donec introit noe in arcam & uenit dilu-
 uium & perdidit omnes. Quid ergo omnes
 peribunt qui ista faciunt qui nubunt qui
 uxores ducunt qui nouellant qui aedificant
 non sed quide his presumunt. sed qui is-
 ta deo proferunt. sed qui propter hoc of-
 fendere deum cito parati sunt. At uero qui
 istis omnibus aut non utuntur aut utantur
 tamquam non utentes. plus presumunt de illo
 qui dedit. quam de his quae data sunt. & intel-
 legentes in his eius consolationem & miseri-
 cordiam. & non occupati donis. ne adonato-
 re fuerint. qui tales sunt non illos inuenit
 in paratos hora illa sicut fur. Talibus dixit apo-
 stolus. uos autem non estis in tenebris ut dies ille-
 uos tanquam fur comprehendat. omnes enim uos
 filii lucis estis & filii di. ideo dominus cum diceret. ti-
 mendam esse horam sicut furem. hoc tem posuit.
 & apostolus ita quia hora domini sicut fur in nocte
 ita uenit. non uis ut inueniat. noluisse in noc-
 te. quid est noluisse in nocte. filii lucis estis
 & filii di. non sumus noctis neque tenebrarum.
 qui sunt filii noctis & tenebrarum. Iniqui impii infi-
 deles. sed & ipsi audiant antequam ueniat hora.
 & dicat illis apostolus. fuistis aliquando tenebre
 nunc autem lux in domino. sicut iste psalmus habet
 euigilent iam in luminata sunt montes quid ad
 huc dormiunt. Leuent oculos suos in montes
 unde uenit & auxilium illis. Quid est iam in lumina-
 tis sunt montes iam ortus est sol iustitiae. ab aposto-
 lis predicatum euangelium. predicatae sunt scrip-
 turae. patuerunt omnia sacramenta. conuersum
 est uelum. patuit secretum templi. iam tandem
 leuent oculos in montes unde uenit & auxilium illis.
 hoc enim precepit iste psalmus secundus. de his qui
 inscribuntur canticum graduum. sed non rursus
 presumunt demonibus. quia ipsi montes non ase-
 lucent sed ab illo lucent de quo dictum est. erat lu-
 men uerum quod illuminat omnem hominem
 uenientem in hunc mundum. Montes possunt
 intellegi homines magni. homines clari. & quid ma-
 gis iohanne baptista. qualis ille mons erat. de quo ipse

dominus dicit. in natus mulierum nemo & surrexit
 maior iohanne baptista. uides certe istum mon-
 tem lucentem. audi confitentem. quid confiten-
 tem. nos omnes inquit de plenitudine eius acce-
 pimur. De cuius ergo plenitudine acciperunt
 montes. ab illo est tibi auxilium. non a montibus.
 in quos tam nisi leuaueris oculos per scripturas
 non ammoueris. ut ab illo in lumineris. cana
 ergo quod sequitur. si uis audire. ut firmissime
 ponas pedes in gradibus. ne in illo ascensione
 aut fatigeris aut lapsus cadas. dic quod sequitur.
Nedes ad mouendum pedem meum. unde mouen-
 tur pedes. unde motus est pes illi qui erat in pa-
 radiso. sed prius attende. unde motus est ille
 qui erat inter angelos. & motu pede cecidit. &
 de angelo factus est diabolus. Meto enim pede
 cecidit. quare. unde cecidit. superbia cecidit.
 Non ergo mouet pedem. nisi superbia ad ruinam
 non mouet pedem nisi superbia. ad ambulandum
 & proficiendum caritas mouet. ad cadendum
 superbia mouet. ideo & ille quid dicit in psalmo.
 filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum
 sperabunt. si sub tegmine semper humiles.
 semper deo sperantes. semper non deseptrae
 sumentes. sub tegmine alarum tuarum spe-
 rabunt. non enim in a se satiantur ut beatifint.
 sed quid sequitur. Inebriabuntur ab ubertate
 domus tuae. & torrente uoluptatis tuae
 potabis eos. ecce sitientes ecce inebriati. ecce
 sitiunt. ecce bibunt. sed non a se bibunt. ne
 ipsi sibi sunt fons. sed unde bibunt. sub teg-
 mine alarum tuarum sperabunt. si sub alis
 humiles sunt. quare quia apud te inquit
 fons uitae. Non ergo a se irrigantur montes
 sicut a se non in luminantur montes. Nam ut
 de quid sequitur. In lumine tuo uidebimus lu-
 men. Si ergo in lumine ipsius uidebimus lumen.
 quis cadit alumine. nisi qui sibi non est lumen.
 & uoluerit sibi esse lumen. ipse cadit alumine
 quod in luminatur. Ideo sciens non cadere.
 nisi cum quis sibi uult lucere. cum sit per se te-
 nebrae. statim sub idet. Non ueniat mihi pes

superbiae. & manifestis peccatorum moueat me. id est imitatio peccatorum non moueat ut cadāte. quare timuisti & dixisti non ueniat mihi post superbiae; sequitur; Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem; quos modo uides operari iniquitatem. iam damnati sunt; sed ut damnarentur ibi ceciderunt. cum illis uenit post superbiae. Recte ergo iste audiens ut ascendat & non cadat. ut a conualle plorationis proficiat. non in timore superbiae deficiat. ait dō ne des ad mouendum pedem meum; & dī illi;

Neque dormit & qui custodit te. Intendat caritas urā quasi una sententia facta ē & duobus uocibus; homo dixit ascendens & uoluit transire anticum graduum. Ne des ad mouendum pedem meum; dicit mihi neque dormit & qui custodit te. & non mouebitur post tuus; dixerit autem ille. nam quid in potestate mea est. ut non dormit & qui custodit me. uolo ut non dormiat neque dormit & ergo illum tibi elige. qui non dormit & neque dormitabit. & non mouebitur post tuus. Dī numquam est dormiens; Sed uis habere custodem non dormientem dī elige custodem; Ne des ad mouendum pedem meum. dicit tibi bene optime; sed & ille dicit tibi. neque dormit & qui custodit te. Tu forte conuersurus es cras ad homines custodes & dicturus. quem sum inuenturus non dormientem; quis homo non dormitabit. quem inuenio. quo ibo. quo reuertar. ille tibi ostendit; Ecce non dormitabit neque obdormiat qui custodit israhel. Uis habere ergo custodem non dormientem neque dormitantem. Ecce non dormit & neque obdormitabit qui custodit israhel. Xp̄s enim custodit israhel; esto ergo isrl; quid est isrl; israhel interpretatur. uidentis dī; & qui uidet dī primo per fidem postea per sp̄ciem; si per sp̄ciem. nondum potes per fidem; uide faciem eius uidere non potes; quō ibi sp̄cies posteriora eius uide; hoc dictum est; Moysi ad nō non potes uidere faciem meam.

Et si tam quā dicitur
ne des ad mouendum
pedem meum

posteriora mea uidebis cum transiero; & p̄tas forte ut transeat. iam transit tu uide posteriora ipsius ubi transit. audi iohannem. cum uenisset inquit hora ut transiret & demando ad patrem dī n̄r̄ ihs xp̄s iam fecit pascha. pascha autem transitus inter p̄tatur. Nam uerbum est hebreum. & putant homines grecum esse quasi passionem. sed non est ad diligenter tribus & doctioribus inuentum est. quia pascha hebreum uerbum est. & non interpretatur passionem sed transitum; post passionem enim transit dī a morte ad uitam. & fecit nobis uitam credentibus in resurrectionem eius. ut transeamus & nos de morte ad uitam. Non magnum est credere quia mortuus est xp̄s; hoc & pagani & iudei. & omnes iniqui credunt. hoc omnes credunt. quia mortuus est. fides xp̄ianorum. resurrectio xp̄i est. hoc pro magno habemus quia credimus; cum resurrexisset ergo tunc se uoluit uideri cum transiret; hoc est cum resurrexisset & tunc se uoluit credi. Quia traditus est propter delicta n̄ra & resurrexit propter iustificationem n̄ram & ipsam fidem in resurrectione xp̄i maxime commendauit apostolus. Attenim si credideris in corde tuo. quia dī suscitauit illum a mortuis saluus eris; hoc credere. hoc est israhel. hoc uidere dī; quamuis adhuc posteriora eius tamen cum credideris in posteriora. peruenies ad uisionem faciei. quod est hoc. cum credideris in id quod posterius suscepit xp̄s. Nam in primo facies eius. quae est in principio erat uerbum & uerbum erat apud dī. & dī erat uerbum. Posteriora eius quae sunt & uerbum caro factum ē & habitauit in nobis; cum ergo credis hoc quod pro te factum ē uerbum & resurrexit in carne. ne tu de tua carne dispenseris officeris israhel; factus autem isrl cum fueris non dormitabit neque dormit & qui custodit te. quia iam isrl es; & audisti in psalmo; ecce non dormitabit neque obdormit & qui custodit israhel.

Non dixit si credideris quia mortuus ē xp̄s qd & pagani & iudei & omnes inimici eius credider. sed ait si credideris in corde tuo quia dī illū suscitauit a mortuis saluus eris.

Xp̄s enim ip̄s dormiuit sed resurrexit.
 quid enim ait ip̄s in psalmo. Ego dormi
 ui & somnium coepi. Nam quid remansit
 in somno & surrexi inquit quō dñs susce
 pit me. Si ergo iam surrexit iam transit
 si iam transit uide posteriora eius; quid
 est uide posteriora eius; crede in resurre
 ctionem eius; & quia ait apostolus; & si
 crucifixus est & in firmitate sed uuit
 in uirtute di; & iterum ait; xps surgens
 a mortuis iam non moritur. & mors eu
 tra non dominabitur. & recte tibi cantat.
 & non dormitabit neq; obdormi& qui
 custodit israhel. ad huc forte quaeris car
 nalis sensu; quis est qui non dormitabit
 neque dormi& & cum quaeris inter homines
 falleris. numquam inuenturus es. Noli ergo
 praesumere de quoquam homine. omnis
 homo dormit& dormitabit. quando dor
 mitat. cum portat carnem in firmitatis;
 quando dormi& cum fuerit mortuus;
 Noli ergo praesumere de homine. potest
 dormire mortalis dormit moriens.
 Noli quaerere inter homines; & quis inquit
 custodit me. qui non dormitabit. neque
 dormi&. Audi quod sequitur; dñs custo
 dit te. Non ergo homo dormitabit & dormiens.
 Sed dñs custodit te. quomodo te custodiet.
 Dñs tegumentum tuum super manum dex
 tae tuae. heia fratres intellegamus adiuuante
 dño quod sibi uellit. dñs tegumentum tuum
 super manum dexterae tuae; Uidetur enim
 mihi. habere sensum occultum; quare non dix
 rit dñs custodit te. absolute & simpliciter.
 sed addidit. super manum dexterae tuae; Et n̄
 iam super manum dexterae tuam; Cur hoc di
 cers; nisi aliquid hic occultum. ad quod pulsan
 do perueniremus absconder&. Diceret enim.
 Aut dñs custodiet te & nihil adder&. Aut si dex
 teram addere uoluit. Dñs custodit te. super dex
 teram tuam; Aut certe quia addidit manum.
 hoc dicer&. Dñs custodit te super manum dex

teram tuam. Non super manum dexterae tuae;
 quod dñs ip̄s suggerere dignatur pro manu uobis;
 qui & in uobis habitat. sine dubio facit uos appro
 bare. uerum esse quod dico. Nam quid dicitur su
 mas ignorantes. sed cum dixerimus. non ab ip̄s
 nobis. u. obis ostendimus uerum esse quod dicimus;
 sed uos ipsi agnoscat is uerum esse quod dicimus;
 unde autem agnoscat is. nisi demonstrante illo
 qui in uobis habitat. in quantum de illo numero
 estis quorum uox est; Nede ad mouendum pe
 dem meum; & quibus dicitur; Neque dormit&
 qui custodit te; oportet enim ut xps non dor
 miat in uobis; & modo intellegitur uerum esse
 quod dicimus; quomodo inquit; quia si dormit
 fides ur̄a. dormit xps in uobis; xps enim in cor
 de ur̄o fides xpi est; Ait apostolus; habitare
 xpm̄ per fidem in cordibus ur̄is; in quo non dor
 mit fides uigilat xps; & si forte dormi&et
 fides tua. & ideo in ista questione fluctuabas.
 quasi nauis quae tempestatem. patiebatur. ubi
 xps dormiebat; & cita xpm̄ & sed ab uentur
 tempestatem; fidem ergo ur̄am interrogo karis
 simi. quoniam filii estis. ecclesiae
 & in ecclesia proficitis. qui non
 dum profecistis. & in ecclesia proficiendi estis.
 qui iam profecistis; Interrogo uos quod sol&is
 intellegere. quod dictum est in euangelio;
 Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
 hoc enim intell&cto inueni&is quae sit dextera.
 quae sit sinistra simul intellegetis utramq; par
 tem dñi fecisse & dextera & sinistra. & tamen
 non deb& scire sinistra. quod facit dextera; sinis
 tra nr̄a dicitur. quicquid temporaliter habem;
 dextera dicitur. quicquid nobis aeternum & in
 commutabile dñi pollic&ur; si autem ille qui
 dabit aeternam uitam. ip̄s & de istis temporali
 bus consolatur. presentem uitam. ip̄s fecit dex
 tram & sinistra; dicit de quibusdam psalmus
 apud dauid. Quorum os locutum est uanitatem
 & dextera eorum dextere iniquitatis; Inuenit
 ergo quosdam quos reprehendit. qui dextram
 ueram pro sinistra habebant. & ueram sinistra.

et ignorat.

Quid enim dextera nr̄a dñs custodit & sinistra nr̄a
 non custodit. nonne ip̄s nos totos fecit nonne qui fecit
 dextera ip̄s fecit & sinistra. Postremo si placuit dici de dextera
 sola quare dixit sup manu dexterae tuae.

dextram sibi fecerunt. qui sunt isti & ponit consequenter. omnis homo qui felicitatem non potest esse hominis solam. nisi in istis temporalibus facultatibus & delitiis & affluentia & copia mundi huius. Iste est stultus atq; peruersus qui sinistram fecit sibi dextram. Talis illi erant de quibus dicit psalmus. non quia non ad deum acceperant. & iam quae temporaliter possidebant. Sed quia ipsam solam putabant esse beatam uitam. & nihil aliud requirebant. Audite enim quid de illis consequenter dicit. Quorum os locutum est uanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis. & sequitur. quorum filii eorum uelut nouellae constantiae. filiae eorum ornatae sicut similitudo templi. cellaria eorum plena eructuantia & hoc in hoc. Oues eorum fecundae multiplicantes in gemitibus suis. boues eorum crassi. non est ruina saepis nec exitus. neque clamor in plecteris eorum. Magnam felicitatem quorundam descripsit. possidet tamen istam felicitatem. & aliquis iustus habere sicut habuit iob. Sed iob pro sinistra illam habebat. non pro dextera. Nam dextera non habebat. nisi apud deum per perpetuam & sempiternam felicitatem. Ideo concessa est percutienda sinistra & sufficiens dextera. quo modo percussa est sinistra temptationibus; diaboli. abstulit subito diabolus. permissus quidem ad deum. ut iustus probaretur. impius puniretur. Abstulit omnia. Sed iob qui nouerat sinistram. sinistram esse. & dextram non nisi dextram. Quomodo se tenuit ad dextram. & ultauit in domino. consolatus est damna. Quia non est passus damnum. de interioribus diuitiis; deo plenum cor habebat. Dominus inquit dedit. Dominus abstulit sicut domino placuit ite factum est. sit nomen domini benedictum. haec erat dextera ipsius. ipse dominus ipsa uita & aeterna illa lucis possessio. fons uitae. lumen in lumine. In ebriabantur ab ubertate domus tuae. Ipsa erat dextera. sinistra uero erat. pro adiutorio consolationis. non ad firmamentum.

felicitatis. Nam felicitas eius uera atque germana dicitur. Isti autem de quibus dicit dauid. Quia os eorum locutum est uanitatem & dextera tua dextera iniquitatis. Non hinc eos reprehendit. quia his omnibus abundabant. sed quia os locutum est uanitatem. Quid enim sequitur. Cum uenerint & copies ipsorum. ait. beatum dixerunt populum cui haec sunt. Haec est uanitas quod locutum est os eorum. quod beatum dixerunt populum cui haec sunt. Tu quid dicis. qui nosti. quid est sinistra & quid est dextera. sequitur & dicit. beatus populus cuius dominus deus ipsius. Intendat ergo caritas uestra. Audiamus sinistram. Audiamus dextram. Audi hoc confirmatum in canticis canticorum. sinistra eius inquit sub capite meo. Sponsa dicit de sponso. de christo ad ecclesia. in amplexu pietatis & castitatis. Quid ait sinistra eius sub capite meo. Et dextera eius complectitur me. Quid ait quia sursum erat dextera. deorsum sinistra. Et sic complectebatur. sponsus sponsum. subponens sinistram ad consolationem. inponens dextram ad protectionem. sinistra inquit eius sub capite meo. deus illam dat. Ideo sinistra eius. quia omnia ista temporalia deus dat. quam uanis sunt. quam impij. qui ab idolis ademonibus ista petunt. Quam multi ad aemonibus illa petunt. Et non illic habent. Et rursus qui illa non petunt. ad aemonibus habent ea. sed non ad aemonibus ista dantur. Item multi petunt ad deum. & non habent. Non enim ille dispensare sinistram. qui uocat ad dextram. Ergo si est sinistra. sit sinistra sed sub capite sit. supra illam sit caput tuum. id est. supra illam sit fides tua ubi habitat christus. Noli temporalia preponere fidei tuae & non erit sinistra super caput tuum. sed omnia temporalia sub de fidei tuae. & fidem tuam prepone omnibus temporalibus. & erit sinistra sub capite tuo & recte dextera eius complectetur te.

121
Audi hoc ipsam & poni in proverbis quid
est sinistra ipsa quid est dextra. Cum sapi
entia dicitur: Longitudo inquit dierum
& annuitas in dextera eius. In sinistra
autem eius diuitias & gloria. Longitu
do illa dierum aeternitas est. hoc enim
proprio modo dicit scriptura longum qd
aeternum est. Nam quicquid finem habet
breue est. Alio loco Longitudines inquit
dierum reprobocum. & nam quid aliter
pro magnitudine diceretur; honora patrem tuam
& matrem tuam. ut longeuus sis super ter
ram; super quam enim terram nisi de qua
dicitur spes mea est tu; portio mea in terra uiuen
tium. ibi esse longeuum. quid est nisi ibi ui
uere in aeternum. Nam esse hic longeuum
quid est. nisi usque ad senectam peruenire. &
si longa uideatur aetas. cum peruenit con
uincitur breuis quia & finitur. Et multi
maledicentibus parentibus senescunt in hac
terra. Multi autem obsequentibus cito
eunt ad dm. Nam quid ergo implatur. ut
longeuus sis secundum hanc uitam. Sed lon
geuum pro aeternitate illa positum est.
longeuitas est. in dextera eius. at uero di
uitias & gloria. id est sufficientia uitae
huius. quae bona & estimantur ab hominibus.
sinistra est. nescio quis uenit. & uult tibi per
cutere dexteram. id est tollere tibi fidem
tuam accepisti a leprosum in dextera. si quis te
percuferit in dextera maxilla tua. prebe illi
sinistram. id est ut illud tollat quod tempo
rale est. non ea quae aeterna habes. Audite
paulum apostolum hoc facientem; homi
nes persequebantur. In eo quod xpianus
erat. percutiunt illi dextera. ille sinistram oppo
nebat. ciues romani sum. a te dextram con
tinebant. ille de sinistra terrebatur. quia illi
dexteram eius timere non poterant. nondum
enim xpo crediderant; quid ergo dextera
amplatur. sinistra sub capite est. Quid
est. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua;

id est. quando facis opus bonum. propter ui
tam aeternam fac. Nam si opus bonum
in terra propter ea feceris ut terrenatibi
abundent. scit sinistra tua quid faciat dexte
ra tua; nescisti dextram sinistram. Noli facere
nisi propter uitam aeternam. Ideo fac & securus
facies. hoc enim mandauit dñs. si propter solces
res humanas & solam istam uitam facis. quod
facis sinistra sola operatur. Si autem propter
uitam aeternam opereris. dextera sola operatur.
Si autem habes intentionem ad uitam aeternam.
Sed subrepat tibi cupiditas uitae temporalis. ut
attendas & iam ista querendo facis opus bonum.
ut hic tibi aliquid retribuatur. misce se sinistra
operibus dexterae; hoc uis dñs. Ueniamus
nunc ad illud quod ait psalmus. Dñs tegumen
tum tuum super manum dexterae tuae; ma
num potestatem dicit. Unde probamus quia
& manus dñi potestas dñi dicitur. Nam diabolus
qui temptauit iob. hoc ait dñs. mitte manum
tuam & tange omnia quae habes; quid est
mitte manum tuam. nisi da potestatem. Euiden
tius audi frater. ne forte carnali sensu. adhuc
cogites quia membris distinctus est dñs. Audi
euidenter quomodo dicatur. manus potestas.
ait quodam loco scriptura. mors & uita in ma
nibus linguae. Noamur linguae frustra quae
dam carnis in ore mouentur. & percutiendo
palatum. & dentes distinguunt sonos quibus lo
quimur; Ostendantur mihi manus linguae.
Lingua ergo non habet manus. sed habet manus.
quae sunt manus linguae. potestas linguae.
quid est mors & uita in manibus linguae. & ore
tuo iustificaberis. & ore tuo condemnaberis.
ergo si manus potestas. quid manus dexterae?
nihil arbitror intellegi congruentius. nisi ut
intellegamus manum dexterae. potestatem
quam tibi dedit dñs. ut si uellis ad dextram sis;
erunt enim impii omnes ad sinistram; Erunt
autem omnes filii boni ad dextram; & quidem
dicitur. uenite benedicti patris mei perci
pito regnum. quod bis paratum est. ab origine.

mundi. ut autem sis ad dextris. id est possis dici fili-
lius. potestatem accepisti. Quam potestatem
de qua dicit iohannis. dedit eis potestatem filios
di fieri. unde accepisti hanc potestatem. cre-
dentibus inquit in nomine eius. Si ergo credis
ipsa tibi potestas datae. ut sis inter filios di.
esse autem inter filios di. hoc est ad dextram
per tinere. Ergo si de tua manus dexterae
tuae. id est potestas quae data est tibi. ut sis in-
ter filios di. manus est dexterae tuae. Sed quid
ual & ipsa potestas. quam accepit homo nisi dñs
protegat. & ce credidit iam ambulat in fide.
infirmus est. in temptationes agitatur. inter
molestias. inter carnales corruptiones. inter
suggestiones cupiditatis. Inter uersutias & la-
queos inimici. Quid ual & ergo quia habet poter-
tatem & credit in xpm ut sit inter filios di.
Uae homini nisi & ipsius fidei dñs protegat.
id est ut non te permittat temptari. supra
quam potes ferre. Sicut ait apostolus. fidelis
dñs. qui non uos permittat temptari supra quam
potestis ferre. Ille ergo qui non sinit temptari
supra quam possumus ferre. quamuis iam fide-
les simus. quamuis in manus dexterae nostrae
satis nobis tegit nos dñs supra manum dexterae
nostrae. Non nobis sufficit habere manum dex-
terae. nisi ille & ipsam manum dexterae prote-
gat. & ce hoc de temptationibus dixi. intendi
te quis sequatur. protegit te dñs super manum
dexterae tuae. dixi & quod arbitror. recog-
nouistis. Si enim non recognouissetis. & de-
scripturis. ^{non} recognouissetis. non uocibus uris
intellextum urum mihi significaretis. Ergo
quia intellexistis fratres. uidete quid sequitur.
Quare protegat te dñs & super manum dexterae
id est super ipsam fidem. in qua potestatem acce-
pimus esse filios di. & esse ad dextram. quare
oportet ut protegat dñs propter scandalum.
unde sunt scandala. de duobus timenda sunt.
scandala. quia & duos sunt precepta in quibus
tota lex pendet & prophetae. dilectio di & di-
lectio proximi. &lesia propter dñm. in dno pro-

ximus diligitur. dñs autem propter dñm.
in dno intellegitur figurate dictum sol in
&lesia intellegitur figurate dicta luna.
quisquis potest errare. ut aliud de dno credat
quam oportet. non credat patrem & filium
& spm scm unius esse substantiae. deceptus
est uersutia hereticorum. maxime ari-
anorum. si aliquid minus in filio. aut minus
in spm sco. quam in patre crediderit. passus
est scandalum in dno. quisquis rursus puta-
uerit aeclesiam in una parte esse. & non eam
cognouerit diffusam toto orbe terrarum.
& crediderit eis quid dicunt. & ce hic xps & ce
illuc. Sicut modo audistis. cum euangelium
legeretur. cum ille totum orbem emerit.
quia tantum praedixit. ille tanquam
in proximo scandalizatur. aluna uirtus.
quisquis igitur errat in ipsa substantiae uer-
tatis. a sole uirtus & per diem uirtus.
quia in ipsa sapientia errat. de qua dictum est.
dies diei eructuat uerbum. Unde dicit &
apostolus. spiritualibus. spiritualia comparamus.
dies diei eructuat uerbum. spiritualibus. spirta-
lia comparantes. dies diei eructuat uerbum.
sapientiam loquimur inter. per fectos.
Quid est & nox nocti adnuntiat scientiam.
par uulis predicatur humilitas xpi. & caro
xpi. & crucifixio xpi. quia ipsum est lac. quod
sufficit paruulis. & ideo non relinquuntur
in nocte paruuli. quia lucet & luna. & iam in
nocte. id est per carnem xpi praedicatur
&lesia. quia ipsa caro xpi. caput & aeclesiae.
quisquis tibi non scandalizatur in ipsa &lesia
& carne xpi. aluna uirtus. quisq. scandali-
zatus non fuerit in uirtute illa. incommuta-
bili. & incontaminabili. non in sole quem no-
biscum uident. muscae & pecora. sed in illo
sole. de quo dicunt impii in fine. quid nobis
pro fuit superbia. & diuitiarum iactatio. quid
contulit nobis. Transierunt omnia tanquam
umbra. & cum ista dixissent. ergo inquit
errabimus. a uia ueritatis. & lumen iustitiae.

non luxit nobis & non est ortus nobis. Nū
 quid non iste sol omnibus impiis ortur. illo
 instructe de quod dictum est; qui solem
 suum facit oriri. super bonos & malos.
 ergo alium solem fecit dñs qui ortur super
 bonos & malos; istum quem uident boni &
 mali. Alius autem est ille sol. non factus
 sed genitus. per quem facta sunt omnia.
 ubi est intelligentia incommutabilis ue
 ritatis. de ipso dicunt impii. Et sol non
 ortus est nobis. quisquis in ipsa sapientia
 non errat non uritur a sole. quisquis in
 aeterna & in carne dñi. & in his que
 pro nobis temporalibus gestasunt non errat
 non uritur a luna. omnis autem homo quā
 uisiam crediderit in xpm aut ibi errat ^{aut ibi errat}
 si non in illo sit. quod dictum est. Dñs tegu
 mentum tuum super manum dexteræ
 tuæ. Ideo enim cum dixisset. dñs tegumē
 tum tuum super manum dexteræ tuæ;
 quia si quaesisset ille & dixisset. iam ecce
 est manus dexteræ mee. iam elige credere
 in xpm. accipi potestatem inter filios dei esse.
 quid est quod dñs tegumentum meum est.
 adhuc supra id est. super manum dexteræ
 meæ sequitur. Per diem sol non urit & te
 neque luna per noctem. Ad hoc igitur tegu
 mentum ^{tuum} est super manum dexteræ tuæ
 ut non te urat sol per diem neque luna per
 noctem. Nam hinc intellegite fratres. quia
 figurate dictum est. & enim reuera solem
 uisibilem sic cogitemus urit per diem. Nam
 quid luna urit per noctem. sed quid est uisio
 scandalum. Audi apostolum dicentem.
 quis infirmatur. & ego non infirmor. quis
 scandalizatur. & ego non uror. per diem
 ergo sol non urit te. neque luna per noctem.
 quare. quia dñs custodit & te. ab omni malo;
 ab scandalis in sole. & ab scandelis in luna.
 ab omni malo te custodiat. qui est tegumentū
 tuum super manum dexteræ tuæ. qui non
 dormit neque dormitabit. Et ad quem rem.

quia in temptationibus sumus. Dñs custodit &
 te ab omni malo. Custodiat animam tuam
 dñs & iam in ipsa anima; Custodiat dñs
 introitum tuum & exitum tuum & hoc & us
 que in seculum. Non quasi corpus tuum nam in
 corpore perempti sunt martyres. sed custo
 diat animam tuam dñs. quia de anima non
 cesserunt martyres. ut seuebant persecutores.
 in crispinam. cuius hodie natalicia celebramus
 seuebant in feminam diuitem & delicatam sed
 fortis erat. quia dñs tegumentum eius super
 manum dexteræ eius. ille qui eam custodiebat.
 Hæc enim fratres. Numquid est. qui in affri
 ca ignoscit clarissima fuit. & iam nobilis ge
 nere; abundans diuitiis. sed hæc omnia si
 sinistra erant sub capite erant. uenit inimicus
 qui ferit & caput. & sinistra illi obiecta est.
 quæ erant sub capite; caput supra erat. dex
 tera de super completebatur. quid pote
 rat facere persecutor. quamuis delicatae
 faeminae. erat quidem ille & seculi infir
 ma & diuitiis forte languidior. & consue
 tudine corporali infirmior. sed quid ad
 tanta munimenta. quid ad illum sponsum
 mittentem sinistram sub caput. & dexteram
 completentem. quando sic munitam ^{percu}
 teret inimicus. & tamen percussit sed in cor
 pus; Quid autem dicit. psalmus. custodiat
 dñs animam tuam. anima non cessit corpus
 percussum est; & corpus ad tempus percussū
 est; nam in finem resurrecturum est. quia &
 ipse qui dignatus est esse caput ecclesie
 prebuit corpus suum ad tempus percutiē
 dum. sed carnem suam ille triduo resuscita
 uit. carnem nostram in finem resuscitatu
 rus est. Ideo resuscitatum est caput. quo
 attendens & corpus & non deficeret; custodi
 at animam tuam dñs. Ipsa non cedat. ip
 sa non frangatur. In scandalis in persecu
 tionibus; in tribulationibus. ipse non cadat. ^{at cadat}
 deficiendo; Sicut dñs dicit. Nolite timere eos
 qui corpus occidunt animam autem non

possunt occidere. Sed eum timere qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam ignis; Hanc ergo animam tuam custodiat dominus. necedas per suum malo necedas promittenti falsa. necedas minam temporalia. Et custodiat animam tuam dominus. Et deinde. Custodiat dominus introitum tuum & exitum tuum & hoc & usque in seculum. Nam introitum ad tempus adtende. Custodiat dominus introitum tuum & exitum tuum & hoc & usque in seculum. Exitum id est custodiat. quid est introitum. quid est exitum. Quando temptamur. intramus. Quando vincimus temptationem & eximus. Audi introitum. Audi & exitum. Uasa figuli probat fornax. ait scriptura. Et homines iustos temptatio tribulationis. Si sic sunt homines iusti quomodo uasa figuli. necesse est uasa figuli intrent; & non quando intravit iam securus est figulus. sed cum & ceciderint. dominus autem securus est quia nouit qui sunt eius. & nouit qui in fornace non crepent. Illi non crepant. qui non habent uentum superbie. humilitas ergo custodit in omni temptatione. quia conualle plorationis ascendimus. cantantes canticum graduum. & dominus custodit introitum. ut salui intremus. sana fide simus. quando accedit temptatio & custodit & exitum & hoc & usque in seculum. Cum enim & ceciderimus ab omni temptatione. iam in & eterna nulla nos temptatio terreat. nulla concupiscentia salutem sollicitabit. Audi apostolum id ipsum commemorantem. id quod paulo ante commemorauit. fidelis est qui non permittet uos temptari supra quam potestis ferre. & ecce introitus tuus custoditur. quando non sinit tibi accedere temptationem. quam non potes ferre. Introitum tuum custodit. uide & exitum sic custodit. sed faciat inquit cum temptatione. & iam & exitum ut possitis sustinere. Numquid possumus nos fratres interpretari aliter. quam ipsa uerba apostoli docuerunt. Custodite ergo uos. sed non auobis quia dominus tegumentum. qui custodit. qui nec dormitat nec dormit.

Semel dormiuit pro nobis. surrexit iam non dormiuit. nemo de se presumat de conualle plorationis ascendimus non remaneamus in uia gradus in uia restant non debemus pigri remanere non debemus superbi cadere. Dicamus deo non moueatur pes noster. non dormitat qui custodit nos. Intra potestate est seum nobis facimus custodem. qui non dormit. neque dormitat quia ipse custodit israhel. Quem israhel. uidentem am. Ita erit auxiliu tuum ad domino. Ita erit tegumentum super manum dextere tue. Ita custoditur introitus & exitus tuus ex hoc & usque in seculum. Nam si de se presumeris. mo. tuus est pes tuus. Sino tu se pes iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cadis si superbus es. quia humilis in conualle plorationis dicit. neces ad mouendum pedem meum & sibi uis psalmus est. longatamen tractatio & longus sermo. putate fratres qui apud athenas beatus crispinus in uita uiuor. & immoderatio sui in conuiuio produciendo. Nonne possit hoc uobis fieri. si quis uel militaris inuitare & admittit. sine mensura bibere cogere. liceat nobis hoc facere in sermone diuino. ut inebriemini & sciamini. quem admodum dominus pluuia sua temporaliter terram dignatus est irrigare. Ut cum maiore gaudio nos nos finire & ire ad locum martiri sicut hesternadie permiseramus. Illi enim martires sine labore hic nobiscum. **EXPLICIT TRACTATUS PSALMI CXX.**
INCIPIT TRACTATUS PSALMI CXXI.
SICUT AMOR INHUMIDUS INFLAMMAT animam. & ad terrena concupiscentia & pertinet. tendenda peritura uocat & in munda precipitat atque in profunda demergit. sic amor se ad superna eleuat & ad eterna inflammat. ad ea que interueniunt neque moriuntur excitat animam. & de profundo inferni leuat ad celum. habet tamen omnes amor uim suam. Nec potest uacare amor in anima amantis. nec cessat ut eluceat. sed uis nosse qualis amor sit. uide quod dicit. Non ergo monemus ut nihil amemus & monemus ne mundum amemus. Ut eum qui fecit mundum libere amemus. Obligata enim anima amore terreno quasi uis cum habet impennis uolare non potest. Mandata

uero ab affectibus sordidissimis seculi
 tanquam & tentis pinnis & duabus alis
 resolutis ab omni impedimento id est duobus
 praeceptis dilectionis dei & dilectionis
 proximi uolat. Quomodo ad deum ascendens
 uolando quia ascendit amando. quod ante
 quam possit gemit in terra. Si iam inest ei uo-
 landi desiderium & dicit. Quis dabit mihi
 pinnas sicut columbae & uolabo & requies-
 cam; Quo autem uolauit de medius scanda-
 lis ubi gemit & ianiste. cuius haec uox
 est. quam commemorauit; De medius ergo
 scandalis ac mixtione malorum hominum apa-
 le aquibus. grana comixta sunt. uolare uult. ubi
 non patitur coniunctionem & societate iniqui
 alieuius. sed uiuat in secula societate angelorum & ciuium
 in aeterna hierusalem. Ideo psalmus iste quem
 hoc die suscepimus tractandum scitatur ipsam
 hierusalem desiderat. id est iste qui ascendit in
 hoc psalmo. Est enim cauti cum graduu quod saepe
 diximus caritati uiae. Quia non sunt gradus isti
 descendendum sed ascendendum. ascendere uult
 ergo iste. & quo uult ascendere. nisi ad caelum.
 Quid est in caelo. utrum uideo uult ascendere
 ut sit cum sole & luna & stellis. absit. Sed est in
 caelo ad aeterna hierusalem ibi sunt ciues nostri an-
 geli; ab ipsis ciuibus nostris peregrinamur in
 terra; In peregrinatione suspiramus in ci-
 uitate gaudebimus; inuenimus autem & socios
 in ista peregrinatione qui iam uiderunt.
 ipsam ciuitatem. & inuitant nos ut curramus
 ad illam. ad hoc gaudet iste quis dicit.
IUCUNDATUS SUM IN HIS QUI DIXE-
 runt mihi in domum domini ibimus. Fratres
 ueniat in mentem caritati uiae. Si qua for-
 te festiuitas martirum. & locus aliquis se-
 nominatus. quo certodie turbae confluant.
 celebrandam sollemnitatem. ille turbae
 quomodo se & suscitant. quomodo se hortan-
 tur & dicunt. eamus eamus. & querunt
 quo eamus. & dicitur. ad illum locum ad locum
 sem. Inuicem sibi locuntur & tanquam

in censi singillatim faciunt unam flammam
 & una flamma facta & conlocutione sese ac-
 cendentium. rapit illos ad locum sem. & cogi-
 tatio se seificat eos; si ergo ad locum corpora-
 lem sic rapit amor se se. qualis amor debet esse
 qui concordet rapit in caelum dicentes sibi in do-
 mum domini ibimus; ergo curramus. curramus
 quia in domum domini ibimus. curramus & non fa-
 tigemur. quia illuc perueniemus ubi non las-
 sabimur; curramus in domum domini; Iuande-
 tur anima nostra in his quae nobis dicunt
 quia enim nobis dicunt priores uiderunt ipsam
 patriam de longinquo clamantes ad posteriores
 in domum domini ibimus. ambulate currite. ui-
 derunt illam apostoli. & dixerunt nobis. cur-
 rite. ambulate. sequimini in domum domini ibi-
 mus; & quid dicit unusquisque nri. id eundatus
 sum in his qui dixerunt mihi in domum domini
 ibimus. id eundatus sum in prophetis. id eun-
 datus sum in apostolis. omnes enim isti dix-
 erunt nobis in domum domini ibimus; Stantes
 erant pedes nri in atriis hierusalem. ecce habes
 domum domini. si quaerebas quid sit domus domini.
 in illa domo domini laudatur. qui condidit domum
 in praedilectio omnium habitantium in domo.
 ipse sola spes hic & res ibi; ergo qui currunt
 quid debent cogitare quasi ibi iansint & ibi
 stent. Magna enim est ibi stare inter an-
 gelos & non deficere. qui enim inde lapsus est.
 in ueritate non stetit. quicumque non sunt
 lapsi in ueritate stant. & ille fiat quid frui.
 quia autem se frui uoluerit. cadit. quis autem
 se frui uult qui superbus est. ideo ille qui semper
 stare uolebat. in atriis hierusalem. In lumine
 tuo inquit uidebimus lumen. non in lumine meo
 & apud te inquit fons uitae non apud me. & quid
 adiecit. Non ueniat mihi pes superbiae neque
 manus peccatorum dimoueat me. ibi ceciderunt
 qui operantur iniquitatem. & pulsati sunt nec
 potuerunt stare. si ergo illi non potuerunt
 stare quia superbi fuerunt. humiliter ascen-
 de ut dicas. stantes erant pedes nri in atriis

hierusalem cogita qualis ibi futurus sis. &
quauis adhuc inuia sis hoc tibi pone ante oculos.
quasi iam ibi stes. quasi iam inter angelos in
deficiens gaudeas. & fiat in te quod dictum est.
Beati qui in habitant in domo tua in seculum se
culorum laudabunt te. stantes erant pedes
nri in matris hierusalem. cuius hierusalem.
sol & enim dici & ista hierusalem. sed ista
hierusalem. umbra est illius. & quid magnu
est stare in ista hierusalem. Quando ipsa
hierusalem stare non potuit que in ruina
conuersa. hoc ergo pro magno sps scs. & in
flammato corde. amantis huius eloquitur
quia dicit. stantes erant pedes nri in matris
hierusalem. Nonne illa est hierusalem cui
dixit dñs. hierusalem hierusalem. quae in
ficis proph&as. & lapides missos ad te. Quid
magnum ergo isto concupiscebat stare inter
illos. qui inter ficiebant proph&as & lapi
clabant missos ad te. Absit. ut de ista hierusale
sic cogit & quis sic amat. quis sic ardet. quis sic uult
peruenire ad illam hierusalem matrem nram
de qua dicit apostolus. ad uiam in caelis. audi
postremo nolui mihi credere. audi quid sequi
tur. & quam hierusalem designat & mentibus
nris. cum enim dixisset. stantes erant pedes
nri in matris hierusalem. quasi diceretur illi
de qua hierusalem dicit. de qua hierusalem
loqueris. subiicit statim. Hierusalem quae
aedificatur ut ciuitas. Fratres. quando dice
bat ista dauid. perfecta erat illa ciuitas
non aedificatur. nescio quam ergo ciuitate
dicit. quae modo aedificatur. ad quam cur
runt in fide lapides uiui. de quibus dicit ps&us.
& uos tamquam lapides uiui. coaedificamini
in domum spiritualem. id est templum sem di.
quid est lapides uiui coaedificamini. cuius si
credis. si autem credis efficieris templum di.
quia dicit paulus apostolus. Templum enim
di sem est quod est in uos. ipsa ergo modo ciui
tas aedificatur praeceduntur de montibus
lapides per manum praedicatorum ueritate.

conquadrantur ut intrent in structuram
semperternam. adhuc multi lapides in ma
nibus artificis sunt. non cadant de manibus
artificis ut possint perfecti coaedificari
in structuram templi; Est ergo ista hieru
salem. quae aedificatur ut ciuitas. fundam
tum ipsius. xps est. dicit apostolus paulus
fundamentum aliud nemo ponere potest
praeter id. quod positum est quod est xps ih̄s.
fundamentum quando ponitur in terra
de super aedificatur. p̄c̄n&es. & pondus pa
ri&um. ad imatendit. quia in imo positum
fundamentum. si autem fundamentum in
in caelo est. ad caelum aedificamur. Corpora
aedificauerunt istam structuram quam uide
tis amplam surrexisse huius basilicae.
& quia corpora aedificauerunt. fundamentu
in imo posuerunt. quia uero spiritaliter
aedificamur. fundamentum nri in sum
mo positum est. Illuc ergo curramus ibi aedi
ficemur. quia de ipsa hierusalem dictum est.
stantes erant pedes nri in matris hierusalem.
sed quam hierusalem. hierusalem quae aedi
ficatur ut ciuitas. parum dixit ut hierusa
lem ostenderet. quia dicit aedificatur ut
ciuitas. ad haec potest illa intellogi corporalis
quid si enim & si stat aliquis & dicat. iam qui
dem cum ista dicerentur. temporibus dauid
& ista canerentur. erat ciuitas illa perfecta.
sed in spu ruituram. & iterum aedificandā.
depugnata est enim illa ciuitas. & factus est
transitus in babiloniam populis captiuitatis
& dicta est in scripturis. transmigrationem
babiloniam; & p̄ph&auit hieremias post
septuaginta annos captiuitatis aedificari
posse illam ciuitatem. quae destructa erat
a debellantibus. forte ait aliquis. hoc uide
bat dauid in spu ruituram ciuitatem hieru
salem a debellantibus. & iterum post
septuaginta annos aedificari; et ideo dicit
hierusalem quae aedificatur. ut ciuitas.
Noli ergo putare illam ciuitatem esse de

quae constat & seif tamquam & lapidibus
 uiuis quid: sequitur ut tollat totam dubitatio
 nem. At enim. stantes erant pedes nri in matris
 hierusalem. Sed quam dico hierusalem non
 istam inquit qua uidetis stare cor portis
 parietibus erectam. non. sed hierusalem
 quae aedificatur ut ciuitas. quare non
 ciuitas. sed ut ciuitas. Nisi quia ista structura
 parietum quae erat in hierusalem uisibilis
 ciuitas erat. sicut propri e dicitur. ab
 omnib; ciuitas. Illa autem aedificatur
 tamquam ciuitas quia & illi qui in ea in
 trant uiuunt tamquam lapides sunt. Non enim
 uere lapides sunt. sicut illi ut lapides. non
 lapides. sic ille ut ciuitas non ciuitas. quia
 dixit aedificatur. Nomen quippe aedificiu
 structuram conpagem. quae corporum atq;
 parietum uoluit intellegi. Nam ciuitas
 propriae hominib; habitantib; intellegitur
 sed manifesta nobis ciuitatem se urbem
 dixisse. quia dixit aedificatur. & quia aedificiu
 spiritale similitudinem habet quandam
 ad aedificium corporale. ideo aedificatur
 ut ciuitas. sed dicit quid sequitur. auferat
 omnem dubitationem quia non carnaliter
 debemus accipere hierusalem quae aedificatur
 ut ciuitas. Cuius participatio eius in idipsum.
 tam modo fratres. quisquis erigit
 mentis. quisquis deponit caliginem carnis.
 quisquis mandat oculum cordis. eleuet & uide
 at. quid est id ipsum. id ipsum quomodo dicitur.
 nisi id ipsum. fratres si potestis intellegite id
 ipsum. Nam ego quicquid aliud dixerim non
 dico ipsum. conemur tamen quibusdam uicini
 tatis uerborum & significationum. perdo
 cere. infirmitatem mentis ad cogitandum
 id ipsum. quid est id ipsum. quod semper eode
 modo est. quod non modo aliud. & modo aliud
 est. quid ergo est id ipsum. nisi quod est. quid
 est quod est. quod aeternum est. Nam quod
 semper. aliter atq; aliter est. non est. quia non
 manet. Non omnino non est. sed non summe est.

& quid est. quod est. Nisi ille qui quando mit
 tebat moysen dixit illi. Ego sum quisum. quid
 est hoc nisi illo cui cum diceret & famulus eius.
 Ecce mitto me. si dixerit mihi populus quis
 te misit. quid dicam ei. Nomen suum non
 uoluit aliud dicere. quam ego sum quisum.
 & ad id et ait. Dices itaq; filius israhel.
 qui est mens ad uos. Ecce id ipsum. ego sum
 quisum. qui est misit me ad uos. non potes
 capere. multum enim intellegere. multum est
 adprehendere. R & in quod pro te factus
 est quem non possis capere. R & in eam carnem
 xpi. in qua leueris aegrotus. & ca uulneribus
 latronum semi uiuus relictus. ut ad stabulu
 perducereris & ibi sanareris. & curramus
 ad domum dni. & perueniamus ad ciuitatem
 ubi stant pedes nri. ciuitatem quae aedificatur
 ut ciuitas. cuius participatio eius in id ipsum.
 Quid enim debet tenere. quod pro te factus est
 xpi. quia ipse xpi est. & ipse xpi re te intelle
 gitur. ego sum quisum. quomodo est in forma
 di. ubi non rapinam arbitratus est esse. aequa
 lis do. ubi est id ipsum. ut autem tu officiaris
 particeps in id ipsum. factus est ipse prior
 particeps tui. & uerbum caro factum est & ha
 bitauit in nobis. & semine uenit abraham & isaac
 & iacob. quod & semine eorum benedicerentur
 omnes gentes. & inde uidemus aedesiā toto
 orbe diffusam. Loquitur ad infirmos. firmitatem
 cordis quaesiuit cum diceret. ego sum qui
 sum. firmitatem cordis quaesiuit & aciem
 contemplationis erectam cum dixit. qui est
 misit ad uos. sed nondum habes fortem con
 templationem. noli deficere. noli desperare.
 qui est uoluit esse homo ut tu es. Et ideo se
 cutus est moysi. quasi & pauescenti nomen.
 quod nomen quod est est. & dixit inquit dn̄s
 ad moysen. Ego sum ds abraham. & ds isaac.
 & ds iacob. hoc mihi nomen est in aeternum.
 Noli de te desperare. quid dixi ego sum quisum.
 & qui est misit me ad uos. quia tum modo fluctuas
 & mutabilitate rerum & uarietate.

ut caro particeps uerba
 quia uero quod uerbu caro fac
 promissu ex abrahā
 tu est

mortalitatis humanae percipere non potes
quod est id ipsum. ^{nom} ego descendendo quia tu ueni
re non potes. Ego sum deus abraham & deus isaac
& deus iacob. In semine abraham spera aliquid
ut confirmari possis. ad uidentem qui uenit
ad te in semine abraham. Ergo hoc est id ipsum
de quo dictum est. mutabis ea & mutabuntur.
Tu autem idem ipse es. & anni tui non deficient.
Ecce id ipsum cuius anni non deficient. Fratres
nonne anni nostri cotidie deficient. nec stant
omnino. Nam & qui uenerunt iam non sunt
& qui futuri sunt nondum sunt. Iam illi deso-
cerunt. & illi desoeturi uenturi sunt. In hoc
ergo ipso uno die fratres. & ecce modo loquimur
in momento est. praeterite horae transierunt.
futuram nondum uenerunt. & cum uenerunt
& ipse transibunt. deficient. qui sunt anni
qui non deficient. nisi qui stant. Si ergo ibi anni
stant. & ipsi anni qui stant unus annus est. ipse
unus ^{annus} qui stant unus dies est. quia ipse unus dies
nec ortum habet. nec occasum. Nec incipit
ab aeterno. nec excluditur a caetero. sed stat
semper ille dies. & quod uis uocas illum diem.
si uis annus sunt. si uis dies est. Quod cumque
cogitaueris stes. Tamen ipsius stabilitatis par-
ticipat illa ciuitas. cuius participatio est in
id ipsum. Merito ergo quia illius stabilitatis
fit participes. dicit iste qui illuc currit. Stantes
erant pedes tui in atriis hierusalem. omnia enim
ibi stant ubi nihil transit. uis & tu ibi stare
& non transire. illuc curre. id ipsum. Nemo habet
& se. intendite fratres. corpus habet. non est
id ipsum. quia non in se stat. Mutatur per ae-
tates. mutatur per mutationes locorum ac
temporum. Mutatur per morbos & defectus
carnales. Non ergo in se stat. corpus in caelestia.
non in se stant. habent quasdam mutationes suas.
& si occultas certe de locis in loca mutantur.
Ascendunt ab oriente in occidentem. & rursus
circumeunt ad orientem. Non ergo stant non sunt
id ipsum. anima humana nec ipsa stat. Quantis

enim mutationibus. & cogitationibus uariatur.
quantis uoluptatibus. immutatur. Quantis capi-
ditatibus diuerberatur atque discinditur.
Omens ipsa hominis. quae dicitur rationalis
mutabilis est. non est id ipsum. modo uult. mo-
do non uult. modo scit. modo nescit. modo
meminit. modo obliuiscitur. ergo id ipsum
nemo habet & se. qui uoluit & se habere. ipsum
ut quasi ipse sibi esset & id ipsum lapsus est. cecidit
angelus. & factus est diabolus. propinquit
homini superbiam. deicit secum in uidentem
eum qui stabat. isti sibi uoluerunt id ipsum esse
sibi principari sibi dominari uoluerunt. Nolu-
erunt habere uere deum qui uere est. id ipsum.
Cui dictum est. Mutabis ea & mutabuntur. Tu
autem idem ipse es. Iam ergo post tantum lan-
guorem. post tantos morbos difficultates. labo-
res. rediit anima humiliata ad id ipsum & sit
in illa ciuitate cuius participatio eius in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus. Quae rebamus
quo ascendat qui cecidit. quia diximus ascenden-
tis hominis uox est. ascendens a caelestia.
putamusne quo ascendit quod it. quo erigitur
quo ascendit. illuc enim ascenderunt. inquit
tribus. Quo ascenderunt tribus in ciuitatem
cuius participatio eius in id ipsum. ergo illuc
ascenditur in hierusalem. homo autem qui
descendere debet de hierusalem in hiericho
incidit in latrones. non descendit & non incidit
in latrones. quia uero descendendo incidit
in latrones. Ascendendo ueniat ad angelos.
Ascendat ergo qui ascenderunt tribus. Sed
quid sunt tribus. Multi nouerunt. multi
non nouerunt. sed & nos qui nouimus. descen-
damus ad illos qui non nouerunt. tribus utro-
bis cum ascendant. Quo ascenderunt tribus.
tribus alio nomine dici possunt curiae
sed non propriae. itaque tribus. unum nomine
alio proprie dici non possunt. Sed uicino
dicuntur curiae. Nam proprie si dixerimus.
non intelleguntur nisi curiae. quae sunt in ci-

ciuitatibus singulis singulae, unde curiales
& decuriones id est quod sint incuria uel de
curia: & notis quia tales curias singulas ha
bent singulae ciuitates; Sunt autem ut erant
aliquando in istis quoque ciuitatibus curiae
& iam populorum. & una ciuitas curias mul
tas habet. Sicut roma triginta & quinque
curias habet & populi. Hae dicuntur tribus
has populus israhel. duodecim habebat secun
dum filios iacob; Duo decim tribus erant po
populi israhel. sed erant ibi mali. erant ibi
boni; quoniam enim male tribus quae crucifi
xerunt dnm; Quoniam bone tribus. quae cogno
uerunt dnm. Ille ergo tribus quae crucifi
xerunt dnm tribus sunt diaboli; cum ergo hic
diceret illuc ascenderunt tribus. Ne omnes
tribus intellegeret addidit. Tribus dnm.

Quid est tribus dnm? quae cognouerunt dnm
& ipsi enim duodecim tribus mali erant ibi
boni; de bonis tribus quae cognouerunt fabri
catorem ciuitatis; & ipsa erant grana inter tri
bus illas quae inter paleam commixta. ascen
dunt autem non cum paleis sed purgatae tribus
electae quasi tribus dnm; Illuc ascenderunt
tribus tribus dnm. Quid est tribus dnm?

Testimonium israhel; Hoc quid sit fratres au
ditis. Testimonium israhel. id est in quibus
cognoscatur quia est uere israhel. Quid est
enim israhel. interpretatio nominis eius dic
tā iam & sepe dicatur. forte enim & si recens
dicta est. & cedit dicendo nos; Faciamus ut
non excidat. & iam eius legere non nouerunt
aut nolunt. Nos simus codex ipsorum;

Israhel uident dnm interpretatur; Immo dili
gentius discussio uerbo sic interpretatur israhel
est uident; uerumque est uident dnm; Quia ho
mo in se non est mutatur enim & uertitur
si non participat eius qui est id ipsum. Tunc
est quicquid uident dnm; Tunc enim est quan
do uidet eum qui est. & uidendo eum qui est.
fit & ipse pro modo suo ut sit. ergo ipse est

israhel est uident; Superbus ergo non est israhel
quia non participatio eius in id ipsum. quia ipse
sibi uult esse id ipsum. qui uult sibi esse princi
pium. Non est ergo israhel. Omnis ergo fictus
non est israhel quia omnis superbus necesse
est ut fictus sit; hoc dico fratres. necesse est
ut omnis superbus uelit uideri quod non est
aliter non potest; Et utinam fratres mei. sic
uelit superbus uideri. quod non est. ut uellat
uideri uerbi causa coraulae. cum coraulae non
esset; Cito enim probaretur. Diceretur etiam ta
uideamus utrum coraulae sit. Non possit inue
niretur falso uideri quod non erat; dixit
se eloquentem. diceretur eloquere. & pro
bas illocutus fuerit. Inuenitur non hoc esse
quod professus est. superbus quod peius est.
iustum seu uelit uideri cum non sit; Et quia
iustitiae intellegere difficile est. Difficile
est superbos agnoscere; uolunt ergo super
bi uideri quod non sunt. Ideo non est parti
cipatio eorum in id ipsum; Non pertinent
ad israhel qui est uident dnm; Quis ergo per
tinet ad israhel? qui est participans in id ip
sum; Quis est qui participat id ipsum?
Qui confitetur se non esse quod dicitur; Et ab
illo habere quod bonum potest habere; A se
autem non esse nisi peccatum. Ab illo sibi esse
iustitiam. Talis est in quo dolus non est; Et
dicit uident nathanaelem quid ait. ecce
uere israhelita in quo dolus non est; Tribus
illae ascenderunt ad hierusalem in quibus
dolus non est; & ipsae sunt testimonium
israhel. id est per illas agnoscitur. quia
erant grana inter illam paleam. Quando
area cum uidetur tota palea putabatur.
Et erant ergo ibi grana. sed cum ascenderint.
in sublimitate illae splendoris. cum fuerit
area uentilata. Tunc erit testimonium israhel.
Tunc dicent omnes mali uere quia erant ibi iusti
inter malos. quando nobis omnes mali uideban
tur. & quales nos eramus tales omnes putabamus;

Sic ergo uere israhelita
in quo dolus non est

Testimonium israhel quo ascendunt quare
ascendant; Ad confitendum nomini tuo
dñe; Magnificentius dici non potest. sicut
superbia presumpsit. sic humilitas confitetur
quomodo presumptor est. qui uult uideri
quod non est. sic confessor est. qui non uult ui
deri quod. est ipse & amat quod est. Ille
ad hoc ergo ascendunt israhelites. in quibus
dolor non est. Quia sunt uere israhelites. quia
in ipsis est testimonium israhel; Ad hoc ascen
dunt ad confitendum nomini tuo dñe;
Quo ibi sederunt sedes in iudicium; Mirum
enigma. mira questio. Si non intellegatur.
sedes dicit. Quod greci thronos appellant;
Thronos greci sellas dicunt. Tamquam hono
rabiles; Ergo fratres mei non est mirum.
si sedeant homines in sedibus in sellis; Ut autem
ipse sedes sedeant. quomodo possumus intel
legere; Tamquam si dicat aliquis sedes hic cathe
drae. aut sedeant hic selle. In sella sedetur. In
sedibus sedetur. In cathedris sedetur. In sedibus
sedetur. Non ipse sedes sedent. Quid est ergo hoc?
Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium; Certe
solus & is audire dño dicente; Caelum mihi thro
nus est. Terra autem scabillum pedum meorum;
Latinus autem totum sic dicitur. Caelum mihi
sedes est. qui sunt isti nisi iusti. Qui sunt caeli
nisi iusti. qui caelum. ipsi caeli. quia quae uede
sunt. ipsa & caelestia. Sic sunt multae ut una sit.
Sic ergo & iusti. ita sunt iusti. caelum ut caeli sint.
In ipsis autem sedet dñs. et de ipsis iudicat dñs. &
non sine causa dictum est. Caeli enarrant glo
riam dñi. apostoli autem facti sunt caelum;
Unde facti sunt caelum. quia iustificati; Quo
modo peccator factus est terra. uide dictum est.
Terra es & in terram ibis. sic iustificati facti sunt
caelum; Portauerunt dñm. & de ipsis dñs corus
cabat miracula. Tonabant terrores. pluebat
consolationes. Erant ergo illi caelum. & enar
rabant gloriam dñi. Nam ut noueritis ipsos dictos
caelum. ibi ait in ipso psalmo; In omnem terram.

& ut sonus eorum & in fines orbis terrae uerba illo
rum. Quae res quorum & inuenies caelorum. Si
ergo caelum sedis dñi. apostoli autem caeli. & ipsi
facti sunt sedes dñi. ipsi sunt throni dñi. Dicitur est
alio loco. Anima iusti thronus sapientiae. Mag
na res. magna res dicta est. Anima iusti thronus
sapientiae. Idest anima iusti thronus sapientiae.
Idest in anima iusti sedes sapientiae tamquam in
sellasua. Tamquam in throno suo. & inde iudicat
quicquid iudicat; Ergo erant throni sapientiae.
Et ideo dixit illis dñs; Sedebitis super duodecim
thronos iudicantes duodecim tribus israhel.
Sic & ipsi sedebunt super duodecim sedes. & ipsi sunt
sedes dñi. De illis dictum est. Ibi enim sederunt
sedes. Quo ibi sederunt sedes. qui sederunt sedes.
& qui sunt sedes. de quibus dictum est. anima iusti
sedes sapientiae. qui sunt sedes caeli. qui sunt caeli.
caelum quod est caelum. de quo dicit dñs. caelum
mihi sedes est. & ipsi iusti sunt sedes & habent sedes.
& in illa hierusalem sedebunt sedes. Ad quam veni
in iudicium. sedebitis inquit super duodecim
sedes. Quos sedes iudicantes duodecim tribus
israhel. Quos iudicantes in fratribus qui sunt in terra;
Qui iudicabunt qui facti sunt caelum; Illi autem
qui iudicabuntur. in duas partes diuidentur.
Una ad dextram altera ad sinistram erit;
Iudicabunt cum xpō. scilicet. uenient enim in iudi
cium cum senioribus; populi. ait esaias. Alii sunt
ergo qui cum illo iudicabunt. Alii qui ab illo iudi
cabuntur. Et ab illis qui cum eo iudicabunt diui
dentur. Ergo isti in duas partes. una ponitur
ad dextram. cui enumerabuntur elemosinae.
quas fecerunt. Alia ponitur ad sinistram. cui
numerabuntur crudelitas. & sterilitas misericor
diae; Et illis ad dextram constitutis dicitur;
Uenite benedicti patris mei percipite regnum.
quod uobis paratum est. ab origine mundi;
Quare. Esuriui inquit. & deditis mihi mandu
care. & illi. Quando te uidimus. esurientem.
& ille. Cum uni geminim meo fecisset mihi
focistis; Ergo. quid est fratres. Illi iudicabit.

de quibus dictum est. ut fiant amici de mamona
 iniquitatis. ut & ipsi inquit recipiant uos in taber-
 nacula aeterna. scilicet sedebunt dno. Attendere
 qui fecerunt misericordiam. Et adsumunt
 illos separatos in dextram in regnum caelorum
 & ipsa est pax hierusalem. Quae est pax hieru-
 salem. ut opera misericordiae corporalia.
 iungantur operibus. predicationis spiritualibus.
 & fiat pax dando. & accipiendo. At enim
 apostolus. qui rationem dati & accepti dicit
 et sic ista selemosinal. At ergo. si nos uobis spi-
 ritualia seminauimus. magnum est si uia car-
 nalium & amamus. & de ipsa re. alio loco ait. qui
 multum non habundauit. & qui modicum non
 defuit. Illi quare. qui multum abundauit.
 quia quod plus habebat dedit indigenti. Et quid
 est qui modicum non defuit. illi quia accepit
 ab illo qui abundauit ut fiat inquit aequalitas.
 Ipsa est pax. de qua dicitur. Fiat pax in uirtu-
 te tua. Namque cum dixisset. quoniam ibi se-
 derunt sedes in iudicio. Sedes super domum
 dauid. id est super familiam xpi. cui dederunt
 in tempore cibariam. statim tamquam ipsi sedib;
 ait. Interrogate quae ad pacem sunt hierusalem;
 Quos sedes quia sedetis ut iudicetis. & fac-
 ti estis sedes dñi iudicantis. quoniam qui iu-
 dicant interrogant; qui iudicantur interro-
 gantur; Interrogate inquit quae sunt ad pa-
 cem hierusalem. Interrogando quid inueni-
 ent. Alios fecisse misericordiam. alios non
 fecisse; Quos inuenient fecisse misericordiam.
 ipsos uocabunt ad hierusalem. quia ipsa sunt
 ad pacem hierusalem; Dilectio fortis res fra-
 tres. Dilectio fortis res. uultis uidere qua
 fortis sit dilectio. Quisquis per aliquam ne-
 cessitatem non potuerit implere. quod iube-
 di. am & illum qui implet. & in illo implet.
 Intendat caritas uia. ^{uobis gratia} uxorem habet. quam
 dimittere non potest; Oportet ut obtempe-
 rat. apostolo dicenti. uxori uir debitum red-
 dat. & alligatus est uxori neque fieri solutionem;

uenit in mentem quia melior est illa uita. De
 qua dicit idem apostolus. uellem omnes esse
 sicut me ipsum. Attendit eos qui hoc fecerunt.
 amat eos. & in ipsis implet. quod in se non potest.
 fortis res est dilectio. ipsa est uirtus nra.
 quia si in illa non fuerimus nihil potest. quic-
 quid aliud habuerimus; Si linguis hominum
 loquar inquit apostolus & angelorum. cari-
 tatem autem non habeam. factus sum aera-
 tum sonans aut cymbalum tinniens. Adiungit
 aliud magnum. quod si distribuero omnem
 substantiam meam. & si tradidero corpus
 meum ut ardeam. caritatem autem non habeam
 nihil mihi prodest; Si autem sit sola caritas
 non inueniat. quod distribuat pauperibus.
 diligat solum calicem aquae frigidae det.
 Tantum illi imputatur. quantum hactheo.
 qui dimidium patrimonii donauit paupe-
 ribus. Quare hoc ille tam modicum dedit.
 ille tam multum dedit. Et tantum illi inpu-
 tatur. tantum planctus. In par enim facultas.
 sed non impar caritas. Illi ergo interrogant.
 uos cogitate quid estis. iam & ceditum est
 nobis. in domum dñi ibimus; Idcirco datus sum
 certum his. qui dixerunt nobis in domum dñi
 ibimus. uidete ergo sumus. Non enim pedibus
 imus sed affectibus. uidete si imus interro-
 gati & interrogati se unusquisque. utrum qualis est
 erga pauperem sanctum. erga indigentem
 fratrem. qualis est erga egentem mendicum;
 uideat si uiscera eius non sunt angusta. quia
 interrogare te habent sedes. quae sedebunt
 in iudicium; Et debent inuenire quae sunt
 ad pacem hierusalem; & quomodo interro-
 gant. Tamquam sedes dñi. dñi interrogat; Sic dñs
 aliquid latet. & illas sedes interrogantes ali-
 quid fugere potest; Interrogate quae sunt
 ad pacem hierusalem; Quae sunt ad pacem
 hierusalem; Et abundantia inquit his
 qui diligunt eum. ad ipsam hierusalem con-
 uertit uocem abundantiae illis his qui diligunt eam;

Abundantia & inopia: hic inopes ibi abundan-
tes; hic infirmi ibi firmi; hic egem ibi diuites;
unde facti diuites qui dederunt hic quod acce-
perunt ad o. Ad tempus: & ceperunt ibi quod
postea d. & tribuet in & eternum. Hic fratres
mei & diuites & pauperes sunt. Bonum est
diuiti ut agnoscat se pauperem. Si enim
plenum se putat. Tumor est illis. non ple-
nitudo; Agnoscat se inanem ut possit
impleri. Quid habet aurum; quid nondum
habet uitam aeternam; At tendat quid ha-
beat & uideat quid non habeat; Fratres
& eo quod habet d. ut accipiat quod non
habet; Forat & eo quod habet. Illud quod non
habet; Et abundantia in his quid diligunt
eam; **F**iat pax in uirtute tua; O hierusa-
lem. O ciuitas quae aedificauit. ut ci-
uitas cuius participatio tua in ipsum.
Fiat pax in uirtute tua. **F**iat pax in dilec-
tione tua. Quia uirtus tua dilectio tua;
*Magnus uirtus uali-
di ut mors dilectio* Audi cantica caritatorum. ualida est sicut
mors dilectio; Magnificentius & primi
non potuit. fortitudo caritatis; quam ut
diceretur. ualida est sicut mors; qui sen-
resistit morti fratres; Intendat caritas
ur. Resistitur ignibus undis ferro. resis-
titur potestatibus resistitur regibus; uenit
una mors. qui ei resistat. Nihil est illa
fortius. propterea uirtus eius caritas com-
parata est. & dictum est. ualida sicut mors
dilectio; Et quia & ipsa caritas occidit quo-
sumus. ut simus quod eram us. facit in no-
bis quandam mortem dilectio ipsa
Morte mortuus erat quid dicebat. mun-
dus mihi crucifixus est. & ego mundo;
Ipsa morte mortui erant. quibus dicebat;
Mortui enim estis. & uita uera abscondi-
ta est cum xpō in dō; ualida est sicut
mors dilectio. Si ergo ualida fortis est.
& magna uirtutis. & ipsa est uirtus
& per ipsam reguntur infirma a firmis;

Terra a caelo populi a sedibus; Ideo fiat
pax in uirtute tua. fiat in dilectione
tua. per istam uirtutem. per istam dilec-
tionem. per istam pacem. **F**iat
ABUNDANTIA IN TURRIBUS TUIS.
Id est in excelsis tuis. pauci enim sede-
bunt in iudicio; Sed multi ad d. & t. &
positi faciunt populum ciuitatis illius;
multi enim pertinebant ad singulos quos-
que & celsos. a quibus recipientur in taber-
naculo aeterna; Et erit abundantia in
turribus eius. Plenitudo autem dilecti
& sufficientia diuitiarum ipsed. ipse id
ipsum ipse cuius participatio eius ciuitatis
in ipsum. ipsa erit abundantia nra. sed
unde. per caritatem. hoc est per uirtutem.
In quo est autem caritas fratres. qui non sua
quaerit in hac uita; Audi paulum apos-
tolum habentem caritatem. ait placeo
omnibus per omnia. sic & ego omnibus
per omnia placeo; Ubi est ergo quod dixis-
ti. si adhuc hominibus placere. xpi seruus
non essem. & modo dicere placere. & mo-
do hortaris. ut & illi placeant. sed non ibi
posuit finem. ut quis propter se. non propter
caritatem placeat. Qui gloriam suam querit
non querit salutem aliorum. At enim
sicut & ego omnibus per omnia placeo. non
querens quod mihi prodest. sed quod multos
ut salui fiant. Ideo & hic cum de caritate dice-
ret. **P**ROPTER FRATRES meos inquit & pro-
pinquos meos loquebar. **p**acem d. &
O hierusalem ciuitas cuius participatio
in ipsum; Ergo in hac uita. & in hac terra
ego peregrinus & gomens nondum perfru-
ens pax tua. predicans pacem tuam. Non
propter me illam predico. Si hereticus qui
querentes gloriam suam. dicunt pax uobis
cum. & pacem non habent. quem populus
predicant; Si enim haberent pacem
non conscinderent unitatem;

Egomquit loquebar pacem de te. Sed qua
 re. Propter fratres meos. et propinquos me
 os. Non propter honorem meum. Non prop
 pecuniam meam. Non propter uitam meam.
 Nam mihi uiuere xps est. Et mori lucrū.
 Sed loquebar pacem de te. propter fra
 tres meos & propinquos meos. Nam cupi
 ebat ipse dissolui. Et esse cum xpo. Et quis
 ita praedicaret propinquis et fratribus.
 Manere ergo in carne necessarium in
 quit propter uos. Propter fratres meos
 & propinquos meos loquebar pacē de te.

Propter domum dñi dī mei. quae si u bona
 tibi. Non propter me quae si u bona. nam
 non tibi quaererem sed mihi. Ideo ne ego
 haberem. quia non tibi quaererem. Sed
 propter domum dñi dī mei. propter scōs.
 propter peregrinos. propter inopes eius. ut
 ascendant. quia dicimus eis. in domum dñi
 ibimus. Propter ipsam domum dñi dī mei
 quae si u bona tibi. Haec fratres prolixi
 ora et necessaria capite. manducate & bi
 bite. conualescite. currite. ad praehendite.

EXPLICIT DE PSALMO. CXXI.

INCIPIT DE PSALMO. CXXII.

Ascendens cantica ex ordine cum scitate
 uestra consideranda suscepi. Ascendit et
 amans. Et deo ascendens. quia
 amans. Omnis amor. aut ascendit. aut
 descendit. Desiderio enim bono. Leuamur
 ad dñm. Et desiderio malo ad ima praeci
 tamur. Sed quia iam malo desiderio lap
 si cecidimus. super est nobis si agnoscerimus.
 quis a nos non ceciderit. sed discenderet.
 haerendo illi ascendere. quia uiribus nostris
 non possumus. Ipse dixit dñs ih̄s xps nemo
 ascendit in caelum nisi qui de caelo descen
 dit filius hominis qui est in caelo. Tam quā
 se solum uidetur dixisse. Ergo caeteri re
 manserunt quia solus ascendit qui solus des
 cendit. quid debent facere ceteri. unū cor

pori ipsius ut sit unus xps qui descendit. & as
 cendit. Descendit caput. ascendit cum corpore.
 uesatus ecclesia sua. quam sibi exhibuit sine ma
 cula & ruga. Solus ergo ascendit. sed et nos
 quando cum illo. sic sumus. ut in illo membra
 eius simus. Et nobiscum solus est. Et ideo unus
 est & sempiternus. Unitas nos compaginat uni
 & illi soli. cum illo non ascendunt. quicum illo
 unū esse noluerint. Iam uero quō ipse qui
 in caelo positus est. & carne suscitatus in mor
 talis. per quam fuit ad tempus mortalis.
 Et nihil in caelo persecutionum patiens. nihil
 malitiarum & obprobriorum. sicut in hac
 terra. quando pro nobis omnia sustinere
 dignatus est. Compassus tamen corporis suo
 in terra laboranti. Dixit. saule saule. quid
 me persequeris. Iam ipsum nemo tangebatur.
 Et se pati persecutionem. de caelo clamabat.
 Non propter spem esse debemus. Immo cum
 magna fiducia praesumere. Quia si per cari
 tatem ipse nobiscum in terra est. per eandem
 caritatem. Et nos cum illo in caelo sumus. Sed
 diximus quem admodum nobiscum ipse in ter
 ra sit. Uocem eius diximus de caelo sonantis.
 saule saule. quid me persequeris. Cum eum
 saulus omnino non tangeret. sed nec uideret.
 Quomodo autem ostenditur. quia et nos cum
 illo in caelo sumus. Eodem ipso paulo. dicente.
 apostolo. si resurrexistis cum xpo. quae sur
 sum sunt quaerite. ubi xps est in dextera di
 sedens. Quae sursum sunt sapite. non quae
 super terram. mortui enim estis & uita ue
 stra abscondita est cum xpo in dño ih̄s. Ergo
 et ille adhuc deorsum est. & nos iam sursum
 sumus. Ille deorsum est. compassione cari
 tatis. Nos sursum sumus. spe caritatis. Spe
 enim salui facti sumus. sed quia spes nostra cer
 ta est. Quamuis futurum sit. sic de nobis dici
 tur. quasi iam factum sit. Ascendat ergo iste
 cantator. sed uno quoque corde uestrū cantet. hic
 homo. & unusquisque sit iste homo. Cum enim dicitur

illud singuli quia omnes unum estis in xp̄o.
unus homo illud dicit. ^{& non} ad te dñe leuauimus
oculos nostros. sed ad te dñe leuauimus oculos me-
os. Debetis quidem putare unumquemque
ueferum loqui. sed unus ille maxime loquitur.
Qui etiam diffusus est toto orbe terrarum.
Unus ille loquitur. qui alibi dicit. A finibus
terrae ad te clamaui. Dum angeretur cor me-
um. Quis est qui clamat a finibus terrae.
Qui unus homo diffusus est usque ad fines terrae.
Unusquisque homo in regione sua potest cla-
mare. numquid a finibus terrae. sed heredi-
tas illa xp̄i de qua dictum est. Dabo tibi gen-
tes hereditatem tuam. & possessionem tuam
terminos terrae. Ipsa clamat et dicit. A fini-
bus terrae ad te clamaui. Dum angeretur cor
meum. Angatur cor nostrum. et clamemus
unde angatur cor nostrum. Non debis quae
hic patiuntur. & mali. Uerbi gratia. quidam
num patitur. Nam si unde angatur cor cinis est.
Quia nescio quem tuorum ex uoluntate dñi ami-
sisti. si unde angatur cor quid magnum. Hinc
anguntur & corda infidelium. ista patiuntur
& qui nondum in xp̄o crediderunt. Unde an-
gitur cor xp̄iani. Quia nondum cum xp̄o ui-
uit. Unde angitur cor xp̄iani. Quia peregrina-
natur. & desiderat patriam; si unde angitur
cor tuum. Etiam si felix secundum saeculum
fueris gemis. Et si omnia prospera confluant.
Et undique tibi istemundus adrideat. Tutam-
en gemis. Qui in peregrinatione te constitu-
tum uidet. Et sentas iam quidem te habere fe-
licitatem. secundum oculos stultorum. sed
nondum secundum promissionem xp̄i. illam
quaerens gemis illam quaerens desiderat. Et
desiderando ascendis. Et ascendendo cantas can-
ticum graduum. & cantando canticum
graduum dicis.

Ad te leuauimus oculos meos. Qui habitas in cae-
lo. Ascendens quo leuatur uerax oculos nisi
illuc quocumque dicit. Et ascendere desiderabat.

De terra enim ad caelum ascendit. Ecce
terra deorsum. quam calcamus pedibus
nostris. Ecce etiam caelum sursum. quod uide-
mus oculis nostris. Et ascendenda. cantamus.
Ad te leuauimus oculos meos qui habitas in caelo.
Ubi sunt ergo scalae. Tanta enim inter ualla
conspicimus inter caelum & terram. tanta
separatio est. tanta spatia locorum. illic uo-
lumus ascendere. scalas non uidemus. Num
quid forte fallimus nos quia canticum gradu-
um. id est canticum ascendens cantamus.
Ascendimus ad caelum sic cogitamus dñm. quia
ascensus in corde fecit. Quis est ascendere in cor-
de. proficere in dñm. Quomodo omnis quid de-
cit. non descendit sed cadit. sic omnis qui profi-
cit. ascendit. sed si sic proficiat ut non sup-
biat. si sic ascendat ut non cadat. si autem pro-
ficiendo superbiat. ascendendo iterum cadit.
Sed ut non superbiat quid debet facere.
Leuet oculos suos ad illum qui habitat in cae-
lum. non se adtendat. Omnis enim superbius
se adtendit. & magnus sibi uidetur. qui sibi
placet. sed qui sibi placet. stulto homini pla-
cet. Quia ille ipse stultus est. cum sibi placet.
Securus placet. quid placet. Et quis est qui pla-
cet dñ. cui placuerit dñ. Displicere sibi dñ non
potest. placeat et tibi. ut placeas illi. sed tibi
ille placere non poterit. nisi ut tibi displice-
ris. si autem displicis tibi. tolle a te oculos.
Ut quid te enim adtendis. si enim uerum te
adtendis. inuenis in te quod tibi displiceat.
Et dicit dñ. peccatum meum contra me est
semper. peccatum tuum sit ante te. ut non
sit ante dñm. Et tu noli esse ante te. ut sit ante
dñm. Quomodo enim uolumus ut non auer-
tat faciem a peccatis nostris. Nam utrumq;
illi cantat in psalmis. Ne auertas faciem
tuam a me. uox est psalmi. Uox est ergo nostri.
Et ille qui dicit. ne auertas faciem tuam
a me. Uide quid dicat. alio loco. Auerte

faciem tuam a peccatis meis, si uis auer-
 tat faciem suam a peccatis tuis. Tu ipse autem
 auerte faciem a peccatis tuis noli auerte-
 re. si enim ab eis non auerteris faciem tuam.
 ipse irasceris peccatis tuis. Si autem tu non
 auerteris faciem tuam a peccatis tuis. Tu
 agnoscis & ille ignoscit; at uero ad te leua
 oculos ad illum & dic. Ad te leuaui ocu-
 los meos qui habitas in caelo. Caelum fra-
 tres mei sic corporaliter intellexerimus
 hoc quod uidemus oculis corporeis uere
 sic errabimus ut non putemus nos illuc as-
 cendere. nisi scilicet positus aut aliquibus
 machinamentis. Si autem spiritaliter
 ascendimus. spiritale caelum intellegere
 debemus. si ascensus in affectu caeli iusti-
 tia. Quod est ergo caelum dei omnes scilicet
 animae. Omnes iustae animae. Nam et
 apostoli quamuis in terra essent carne. Cae-
 lum erant. Quia in illis deus sedens per totum
 mundum ambulabat. Ergo habitat in cae-
 lo. Quomodo dicit in alio psalmo. Tu autem
 in seculo habitas laus ista qui habitat in caelo.
 habitat in seculo. seculo quid. nisi templo suo. Tem-
 plum enim dei sanctum est. quod est in uos; sed omnes
 adhuc infirmi. & secundum fidem ambu-
 lantes secundum fidem sunt templum dei.
 erunt aliquando & secundum speciem.
 templum dei. quam diu sunt templum. secun-
 dum fidem. Quam diu in ipsis christi per fide
 habitat. sicut dicit apostolus. habitare christum
 per fidem in cordibus uestris. Sunt autem
 iam caeli in quibus per speciem habitat deus.
 uidentes eum facie ad faciem. Omnes sancti an-
 geli. Omnes sanctae uirtutes. potestates. sedes.
 dominationes. hierusalem illa caelestis.
 Unde peregrinando ingemescimus. & qua
 desiderando oramus ibi habitat deus. illuc le-
 uauit iste fides. illuc ascendit affectu de-
 siderando. Et ipsum desiderium facit animam
 de sudare sordes peccatorum. Et mundari

ab omni labe. ut fiat & ipsa caelum. quae le-
 uauit oculos ad eum qui habitat in caelo. Nam
 si caelum istud corporeum. quod oculis uidemus
 intellexerimus esse habitationem dei. Transitus autem
 est habitatio dei. quia caelum & terra ^{transit} ubi
 habitat. sed dicit aliquis. Et antequam face-
 ret deus seculum ubi habitabat. In se habitabat deus <sup>facere de caelo
& terram</sup>
 apud se habitabat. Et apud se est deus. Et quan-
 do dignatur habitare in seculis. non sic sunt seculi
 domus dei. ut ipsa subtracta cadat deus. Aliter
 enim habitamus in domo. aliter deus in seculis. Tu
 habitas in domo. si subtracta fuerit cadis.
 Deus autem sic habitat in seculis. ut si ipse de seculis de-
 rit cadant. Qui cumque ergo sic portat deum
 ut sit templum dei non putet se esse portari deum
 ut terreat deum si se subducatur. Uae illi si se
 subtraxerit deus. quia ipse cadit. nam deus in
 se permanet. In quibus nos habitamus ipsa
 nos continent. In quibus deus habitat ipse illos
 continet. Iam uideat quantum inter est inter
 nostram habitationem & dei. Et sic dicat ani-
 ma. ad te leuaui oculos meos qui habitas in cae-
 lo. ut intellegat quia deus nec caelo indiget.
 ubi habitet. sed caelum ipso indiget ut ab ip-
 so inhabitetur. Quid ergo sequitur. quia di-
 xit ad te leuaui oculos meos qui habitas in cae-
 lo. Quomodo leuaui oculos tuos.

Ecce sicut oculi seruatorum in manibus domi-
 norum suorum. & sicut oculi ancillae in ma-
 nibus dominae suae. sic oculi nostri ad deum
 nostrum. quo ad usque miseratur nostri.
 Et serui sumus & ancillae sumus; ille & dominus &
 domina est. Aut quid sibi uolunt ista uerba.
 Et quid sibi uolunt istae similitudines rerum.
 Ad tendat aliquantum caritas uestra. Non mi-
 rum si serui sumus & ille deus est. sed mirum si an-
 cillae sumus & ille domina est. sed neque hoc mi-
 rum quia ancilla sumus ecclesia enim sumus.
 nec illud mirum quia & ipse domina est uirtus
 et sapientia dei. Audi ergo apostolum dicentem.
 nos autem praedicamus christum crucifixum.

Iudaes quidem scandalum. gentibus autem scilicet
tiam. Ipsi uero uocati iudaeis & graecis ut
iam sic seruus populus & sic ancilla ecclesia.
xpm diuinitatem & di sapientiam. utrumque
audisti xpm diuinitatem & di sapientiam. Cum
ergo audisti xpm. leua oculos tuos in manus dñi
tui. Cum audisti diuinitatem & di sapientiam. le
ua oculos in manus dominae tuae. quia et ser
uus & ancilla es. seruus quia populus es. ancil
la quia ecclesia es. Ipsi autem ancilla mag
nam dignitatem inuenit apud dñm. Uxor
facta est. sed donec ueniat ad amplexos illor
spiritalis ubi secrete perfruatur eo quem dile
xit. & cui suspirauit in ista diuturna peregrina
tione. sponsa est & accepit arram magnam
sanguine sponsi. cui secura suspirat. nec illi di
citur. noli amare. quomodo dicitur aliquan
do uirgini iam dispensatae. nondum nuptae.
Et tunc dicitur. noli amare. cum facta fueris
uxor. tunc amare. & tunc dicitur. quia praepropere
& praeposterum desiderium est. & non castum
eum amare cui nescit annubatur. potest enim
fieri ut alius sponset. & alius ducat uxorem.
Quia uero nullus est alius qui xpo praeponat
secura amat ista. Et antequam illi iungatur
amet. & delonginquo suspiret. Et delongin
qua peregrinatione solus ducet. quia solus
talem arram dedit. Quis enim potest sic ducere.
ut moriatur pro ea quam uult ducere.
si enim mori pro ea uoluerit. non erit quid ducat.
Securus autem ille pro sponsa mortuus est.
quam resurgens erat ducturus. Uerum ta
men fratres interim simus quomodo serui &
ancilla. Dicitur est quidem. non uos dicam ser
uos sed amicos. sed forte solis discipulis dixit
dñs. Audi et paulum dicentem. Itaque iam
inquit non est seruus sed filius. si autem filius.
& heres per dñm. Populo dicebat fidelibus dicebat.
Iam ergo in nomine dñi redempti sanguine ipsi
us. loti lauacro ipsius filii sumus. filii sumus.
quia sic multi sumus ut in illo unus simus. Quid

sibi ergo uult quod adhuc tamquam seruo
quimur. Nam quid tantum meritum habere
possumus in ecclesia. Quamuis iam filii facti
ex seruis. Quantum habuit ipse apostolus paulus.
& tamen quid dicit in epistola paulus seruus
xpi ihu. sille se adhuc dicit seruum. per quem
nobis euangelium praedicatum est. Quanto
magis nos debemus agnoscere conditionem
nostram. ut maior sit in nobis gratia ipsius.
Primo enim seruos fecit. quos redemit san
guis enim ille pro seruo praetium est pro
sponsa pignus est. Agnoscetes itaque con
ditionem nostram. Et si iam filii per gratiam.
serui tamen propter creaturam. Quia uni
uer sa creatura dō seruit. Dicamus sicut ocu
li seruorum in manibus dominorum suorum.
sicut oculi ancillae in manibus dominae suae.
sic oculi nostri addñm dñm nostrum. quo ad
ad usque misereatur nostri. Dixit & quare
sicut serui oculos habent in manus dominorum
Et sicut ancillae oculos habent in manus domi
nae suae. sic oculi nostri addñm dñm nostrum.
Et quasi quaereris ut quid. Quo ad usque inquit
misereatur nostri. Quales ergo seruos uolu
it intellegi fratres. quia oculos habent in ma
nus dominorum suorum. Et quales ancillas
quia oculos habent in manus dominae suae.
Quousque misereatur domina eorum. Qui
sunt isti serui & ancillae. quis habent ocu
los in manus dominorum suorum. nisi qui ui
bentur caedi. Oculi nostri addñm dñm nostrum.
quo ad usque misereatur nostri. Quomodo si
cut oculi seruorum in manibus dominorum
suorum. & sicut oculi ancillae in manus do
minae suae. Ergo & illi et ille quousque mi
sereatur uel dominus uel domina. fac ergo
aliquem dominum iussisse seruum caedi. uia
pulat seruus sentit plagarum dolores ad dñm
dit ad manus dominus sui. quousque dicat parce.
Manum enim ipsam potestatem dicit. Ergo
quid dicimus fratres. iussit nos caedi dñs noster

& domina nostra sapientia di iussit nos caedi.
 Et in hac uita uapulamus & tota ista uita
 mortalis plaga nostra est. Audi uoce psal
 mi: pro iniquitatem erudisti hominem. Et
 tabescere fecisti sicut araneam animam eius.
 Adhuc fratres quam tabida sit aranea ut
 leuitactu conquassetur & moriatur. Et ne
 quae carnem solam infirmitate mortalita
 tis putaremus nos habere tabidam. Non
 dixit tabescere fecisti me. ne secundum car
 nem intellexeremus sed ait tabescere fecis
 ti sicut araneam animam meam. Nihil enim
 infirmus anima nostra posita in medio temp
 tationibus saeculi. In medio gemitibus & par
 titionibus molestiarum. nihil in ea infirmi
 us donec horet soliditate caelesti. Et sic in
 templo di unde iam non cadat. Quia pri
 mo ueniret ad hanc infirmitatem. & tabi
 ficationem sicut aranea. infirma facta est.
 & de paradiso expulsa est. Tunc iussus est ser
 uus caedi. fratres mei uideate. Ex quo uapu
 lemus in omnibus qui ab uitio generis hu
 maninati sunt. In omnibus qui nunc sunt.
 in omnibus qui postea nascentur. Adam ua
 pulat. uapulat adam. id est genus huma
 num. Et multi sic obdurauerunt. ut nec
 plagas suas sentiant. Qui uero ex ipso ge
 nere filii facti sunt. receperunt sensum
 doloris sentiunt se uapulare & nouerunt.
 Qui iussit ut uapulent. Et eleuauerunt
 oculos suos ad eum qui habitat in caelo. Et
 sic sunt oculi eorum in manus domini sui. Quo
 ad usque misereatur. sicut seruorum in ma
 nus dominorum suorum. & sicut oculi ancil
 lae in manus dominae suae. Uides felices
 aliquos in isto saeculo ridentes. lactantes se.
 non uapulant. immo per uapulant. hoc ip
 so grauius caeduntur. quos sensum iam perdid
 erunt. Et uigilent & uapulent. sentiant quia
 uapulant. Et dolent quia uapulant. Quia
 qui ad ponit scientiam ad ponit dolorem.
 Quia qui uapulant.

hoc scriptura dixit. Ideo dñs in euangelio.
 Beati lugentes. quia ipsi consolabuntur.
 Audiamus uocem hominis qui uapulat. Et
 sint iste uniuscuiusque nostrum uoces. & quan
 do nobis bene est. Nam quis non intellegat
 uapulare se quando aegrotat. quando in car
 cere est. Quando forte in catena. Quando for
 telatrones patitur. Quando ab aliquibus in
 probis et aliquae molestiae inrogantur sen
 tit uapulare se. magnus sensus est uidere
 quia uapulat. Et quando illi bene est. Non
 enim ait scriptura in iob. temptationibus abun
 dat uita humana. sed ait. numquid non temp
 tatio est uita humana super terram. Totam
 ipsam uitam temptationem dixit. Omnis ser
 gouita tua super terram plaga tuae sunt pla
 ge. Quamdiu uiuis in terra. siue feliciter ui
 uas. siue in aliqua tribulatione constitutus
 sis. clama ad te leuau oculos meos qui habitas
 in caelo. ad manus dñi qui te iussit caedi.
 Cui dicit in alio psalmo. propter iniquitatem
 erudisti hominem. & tabescere fecisti sicut
 araneam animam meam. clama ad manus
 caedentis & die.

Miserere nostri dñe miserere nostri. Non sunt
 istae uoces uapulantis miserere nostri dñe
 miserere nostri.

Quia multum repleti sumus dispectione; In plu
 rimum repleta est anima nostra. ob probrium
 eis qui abundant. & dispectio superbis. Quidis
 picitur. contemnitur. Omnes qui secundum
 xpm pie uolunt uiuere. necesse est patiantur
 obprobria. necesse est contemnantur ab
 his qui uolunt impie uiuere. quorum felicitas
 tota terrena est. Inridetur illi qui felicitate
 tem uocant. quam oculis uidere non possunt.
 Et dicitur eis. quid credis insane. uidisti quod
 credis. reuersus aliquis ab inferis. Et retulit
 tibi quid tibi agitur. Ecce quod ego amo. uideo.
 et fruior. Dispereris quia speras quod non ui
 des. & dispicit te ille qui quasi tenet quod uidet.

Adtende ipse si tenet. noliturbari. uide si ipse
se tenet. non tibi insultet. nec cum putat seum
felicem in praesenti. amittat suam felicitatem
futuram. noliturbari. adtende si tenet.
Labitur hoc ab illo. quod tenet. uel ipse ab eo
quod tenet. necesse est transeat. aut ipse per
res suas. aut res ipsius per illum. per quem tran
seunt res suae. qui uiuus labefactauerit. qui
transit per res suas. qui indiuuus mortitur.
quia cum mortitur. non eas aufert secum ad
inferos. Domum meam habeo. iactauit se.
Quaeris quam domum tuam. quam tibi di
misit pater meus. & ille unde habuit hanc
domum. auus noster illi eam dimisit. Recur
re et ad proauum. inde ad aauum. etiam
nomina non potest dicere. nonne inde potius
terreris. quam multos ad tendis transisse
per illam domum. & neminem ipsorum secum
illam tulisse. ad aeternam domum. pater
tuus hanc eam dimisit. Transit per illam. sic
et tu transibis. si ergo transitum habetis in
domo uestra. stabulum est itinerantium.
non habitatio commanentium. & tamen quia
nos ea quae futura sunt. speramus. & in futu
ram felicitatem suspiramus. Et nondum ap
paruit quod erimus. Quam uis iam filii di
simus. quia uita nostra abscondita est cum
xpo in do. Repleti sumus dispectione. id
est contemptu. ab his qui felicitatem quaerunt
uel habent in isto saeculo. In plurimum re
pleta est anima nostra. obprobrium eis qui
abundant. & dispectio superbis. Quae reba
mus qui sunt qui abundant. exposuit tibi cum
dixit. superbis. Quod est autem obprobrium
hoc est dispectus. & quod est qui abundant. hoc
est superbis. Repetio sententiae est. obpro
brium eis qui abundant. & dispectio superbis.
Quare abundant superbi. quia hic uolunt esse
se felices. qui quando & ipsi miseri sunt. num
quid abundant. sed forte quando miseri sunt.
Non nobis insultant. Intendat caritas uestra

Tunc insultant forte. quando felices sunt.
Quando se iactant in pompa diuitiarum sua
rum. Quando se iactant in uentositate falso
rum bonorum. tunc insultant nobis. & quasi
dicunt. Ecce bene mihi est. fruor ego rebus
praesentibus. recedant a me qui promittunt
quod non ostendunt. Quod uideo teneo. quod
uideo fruor. bene mihi sit in hac uita. Tu secu
rior esto. quia resurrexit xps. Et docuit
te. quod in alia uita daturus sit. Certus es
to quid dat. sed insultat ille qui tenet. fero
insultantem. & ridebis gementem. postea
enim ueniet tempus. quando dicitur sunt
illi ipsi. hi sunt quos aliquando habuimus
in risu. Uerba sunt libri sapientiae. quia
prodidit nobis scriptura. quae dicitur sunt
illi ipsi. qui nos modo irident. & qui nos dis
piciunt. Et a quibus impleti sumus obprobrio
& dispectione. Quae uerba habebunt tunc.
quando a ueritate dispiciuntur. Uident
enim ad dextram fulgere. quos secum com
mixtos contempserunt. Cum factum fuerit
in illis. quod dicit apostolus. Cum xps appa
ruerit uita uestra. tunc & uos cum illo ap
parebitis in gloria. & dicunt. hi sunt quos
aliquando habuimus in risu. & in simili
tudine in properu. nos in sensati uitam
illorum. aestimabamus insaniam. & sine
eorum sine honore. Quomodo computati
sunt inter filios di. & inter scos fors illorum est.
& sequuntur in eo sermone. & adiciunt.
Ergo errauimus a ueritate uestra. & iustitiae
lumen. non luxit nobis. & sol non ortus est
nobis. Quid nobis profuit superbia. & diu
tiarum iactantia. quid contulit nobis.
Ibitu non eis insultas. Quia ipsi sibi amin
sultant. quod donec fiat fratres. Leue
mus oculos ad eum qui habitat in caelo.
& non ab illo tollamus oculos. quoad usque
miser eatur nobis. & liberet ab omni temp
tatione. & obprobrio & dispectu. huc

accedit quod aliquando & ipsi qui sunt in fla-
 gello in felicitatis temporalis insultant nobis.
 Inuenit aliquem pro merito iniquitatum su-
 arum siue occulto iudicio dī siue manifeste
 damnatione mita in carcerem portare
 carcerem. & ipse insultat. Cum eudictum fu-
 erit. ^{quare} non bene uixisti. Ecce quo uenisti
 male uiuendo. ille respondit. Quare illi qui
 bene uiuunt ista ^{patiantur} patiuntur. sed illi prop-
 terea patiuntur. ut probentur. temptatio-
 nibus exerceantur. ut flagellis proficiant.
 Quia flagellat omnem filium quem reci-
 pit. & si unicum sine peccato flagellauit.
 & nobis omnibus tradidit eum. Quomodo
 debemus nos flagellari qui fecimus. Qua-
 re flagellaremur. cum ista dixerimus
 illis & de felicitate ad huc superbiunt.
 & afflicti nondum humiliati respondent
 & dicunt. Ista sunt uerba xpianorum
 uanorum. qui credunt. quod non uident.
 sic ipsi insultant quid putamus fratres qua-
 si non eos commemoratos in hoc psalmo. cum
 diceret obprobriū eis qui abundant & dispec-
 tos superbis. Quando quidem insultatur xpī-
 anis & ab eis qui non abundant. sed cum sunt
 in aegritate & erumnis. nec ipsi cessant insul-
 tare. Certe ergo obprobrium eis qui abun-
 dant. an forte nullus inuenitur qui etiam
 positus in calamitate insultet. si non insulta-
 ut latro. Quicum crucifixo dño crucifixus
 erat. Ergo insultant & illi qui abundant.
 Quare psalmus ait obprobriū eis qui abun-
 dant. si diligenter discutiamus. & ipsi abun-
 dant. unde abundant. nam nisi abunda-
 rent superbi non essent. Alius enim ab-
 undat pecunia. & inde superbus est. alius
 abundat honoribus & inde superbus est. Ali-
 us abundare iustitia. se putat & inde super-
 bit. Quod peius est quod qui uidentur
 non abundare pecunia. iustitia sibi uiden-
 tur abundare aduersus dñm. & positi in ca-

lamitibus se iustificare. dñm accusant.
 & dicunt quid amisi aut quid feci. & tunc
 eis respice recordare peccata tua. si nihil
 fecisti. titillatur aliquantum conscientia.
 & credit ad se. & cogitat facta sua mala. nec
 sic uult confiteri. quia digne patitur. sed di-
 cit ecce manifeste feci multa. sed multos ui-
 deo peiora fecisse. & nihil mali pati. iustus
 est contra dñm. abundat ergo & ipse plenu
 habet pectus iustitia. Quando quidē dñs
 illi uideatur malis facere. & ipse sibi uide-
 tur iniuste pati. Et si daret illi nauem gu-
 bernandam in naufragium iret cum illa.
 Uult autē dñm excutere de gubernatione
 huius mundi. & ipse tenere gubernacula
 creaturae. & distribuere omnibus dolores
 laetitia poenas & praemia. infelix anima.
 Et quid miramini abundat. sed abundat
 nequitia. abundat malitia. Et eo plus ab-
 undat nequitia. quanto sibi uideatur abunda-
 re iustitia. At uero xpianus homo non de-
 bet abundare. sed pauperem se debet cog-
 noscere. Et si habet diuitias scire debet quia
 non sunt ille uerae diuitiae. ut alias deside-
 ret. Qui enim diuitias falsas desiderat. ue-
 ras non quaerit. Qui autem ueras quaerit.
 adhuc pauper est. Et recte dicit pauper
 & dolens ego sum. Rursus ille qui pauper
 est. & nequitia plenus est. unde dicitur ab-
 undare. Quia displicet illi quia pauper est.
 & iustitia ipsa uideatur abundare in corde
 suo. aduersus iustitiam dī. Et quae abun-
 dantia iustitiae nostrae. Quanta cum
 quae iustitia in nobis fuerit. Rōs est nescio
 quis ad illum fontem ad saginam illam
 tantam scilicet quaedam sunt. quae ui-
 tam nostram molliant. & duram iniquita-
 tem soluant. Modo desideremus de pleno
 fonte iustitiae saginari. desideremus uber-
 tate illa satiari. de qua dicitur in psalmo.
 In ebria buntur ab ubertate domus tuae.

& cu cogitauerit
 facta sua mala

& torrente uoluptatis tuae potabis eos.
hic autem cum sumus. Inopes nosse intellegamus & egentes. Non solum diuitiarum quia non sunt uerae diuitiae. sed et ipsius salutis. Et quando sanis sumus intellegamus quia infirmamur. Quam diu enim corpus hoc esurit & sitit. Quam diu corpus hoc uigilando fatigatur. stando fatigatur. ambulando fatigatur. sedendo fatigatur. manducando fatigatur. quocumque se uertit ad sub sidium. fatigationis. Ibi inuenit aliam fatigationem; Non est ergo per fecca sanitas. nec in ipso corpore. Non sunt illae diuitiae. sed mendicitas. Quia quanto magis abundant. tanto crescit inopia & auaritia; Non est ista salus corporis. sed infirmitas; paregorizamus cotidie medicamentis. Quia manducamus & bibimus. medicamenta ipsa sunt. quae nobis apponuntur; fratres si uultis uidere. qualis morbus nos habeat. Quis ieiunat septem diebus. fame consumitur. Ergo illa famis ibi est. sed ideo illam non sentis. quia cotidie illam curas; Ergo nec ipsa sanitas nobis est perfecta; Intendat caritas uestra. quomodo nos intellegamus inopes. ut gaudeamus ad eum. & leuemus ad eum oculos. qui habitat in caelo; Non sunt illae uerae diuitiae. plus augent cupiditatem. ei qui eas possidet; non est illa uera sanitas corporis. quia portatur infirmitas ubique defectiua; Quocumque se uertit deficit. in ipso adiutorio non inuenies firmamentum; Lassatur stando. sedere uult; Numquid uel sedendo durabit. quod sibi elegit ut non fatigaretur. ibi habet deficere. Lassatus est uigilando. dormiturus est. numquid dormiuit non deficit. Lassatus est ieiunando. refecturus est. si plus refecerit. inde deficit; In nulla re potest

perseuerare ista infirmitas; Iustitia quid. Quanta iustitia est. inter tantas temptationes; possumus continere. ab homicidio. ab adulterio. a furtis. a per iuriis. a fraudibus; Numquid ab iniquis cogitationibus. Numquid a suggestionibus. malae cupiditatum. quae est iustitia nostra. totum ergo esuriamus. totum sitiamus. & ueram diuitias & ueram sanitatem. Et ueram iustitiam. Quae sunt uerae diuitiae. caelestis illa mansio in hierusalem; Quis enim diues dicitur hic in terra. quando laudat diues. Quid dicitur. multum diues esse. nihil illi deest; Laus certa laudantis illa est. nam ista non est. cum dicit. nihil illi deest; Attende. si nihil illi deest. si nihil cupit. nihil illi deest; si autem adhuc cupit maiora. quam quae habebat. ad hoc accesserunt diuitiae. ut aegestas cresceret. In illa uero ciuitate. uerae erunt diuitiae. quia ibi nihil nobis de erit. Quia nec indigebimus aliquare. Et uera sanitas erit; Quae est uera sanitas. cum absorpta fuerit mors in uictoria. Et cum corruptibile hoc. induerit incorruptionem. & mortale hoc. induerit immortalitatem; Tunc erit uera sanitas. tunc erit uera & perfecta iustitia. Ut nihil mali. non solum facere. sed nec cogitare possimus; Modo autem inopes. pauperes. egentes. dolentes. suspiramus. gemimus. oramus. Leuamus oculos ad dnm. qm & illi qui felices sunt in hoc mundo. dispiciunt nos. Abundantes enim & illi. qui infelices sunt in hoc saeculo. dispiciunt. quia & ipsi abundant. Et iustitia est. in corde ipsorum. sed falsa. Ideo non ueniunt ad uera. quia repleti sunt falsa. Tu autem ut peruenias ad uera. & egens. Et mendicus ipsius iustitiae. Et audi euangelium. beati quiescunt & sicut iustitiam. qm ipsi saturabuntur. Expt. Da psal. cxxij.

EXPLICIT DE PSALMO CXXII

INCIPIT DE PSALMO CXXIII

Bene uenostis carissimi canticam graduum
esse canticum ascensionis nrae. eandemq;
ascensionem non corporis pedibus fieri. sed
cordis affectibus; hoc sepius in sinu uobis
uobis. Hec eadem sepius repetenda sunt. ut
sit locus dicendi. quae non dum dicta sunt.
Et iste ergo salmus. qui enunc uobis cantatum
audistis. Canticum graduum super scribitur.
Ipse est titulus eius; Cantauit ergo
ascendentes. & aliquando unus cantat.
aliquando tamquam multi. quia & multi
unus. quia unus xps. et in xpo membra xpi;
cum xpo unum faciunt. & horum omnium
membrorum caput in caelo est; Corpus autem
& iam silaborat in terra. non est praecisum
a capite suo. De super enim caput prospicit.
& consulit corpori. Nam si non consule
r & non dicit illi persecutori. adhuc saule
lo. nondum paulo; saule saule. quid me
persequeris. Et hoc optime nostis. & uisita
ta sunt uobis. Non autem cum fastidio co
memorentur eis. quibus non & cedunt.
ut per eorum patientiam redeant. In cor
& iam eorum quibus & cepderant. salubria
sunt enim & sepius dicenda. Si uero ergo
unus cantat. siue multi cantent. & mul
ti homines. Unus homo est. quia unitas est.
& xps. Sicut diximus unus est. & omnes
xpiani membra sunt xpi. Quid ergo isti
cantant. hoc membra xpi. quid cantant;
amant enim. & amando cantant. deside
rando cantant; aliquando cum tribulatio
ne cantant. & aliquando exultando can
tant. cum in spe cantant. Tribulatio
enim nra in presenti seculo. spes uero nra
de futuro seculo. Et nisi in tribulatio
ne praesentis saeculi consolatur nos
spes futuri seculi perimus. gaudium
enim nostrum fratres nondum est in re.

134
sed iam in spe. Spes autem nra tam certa est.
quasi iam res per facta sit. Neque enim time
mus. promittente ueritate. Ueritas nra falli
potest. nra fallere. bonum est ut heremus
illi. illanos liberat. sed si manserimus in uer
bo eius. modo enim credimus. tunc uidebi
mus. Cum credimus. spes est in isto seculo.
Cum uidebimus. reuertit in futuro seculo.
Uidebimus autem facie ad faciem. Tunc
autem uidebimus facie ad faciem. cum habu
erimus corda mandata. Beati enim mun
do corde. quo ipsi dnm uidebunt. Unde aut
corda mundentur. nisi per fidem; sicut
petrus ait in actibus apostolorum. mun
dans fide corda eorum. Mundentur
autem corda nostra per fidem. ut possint
esse idonea. ea. per se speciem. Ambulamus
enim nunc per fidem. Nondum per speciem.
Sicut apostolus dicit. quam diu sumus in
corpore. peregrinamur ad dno. & quid est
peregrinamur. per fidem enim ambula
mus inquit. non per speciem. Qui ergo pe
regrinatur. & per fidem ambulat. non
dum est in patria sed iam est in uia. quia
nra credidit. nra in patria est. nra in uia.
Sic ergo ambulemus tamquam in uia sumus.
quia ipse rex patriae. factus est uia. Rex pa
triae nostrae. dnm ihu xpi. & ubi ueritas.
hic autem uia. quo imus ad ueritatem. qua
imus per fidem. Quo imus ad xpm. qua
imus per xpm. Ipse enim dixit. ego sum
uia. ueritas & uita. Dixerat autem aliqua
ndo credentibus in se. si manseritis in uerbo
meo. uere discipuli mei estis. & cognosce
tis ueritatem. & ueritas liberabit uos.
& cognosce ueritatem inquit ueritatem sed si man
seritis in uerbo meo. In quo uerbo. sicut
dicit apostolus. Hoc est uerbum fidei
quod praedicamus. Primo ergo fidei est.
uerbum in quo uerbo fidei. si manserimus.
cognoscimus ueritatem & ueritas liberabit nos. 1.

Ueritas in mortalibus. Ueritas incommuta-
 bilis est. ueritas illud uerbum est. de quo
 dicitur. In principio erat uerbum. & uer-
 bum erat apud dm. & ds erat uerbum. 7
 Et quis hoc uidet nisi corde mandato. 7 unde
 mandantur corda. 7 Et uerbum caro fac-
 tum est. & habitauit in nobis. quod ergo
 manet uerbum in se ueritas est. Adquam
 uenimus & qua nos liberat. 7 Quod autem
 predictatur uerbum fidei. in quo nos uult
 dñs permanere. ut cognoscamus ueritate.
 hoc est uerbum caro factum est. & habitauit
 in nobis. credis in xpm natum in carne. &
 peruenies ad xpm natum de do. dm apud dm. 7
 Exultantes cantant ista quos legimus. 7
 membra ista xpi. & exultantia cantant is-
 tum psalmum. 7 Et quis hic exultat. nisi
 in spe. sicut dixi. & nobis certasit ipsa spes.
 & exultando cantemus. 7 Non enim qui can-
 tant. alieni sunt a nobis. aut non in hoc psal-
 mo uox nostra est. 7 Sicut audite. tamquam uos
 ipsos audiatis. sicut audite. tamquam in specu-
 lo scripturarum. uos ipsos attendatis. 7
 Cum enim tanquam speculum attendis
 scripturas. & hilaratur facies tua. Cum simi-
 lem te inuenies exultatione spei. membris
 quibusdam xpi. que membra ista cantant. 7
 Eris & tu in ipsis membris. & cantabis ista. 7
 Cum ergo ista cantant. & exultando. quia
 euaserunt. ergo spes est in qua cantant. 7
 Cum hic enim sumus & peregrinamur.
 Non dum euasimus. 7 Precesserunt quidem
 membra quedam de corpore illo. de quo &
 nos sumus. quae possunt in ueritate canta-
 re. & hoc cantarunt martires sci. iam
 enim euaserunt. & in exultatione cum xpo
 sunt. recepturi corpora iam incorrupta.
 eadem ipsa quae primo erant corrupti-
 bilis. in quibus sunt poenas. Inde illis
 fient ornamenta iustitiae. Ergo siue illi
 iam in re. siue nos in spe coniungentes.

affectum coronis eorum. & desiderantes
 talem uitam. qualem hic non habemus.
 Sed habere non poterimus. nisi eam hic de-
 siderauerimus. Cantemus simul omnes
 & dicamus. ~ ~ ~
Nisi qui ad dñs erat in nobis. Respexerunt
 enim quidam tribulationes. quas passi
 sunt. & considerauerunt in eorum loco.
 & beatitudine. & in securitate constituti.
 qui a transierunt. quo uenerunt. & quia
 difficile erat. inde liberari. nisi adesset
 manus liberantis. Et in gaudio dixerunt.
 Nisi quia dñs erat in nobis. Succoeperunt
 cantare. nondum dixerunt. Unde eua-
 serunt. tanta exultatio est. nisi quia
 dñs erat in nobis. Dicit nunc israhel.
 nisi quia dñs erat in nobis. Nunc dicat
 iam euasit. euadentes enim. id est eos
 qui iam euaserunt. constituit in tuendos
 psalmus iste. Constituamus illos & nos
 in corde iam triumphantes. tamquam
 ibi & nos simus. sicut in superiore psal-
 mo dictum est. Stantes erant pedes nri
 in atriis hierusalem. Nondum ibi erant
 sed in uia erant. 7 Tanta autem letitia
 erat festinantium. & tanta perueniendi
 spes. ut adhuc in uia positi. & laboran-
 tes. iam sibi illic confecturi uiderentur.
 Sic & nunc ponamus nos in illo triumpho
 quod erit in futuro saeculo. quando in sul-
 tabimus morti iam finitae. iam consump-
 te. quando dicimus. ubi mors contentio
 tua. ubi est mors aculeus tuus. iam
 coniuncti angelis & exultantes cum rege-
 nro. qui primus resurgere uoluit.
 Quamuis prior morti uoluerit. Multa enim
 ante illud mortui sunt. Sed nemo ante illud
 resurrexit in aeternum. & exultantes autem cum
 illo & iam in spe & corde constituti quia eua-
 simus. 7 Cogitemus quid euasimus. quae
 scandalis quae tribulationes mundi. quas

peruenies ad xpm natum de do. dm apud dm. 7
 Exultantes cantant ista quos legimus. 7
 membra ista xpi. & exultantia cantant is-
 tum psalmum. 7 Et quis hic exultat. nisi
 in spe. sicut dixi. & nobis certasit ipsa spes.
 & exultando cantemus. 7 Non enim qui can-
 tant. alieni sunt a nobis. aut non in hoc psal-
 mo uox nostra est. 7 Sicut audite. tamquam uos
 ipsos audiatis. sicut audite. tamquam in specu-
 lo scripturarum. uos ipsos attendatis. 7
 Cum enim tanquam speculum attendis
 scripturas. & hilaratur facies tua. Cum simi-
 lem te inuenies exultatione spei. membris
 quibusdam xpi. que membra ista cantant. 7
 Eris & tu in ipsis membris. & cantabis ista. 7
 Cum ergo ista cantant. & exultando. quia
 euaserunt. ergo spes est in qua cantant. 7
 Cum hic enim sumus & peregrinamur.
 Non dum euasimus. 7 Precesserunt quidem
 membra quedam de corpore illo. de quo &
 nos sumus. quae possunt in ueritate canta-
 re. & hoc cantarunt martires sci. iam
 enim euaserunt. & in exultatione cum xpo
 sunt. recepturi corpora iam incorrupta.
 eadem ipsa quae primo erant corrupti-
 bilis. in quibus sunt poenas. Inde illis
 fient ornamenta iustitiae. Ergo siue illi
 iam in re. siue nos in spe coniungentes.

persecutiones omnium paganorum quos dolor
 omnium hereticorum quas suggestiones
 diaboli quas cupiditatum conflictationes.
 omnia ista quis euaderet. nisi qui ad dñs e
 rat in nobis dicat nunc israhel. Securus
 enim dicit israhel. nisi qui ad dñs erat in nob.
 quando? Dum insurgerent homines
 super nos. Holi ergo mirari uicti sunt
 homines enim erant. dñs autem erat in
 nobis. non homo erat in nobis. homi
 nes autem surrexerunt super nos. sed tamen
 oppriment homines alios homines. nisi
 in his hominib; qui non potuerunt opprimi
 non homo esset. sed dñs. ergo quia dñs
 erat in nobis. Cum insurgerent homines
 super nos. quidem facerent uobis homi
 nes & alta tes & cantatis. & securi tenentis.
 beatitudinem sempiternam; quid uobis
 facerent homines insurgentes. nisi quia
 dñs esset in uobis. nisi dñs esset in nobis
 quid facerent. Forsitan uiuos absorbuisset
 nos. uiuos absorbuissent. non pri
 us occidissent. & si absorbuissent. omnia
 nes. & crudeles. non sic sorbet & ecclesia. pe
 tro macta & manduca dictum est. non ui
 uos sorbet. quomodo ergo petrus id est
 ecclesia mactat & sic manducat. & quomodo
 isti qui surrexerunt super nos. forsitan
 uiuos absorbuissent nos. nisi qui ad dñs erat
 in nobis. Quia in ecclesiae corpus nemo in
 trat. nisi prius occisus moritur quod fuit.
 ut sit quod non fuit. Alioquin non occiditur
 & non manducatur ab ecclesia esse in nome
 ro populi potest. qui uidetur oculis huma
 nis. In numero autem populi qui cogni
 tus dñs est. de quo dicit apostolus. nouit
 dñs qui sunt eius. non potest esse nisi man
 ducatus. non manducari potest. nisi primo
 mactatus. Uenit paganus adhuc in illo
 idolatria uiuit. inserendus est membris
 xpi. at inseratur necesse est. si manducatur.

Sed non potest manducari ab ecclesia nisi pri
 us mactatus renunti & seculo. Tunc mactatur
 credit in dñm. Tunc manducatur. quomodo ergo
 illi uiuos absorbuissent nos. nisi qui ad dñs erat
 in nobis. Surrexerunt enim multi persecutores
 aliquando. & non edesunt singillatim insur
 gunt & aliquando uiuos absorbent. sed in quib;
 non est dñs. Ideo ante omnia illi dixerunt. nisi
 quia dñs erat in nobis. quia multi sorbentur in
 quib; non est dñs. hi sunt qui uiui sorbentur.
 qui sciunt malum esse & lingua consentiunt.
 Surrexerunt enim quidam persecutores & dix
 erunt hominibus. turificate. si non feceritis occidi
 mus uos. Illi amauerunt hanc uitam & dulcedo
 uitae huius tenuerunt. Non plus dilexerunt
 ea quae promisit dñs. quam ea quae uidebantur
 in terra. Illa enim credere iubebantur quae non dum
 uidebant. ista quae amabant uidebant. plus
 retinentes ea quae uidebant. & cluserunt
 decordibus dñm. & quia non erat in eis dñs.
 uiui absorpti sunt. quid est uiui absorpti sunt.
 Turificando idolo. scientes quia nihil est
 idolum. Nam si aliquid putarent esse idolum
 mortui absorberentur. Cum autem putant ni
 hil esse idolum & nouerunt omnia illa genti li
 uaria esse. uiuunt tamen cum faciunt quod uo
 lunt. persecutores uiui absorbentur. Sed ideo
 uiui absorbentur quia non in eis est dñs. In
 quibus autem in eis est dñs. occiduntur. & non mo
 riuntur. Qui consentiunt & uiuunt. uiui
 absorbentur absorpti moriuntur. Ista autem
 qui passii sunt. & non consenserunt. tribulatio
 nibus & exultant & dicunt. dicat nunc israhel.
 dicat exultans. dicat securus. nisi qui ad dñs
 erat in nobis. cum surrexerent homines sup
 nos. forsitan uiuos absorbuissent nos.
 Dum irascitur furor ipsorum super nos.
non intellegimus nisi os corporis. Absur-
dum est & nimis stultum. ut tunc putemus
fieri immundum hominem cum mandu-
cat. Tunc autem putemus immundum si uo-
cat. Ait enim dominus non quod intrat sed
quod dicit inquinat. Quando ergo mandu-
cat non fit immundus & quando uocis effice-
ris immundus. Quando bibis non es immun-
dus & quando spiritus immundus est. Quando
spiritus enim de ore tuo exiit aliquid. quando
bibis bibis in os intrat aliquid. quid uoluit
dicere dominus. Non quod intrat in os sed quod
dicit inquinat; secutus eodem loco. secundu-
m aliam euangelistam dixit. quae sunt quae
procedunt de ore. ut intellegas non de ore
corporis cum dixisse sed de ore cordis. Ait enim
de ore enim exeunt cogitationes male. Fornica-
tiones. homicidiae. blasphemiae; haec sunt
quae inquinant hominem; non lotis autem
manibus manducare non inquinat hominem.
Ille ergo fratres mei quomodo exeunt de ore.
nisi quia exeunt de corde. sicut ipse dominus dicit.
Non enim quando ille loquimur. Tunc nos
maculant. ne quis dicat quando loquimur
de ore nostro exeunt. quia uerba & uoces de
ore nostro exeunt. & quando mala loquimur
inmundi efficiamur; quid si aliquis non lo-
quatur & tantum cogit & malae mundus est.
quia de ore ipsius corporis nihil processit.
sed de ore cordis iam dominus audiuit. Ecce frater
attendite quod dico. Nominos furtum. modo
nominasti furtum. Numquid quia nominasti
furtum. Contaminasti me furtum. ecce
de ore meo exiit & non me fecit immundum;
furtum autem surgit nocte & nihil dicit ore &
faciendo fit immundus. Non dicit non solu-

sed & praemit facinus toto silentio & usque ad
co uocem suam timet & audit ut nec uestigia
sua uelit sonare. Numquid ergo quia tacet
mundus est. Plus autem dico fratres mei.
ecce adhuc in strato suo iacet. nondum surrexit
ut furtum faciat. uigilat & peccat. ut homi-
nes dormiant. iam clamat domino. iam surrexit
iam immundus est. iam facinus de ore interio-
re processit. Quando enim facinus proce-
dit & ore. quando uoluntas faciendi dicitur.
Decreuisti facere dixisti. Dixisti se-
cisti. si furtum non feceris foris. ille non
meruit perdere cui disponebas auferre.
& ille non perdidit & tu de furto damnabe-
ris. Decreuisti occidere hominem; dixisti
in corde sonauit de ore interiore tuo homici-
dium. Adhuc homo uiuit & tu homicida
punitus. Quid sis enim apud dominum. quaeritur
non quid nondum apparueris apud homines.
Certe ergo nouimus & nosse debemus & te-
nere. quia est os cordis est lingua cordis.
Ipsius os in plaudis gaudio. in ipso ore intus
oramus dominum. quando labia clausa sunt & pa-
tis conscientia silentium est & clamat pec-
tus; sed auribus cuius non hominis sed dei.
Securus ergo est. ille audit qui miseretur;
& rursus quando audit nemo hominum
mala si procedunt de ore tuo noluisse secu-
rus; quia ille audit qui damnat; Susanna
audiebatur ab iniustis iudicibus; tacebat
& orabat; os eius non audiebatur ab homi-
nibus. cor eius clamabat ad dominum. Numquid
quia uox eius ore corporis eius non proces-
sit. propterea & audiri non meruit.
& audita est ille quando orauit nemo ho-
minum sciuit; Ergo fratres quid habea-
mus in ore interiore cogitatio. ibi dicitur
nequid mali dicatis intus & nihil mali
faciatis foris; non potest enim fieri ab
homine foris nisi quod dictum fuerit in-
tus. Custodi os cordis a malo & innocens eris.

Innocens erit lingua corporis tui. innocen-
tes manus. innocentes erunt pedes. inno-
centes erunt oculi. innocentes cervices. om-
nia membra iustitiae militabunt. quia
imperator iustus tenuit cor.

Tunc dicent inter gentes magnificauit dñs
facere nobiscum facti sumus idcundati. " " "
uidet fratres. si modo sion. non illud dicit
inter gentes per totum orbem terrarum
uidete sion ad aeclesiam curritur.

In toto orbem terrarum. praeium nostrum
accipitur. Amen responditur; dicunt
ergo inter gentes. hierosolimitani capti-
ui. hierosolimitani redituri. Peregrini
suspirantes patriae suae. Quid dicunt.
Magnificauit dñs facere nobiscum facti
sumus idcundati. Nam quid ipsi se cum
fecerunt. Ipsi male se cum fecerunt
quia sub peccato se uen diderunt.

Redemptor uenit & bene cum illis fecit.

& magnificauit dñs facere cum illis.

Magnificauit dñs facere uobiscum facti
sumus idcundati.

Conuertere dñe captiuitatem nostram sic
torrentes in austro. Quid sit hoc atten-
dat caritas ura. Nam dixerat. cum con-
uertat dñs captiuitatem sion. quasi
de praeterito loquebatur. sed sol & fieri
ut de praeterito loquens futura praenun-
tiat & propheta. Nam quasi de praeterito
loquebatur. cum alio psalmo dice-
ret. Foderunt manus meas & pe-
des. dinumerauerunt omnia ossa
mea. Non dixit fossuri sunt. Non
dixit dinumerabunt. Non dixit diui-
dent uestimenta mea. Non dixit. super
uestimentum meum mittent sortem.

Futura erant. & quasi facta cantabantur.

Omnia enim quae futura sunt. dō iam
facta sunt.

Hic ergo cum diceret
Conuertere captiuitatem sion facti sumus

uelut consolati. Tunc replētum est gau-
dio os nrm. & lingua nostra. Exultatio-
ne. Quid ut ostenderet se figura prae-
teriti futura cogitare. ait. Tunc dicent
inter gentes; dicent iam de futuro est.
Magnificauit dñs facere nobiscum facti
sumus idcundati. Tunc cum cantaban-
tur. futura erant & nunc uidentur pre-
sentiae; ergo orat tamquam de futuris
qui futura tamquam praeterita praesciebat.
conuertere dñe captiuitatem nram. Non dū
erat. ergo conuersa captiuitas. quia non
dum redemptor aduenerat; ergo quan-
do cantatis sunt psalmi. quod orabatur
iam factum est. conuertere dñe captiuita-
tem nram sicut torrentes in austro. sicut
conuertuntur torrentes in austro. sic con-
uertere captiuitatem nram; querebatur
quid sit sed patebit modo adiuuente dño.
uris orationibus; quodam loco dixit ser-
ptura. cum preciperet & moneret de ope-
ribus bonis. ait enim. sicut glacies in se-
reno. ita soluentur peccata tua; ergo pecca-
ta ligabant nos. quomodo frigus ligata qua-
ne corrumpat. & in ligati frigore peccatorum
gelauimus. Auster autem calidus uen-
tus est. quando flat auster. liquescit glacies.
& implentur torrentes. Torrentes autē
dicuntur flumina hiemalia. Magno enim
impetu repentini saquis implentur. currunt;
gelaueramus ergo in captiuitate. constringe-
bant nos peccata nra. flauit auster spiritus sanctus.
dimissasunt nobis peccata solatis sumus a fri-
gore iniquitatis. Tamquam glacies in se-
reno soluentur peccata nra. Curramus
ad patriam quasi torrentes in austro.
Diu enim laborauimus. & laboramus. & iam
facientes bene. Nam ipsa uita humana
quam ingressi sumus misera est. laboribus
plena doloribus. periculis. erumnis. temp-
tationibus. Nolite seduci gaudiorum

at pinnibac.

humanarum. flenda in rebus humanis ad
uer tite; poterat ridere prius puer qui
nascitur. quare fl&u incipit uiuere. &
ridere non dum nouit. quare pl&rare
iam nouit. quia coepit ire in ista uita;
sed fide illis captiuis. hic fl& & gemit
sed uenit gaudium; sequitur enim;

Quiseminat in lacrimis in gaudio m&ent.
In ista uita quae plena est lacrimis
seminemus; quiseminamus operabona.
opera misericordiae. semina nostrasunt.
De quibus seminibus ait apostolus.

Bonum autem facientes non deficiamus;
Tempore enim proprio m&emus
in fatigabiles. Itaq; dum tempus ha
bemus operemur ^{bonum} ad domnes. maxime
autem ad domesticos fidei. Loquens itaq;
de ipsi elemosinis quid ait. hoc autem dico
qui parce seminat. parce metet. ergo
qui multum ^{seminat} multum m&&. qui par
ce seminat. parce m&&. qui nihil se
minat. nihil m&&. quare desideratis
latos fundos ubi multa semina semin&is.

Latiores uobis non est ubi semin&is. quae
xpi qui in se uoluit seminari. Terra
ura alesia est; seminate quantum
potestis. sed parum habes unde facies.
habet uoluntatem. quomodo nihil esset
quod habes. si non adesset bona uoluntas.
sic & quia non habes noli esse tristis.
si est tibi bona uoluntas. quidem in se
minat. misericordiam. & quid metes.
pacem. Nam quid autem dixerunt
angeli. pax in terra diuitibus; hominibus;
sed pax in terra hominibus bone uolan
tatis; In zacheo magna uoluntas. In
Zacheo caritas magna. suscepit dnm
hospitio. gaudens suscepit. dimidium
patris monu sui pauperibus; promisit se
daturum. & sicut aliquid abstulerat
quadrumplum redditurum.

et non
copiam
tur.

ut in tel legas propter ecce sibi eum
tenuisse dimidium non ut haberet
quod possideret. sed ut haberet
unde debita redderet. Magna uolun
tas. multum dedit. multum semi
nauit. Ergo ui dua ille quae duo
minuta misit parum seminauit.
immo tantum quantum zacheus
minores enim facultates ferebat
sed parem uoluntatem. misit duo
minutae de tanta uoluntate.
de quanta zacheus dimidium patri
monii sui. Si attendas quid de
derunt. diuersa inuenies.

Si attendas unde dederunt parice
inuenies. quicquid habuit
dedit ille. & quod habuit dedit
ille. Fac aliquem non habere
uel duos nummos. est aliquid uilius
quod seminemus. ut m&emus ille com
messem. est calicem aquae frigidae
quid dedit discipulo. non per de
mercedem. calix aquae frigi
dae non duobus nummos. sed gra
tis constat. Tamen aliquando
sic gratis constat. ut habeat illum
alius. & alius non habebit.

Si ergo ille qui eum habet det illi
qui non habet. Tantum dedit
si de plene caritate dedit quod
dedit. Tantum dedit quantum
ille in duobus minutis. Quantu
zacheus in dimidio rerum suarum.
non sine causa enim addidit
frigidae. ut pauperem ostenderet
Ideo dixit calicem aquae frigidae.
nequid uel inde causaretur. quod
lignum non habuerit. unde cale
faceret aquam. Calicem aquae
frigidae quid dedit uni & mini
mis. non perdet mercedem suam.

Quid dicit de habere
zacheus habet pax in
bona uoluntas. Tan
tanta bona quae
uoluntas ferebat
autem. & si nihil
illi non parum
propter misericordiam
caritas uoluntas. quom
moda. ut a me
pari dedit elemosinas
item. Arter
turi uoluntas. sicut
bonis sicut multu
ex arce. sicut sicut
professorem habet
meremus. & ipse ha
bit parum. manet
de. unde probetur
elemosina. de no
lari. post huc uel
qui uidet. uel huc
causa. Ergo
uoluntas. accipit
non parat illum
de dicit. Alqua
uoluntas. pauper
probetur. in discip
ca. ut dicitur. tan
quom huc. ma
sicut dicit. miseric
propter. accipit
dedit pauper. per
trauit diuitem.
in uoluntatem. Ergo
uoluntas. pauper

149
quid si nō hoc habeat securus sit. & si
nō hoc habet. pax in terra hominibus.
bonę uoluntatis. Tantum illud time
at. habeat. & non faciat. Si enim
habet. & non facit. intus gelauit.
nondum soluta sunt pēcata eius.
sicut torrentes in austro. quia uolun
tas frigida est. Quid ualent
tanta bona. quae possidemus. accedit
uoluntas feruens iam soluta calore
austri. & si nihil habebat. totum
illi conputatur. Quanta sibi
praestit mendici. Intendat
caritas uestra. quomodo fiat ele
mosina. certe mendici sunt in
quos facis elemosinam. mendici
egent. Attenditis forte fra
tres uestros si aliquo aegent tri
buitis si est in uobis xps. Etiam
ex teris; sed illi sunt mendici qui
professionem habent petendi
in erumna. & ipsi habent quod
sibi praestent in uicem. ^{non illis} deseruit
dñs. Unde probentur quia faciunt
elemosinas. Iste non potestambu
lare. ^{qui perit ambulare} pedes suos accomodat claudo.
Qui uidet. oculos suos accomodat
caeco. Et qui uiuentis est & sanus.
uires suas accomodat uel seni uel
aegro. portat illum. Ille indiget.
ille diues est. Aliquando & diues
inuenitur pauper. & a paupere
praestatur illi aliquid; uenit nes
cio quis a flumen tanto delicatior
quanto ditior. transire non potest.
Simul datis membris transierit. fri
gescet. aegrotabit. morietur.
Accedit pauper exercitatione corpo
re. trahit diuitem. elemosinam
fecit indiuitem. Ergo nolite eos
tantum putare pauperes qui non

habent pecuniam in quo quisque pau
per est. in illum uide. quia forte tu
meo diueses. in quo ille pauper. & habes
unde accommodes; forte membrae
tua accommodas & plus est quam
si pecuniam accommodares. consilio
indigēs. tu plenus es consilio.
In consilio ille pauper. tu diueses.
& nō laboras. nō aliquid perdes.
das consilium. & praestitisti elemo
sinam. modo fr̄ mei cum lo
quimur. quasi pauperes ad nos
tis. & quia nobis dñs dignatus est
dare. damus inde uobis. & om
nes ab illo accepimus qui solus est
diues. Si ergo tenet corpus mem
bra socia. sic conpinguntur. & ad
unantur in caritatem. & in uinculo
pacis. cum quisque id quod praestat.
et qui non habet. in eo quod habet
diues est. in eo quod ille non habet.
pauper est; sic uos diligite. sic uos a
mate. nolite ad uos solas attendere.
sed attendite indigentes circa uos;
sed quia cum laboribus & erumnis
fiunt ista. in ista uita nolite deficere.
In lacrimis seminatis in gaudio
mētē & is. Quid enim fr̄ mei ipsa
agricolae. quando procedit. cum
aratro & portat semen. non ali
quando frigidus est uentus. & im
ber de terrē; attendit caelum
uidit tristem. tremit frigore. & pro
cedit tamen & seminat. Im̄ & enī
necum tristem diem attendit.
& praestat diem lactum tempus tran
seat. & non inueniat quod metat.
Nolite differre fratres mei. seminate
in hieme. seminate ^{bona uerba} & cum ploratis.
Quia qui seminant in lacrimis in gau
dio metent; mittunt semina succ bonā.

uoluntatem & bonae opera

EUNTES IBANT ET flebant
mittentes semina sua. quere flebant
quia inter miserof erant & miseri erant.
melius est fratres mei. ut nullus sit miser.
quam ut tu facias misericordiam; qui enim
facit misericordiam optat esse misero.
crudelē habet misericordiam.
quomodo si medicus ut exercens artem
suam. optat esse multos aegrotos. cru
delis medicina esset. melius est ut om
nes sani sint. quam ut exercatur ars
medici. melius est ergo. ut omnes bea
ti regnent in ille patria. quam ut sit
quibus in spem datur misericordia.
tamen quam diu est. quibus inpendatur.
Non deficiamus in ista erumna mitto
re semina. & sicum flōu seminamus.
Tamen cum gaudio mōemus. In ille
enim resurrectione mor tuorum.
recipiet quisq; manipulos suos. id est
fructus seminis. corona gaudiorum
& exultationis. Tunc erit triumphus
lōantium & ipsi morti insultantiam
in qua gēmebatur. Tunc dicent morti
ubi est mors contentio tua. ubi est mors
acaleus tuus. Sed quare iam gaudent.
qui portant manipulos suos. hoc quia
qui seminant in lacrimis in gaudio me
tent. In psalmo & hortati uos fuerimus
maxime ad faciendam misericordiam.
Quia hinc ascenditur & uidetur. quia ille
cavitat canticorum graduū quia ascen
dit. Memento te nolite amare descen
dere. & non ascendere. sed & ascensionē
cogitate. Quia quid descendebat ab hierusa
lem in hiericho incedit in latrones.
Non descendere non incedere in latrones;
Iam ergo adam descendit & incedit in la
trones. omnes enim nos adam sumus.
sed transit sacerdos & contempfit.

qui euntes ibant & flebant mittentes semina sua. quare mittentes semina sua. quare au

Transit & leuita & contempfit.
quia & sanare non potuit. Transit sam
ritanus quidam. id est dñs noster
ih̄s xp̄s. illic enim dictum est. non ne ue
rum dicimus. quia samaritanus es. &
daemonium habes. Ille autem non di
xit non sum samaritanus. sed dixit
ego daemonium non habeo. Samari
tanum inter p̄tatur. custas. si diceret
non sum samaritanus diceret non sum
custas; & quis alius custodiret.
Deinde ponens similitudinē. Transit
samaritanus & fecit cum illo misericordi
sicut scitis. Iacobat autem in uia uolun
tatis quia descendit. Transiens samari
tanus. non nos contempfit. curauit nos.
Leuauit in iumentum in carne suo. per
duxit ad stabulum. id est ad ecclesiam
commendauit stabulario. id est aposto
lo. dedit duos denarios. unde curare
tur. caritatem dī & caritatem proximi
In his enim duobus p̄ceptis. totū lex
pendit & prophētae. Dixit autē
stabulario. si quid amplius erogaueris.
ante rediēdo reddam tibi. amplius
erogauit apostolus. quia cum omni
apostolis. per missum esset. ut acce
rent tamquam militantes xp̄i sti
pendia a prouincialibus xp̄i.
Ille manibus suis leuauit & anno
nas suas pro uincialibus donauit.
Omnia facta sunt. si descendi
mus & uoluerat iusamus. as
cendamus canemus &
proficiamus &
per ac

EXPLICIT DE PSAE CXXV. finis

INCIP. DE PSALMO CXXVI.

INTER OMNIA CANTICA QUIBUS EST
 titulus canticum graduum. iste psalmus ali
 quid amplius in titulo accepit. quod ad
 dictum est salomonis. Sic enim prenota
 tur. Canticum graduum salomonis.
 Itaque nos fecit intentos in usitator titulus
 ceteris. ut queramus quare additum sit sa
 lo monis. Nam quid sit canticum graduu
 non opus est saepe repeti. Plura enim hinc
 dicta sunt. quia curat ascendenti uox
 in affectu pietatis. & curat ad illam sup
 ram hierusalem. cui suspiramus quamdiu
 peregrinamur. & ubi habitabimus cum ape
 regrinatione redierimus. Ascendit ad
 hanc omnis qui proficit. Cedit ab hac
 omnis qui deficit. Nec pedibus ascendere
 querat. nec pedibus descendere putet.
 Amando dnm. ascendet. Amando saeculum
 cadet. Sunt ergo ista cantica amantium
 un. quod in se desiderio flagrantium.
 Ardent qui ista cantant & corde. Quoru
 etiam cor ardens inuenitur in moribus in
 bona conuersatione. in operibus secundu
 precepta di. in contemptu temporalium.
 Curat ad eter norum. Sed quare sit ad di
 tum salomonis. quantum inspirauerit dnr.
 dicam caritati urae. Salomon erat tempo
 re suo filius dauid. magnus ille per quem
 multa scilicet praecepta & salubria monita & diu
 na sacramenta scilicet sps in diuinitis litteris ope
 ratum est. Nam ipse salomon. mulierum uir
 tor fuit. & reprobatus est ad d. Et ut que
 ad eo liqueat illi fuit illa cupiditas. ut
 anul. eribus & uiridolus sacrificare cogere dnr.
 sicut de illo scriptura testis est. Sed nullo
 cadente. quae per illum dicta sunt delenti
 iudicandur. quia ipse dixerat non per illu
 dicta erant. Optime igitur exit hoc & i
 am misericordiam di. & sps eius. ut quicquid
 boni per salomonem dictum est. do tribuere.

peccatum autem hominis. homini. Quid miru
 qui in populo di cecidit salomon. In paradiso
 non cecidit adam. Non cecidit de caelo ange
 lus. & diabolus factus est. Ideo docemur.
 in nullo homine spem esse reponendam. Quia
 & iste salomon aedificauerat templum di.
 in typo quidem & figura futurae ecclesiae
 & corporis dnr. Unde dicit in euangelio.
 Sol uite templum hoc. & in triduo suscitabo
 illud. Quia ergo ipse aedificauerat illud
 templum. Aedificat sibi templum uerus salo
 mon. dnr. nos ter ihu xpi uerus pacificus.
 Nomen enim salomonis. inter praetatur paci
 ficus. Est autem ille uerus pacificus.
 de quo dicit apostolus. Ipse enim pax nra.
 qui fecit utraq; unum. ille est uerus paci
 ficus. qui duos pariter & eter dediuert souenienter
 in se copulauit. quibus factus est lapis angu
 laris. uenientem populum & eter cum cisione
 credentium. & uenientem populum. & preputis
 gentium. & ipsorum credentium. fecit unam
 ecclesiam de duobus populis. factus illis
 illis lapis angularis. & ideo uer epacifi
 cus. Quia ergo ille uerus salomon.
 salomon autem ille filius dauid de mulie
 re berabae rex in israhel. figuram ger
 tabat huius pacifici. qui uero templum
 aedificauit. Ideo ne illum putet salomonem
 quia aedificauit domum do. alium salomonem
 tibi ostendit ista scriptura sic coepit in psalmo.

NISI DNS AEDIFICAUERIT DOMU:

In uanum laborauerunt aedificantes
 eam. Dnr enim aedificat domum suam.
 Laborant multi in aedificando. sed si ille
 non aedificat. in uanum laborauerunt. aedifi
 cantes eam. Qui sunt qui laborant. aedifi
 cantes. Omnes qui in ecclesia praedicant uerbu
 di. ministri sacramentorum uidi. Omnes curri
 mus. Omnes laboramus. omnes aedificamus mo
 do. & uite nos cucur rerunt. laborauerunt
 aedificauerunt. sed nisi dnr aedificauerit
 domum. in uanum laborauerunt aedificantes ea.



Ideo quorundam uidentur ruere apostoli. & proprie paulus ait. Et dies obseruatis & annos & menses & tempora. Timeo uos. ne forte sine causa laborauerim in uobis. Quia nouerat se in tur ad dno aedificari. plangebatur istos. quia sine causa laborauerat in eis. Nos ergo loquimur foris. ille aedificat intus. Quomodo audiat. nos aduertimus. quid cogitetis. ille solus nouit. qui cogitationes uestras uidet. Ipse aedificat. ipse monet. ipse terret. ipse intellectum aperit. ipse ad fidem applicat sensum uestrum. Et tamen laboramus & nos tamquam operari. sed nisi dñs aedificauerit domum. in uanum laborauerunt aedificantes eam. Quae autem domus. ipsa & ciuitas. Domus enim dñi. populus dñi. quia domus dñi. templum dñi. Et quid dicit apostolus. Templum enim dñi est. quod estis uos. Omnes autem fideles quae est domus dñi. non solum qui modo sunt. sed & qui ante nos fuerunt. & iam dormierunt. & qui post nos futuri sunt. ad huc qui nasci habent in rebus humanis. usque in finem saeculi congregati in unum fideles innumerabiles. sed dno numerati. De quibus dicit apostolus. Nouit dñs qui sunt eius. Granilla quae modo gemunt inter paleas. quae massam unam facturasiunt. quando area in finem mundi fuerit uentilata. Omnis ergo numerus. fidelium scorum & hominibus committandorum. ut fiat aequalis angelis dñi. adiuncta & iam ipsi. angelis qui modo non peregrinantur. sed & petunt nos. quando a peregrinatione redeamus. Omnes simul unam domum dñi faciunt. & unam ciuitatem. ipsa est hierusalem. habet custodes. quomodo habet aedificantes. laborantes ut aedificentur. sic habet & custodientes. Nam ad custodiam pertinet. quod dicit apostolus. Timeo ne sicut serpens euanseduxit astutia sua. sic & uestre mentes corrumpantur acritate quae est in xpo. Custodiebat. curas erat. uigilabat quantum poterat super eos quibus praeserat. & episcopi hoc faciunt.

Nam ideo altior locus positus est episcopi. ut ipsi super intendant. & tanquam cusodiunt populum. Nam & grece quod dicit episcopus. hoc latine super intenditor inter praesatur. quia super intendit. quia de super uidet. Quomodo enim uigilanti altior fit locus ad custodiendum uineam. sic & episcopi copis altior locus factus est. & de isto alto loco. periculosa ratio redditur. nisi eorum de stemus. ut humilitate sub pedibus uestris simus & pro uobis oremus. ut qui nouit mentes uestras. ipse custodiat. Quia nos intrantes. uos exeuntes possumus uidere. Usque adeo autem non uidemus quid cogitatis in cordibus uestris. ut neque quid agatis in domibus uestris. uidere possumus. Quomodo ergo custodimus. quomodo homines. quantum possumus. quantum accepimus. Et quia nos sicut homines custodimus. & perfecte custodire non possumus. ideo sine custode remanebitis. absit. Nam ubi est ille de quo dicitur. **NISI Dñs CUSTODIERIT CIUITATEM. IN VANUM LABORAT QUI LABORAT** in custodiendo. sed uia **CUSTODIT**. noster est labor noster. nisi ille custodiat qui uidet cogitationes uestras. Custodit ille. cum uigilatis. custodit & cum dormitis. Ille enim dormiit semel in cruce. sursum se. iam non dormiit. Estote israel. qui non dormiit neque dormitabit. qui custodit israel. Hei fratres si uolumus sub umbra alarum dñi custodiri. Custodiamur enim nos & officio dispensationis. sed custodiri uolumus uobis cum. tanquam uobis pastores sumus. sed sub illo pastore uobis cum oues sumus. Tanquam uobis & hoc loco doctores sumus. Sed sub illo magistro in hac scola uobis cum condiscipuli sumus. Si uolumus custodiri ab illo qui humiliatus est propter nos. & exaltatus est. ad custodiendos nos. humiles simus. Nemo sibi arrogat aliquid. nemo habet aliquid boni. nisi ab illo accepit. quis solus est bonus. Qui autem tibi uoluerit sapientiam. stultus est. Sic humilis. ut ueniat

sapientia. & in lumine illum. Si autem ante
quam uenit sapientia in illum. putat se esse
sapientem. ante lucem surgit. in tenebris am-
bulat. Et quid audit in isto psalmo
IN QUANTUM EST UOBIS ANTE LUCEM SURGERE.
Quid est in quantum est uobis ante lucem surge-
re. Si surgat ante quam surgat lux. necesse
est ut in uanitate remaneat. qui in tenebris
erat. Surgit lux in xpo. bonum est tibi
ut surgas post xpm. non surgas ante xpm.
qui surgunt ante xpm. qui se uolunt preponere
xpo. Et qui sunt qui se uolunt preponere xpo.
Qui uolunt hic & celsi esse. ubi ille humilis
fuit. Sunt ergo hic humiles. si uolunt ibi esse
se & celsi. ubi xps & celsus est. At enim de
his qui illi adhaerant fide. in quibus & nos
sumus si & nos in illum in illum credimus pu-
re corde. Pater dixit quos mihi dediisti. uola
ut ubi ego sum & ipsi sint mecum. Magnam
donum. magnam gratiam. magnam promissionem frater
meus. Et quis non uult esse cum xpo. ubi est
xps. Sed iam & celsus xps. Ubi ibi esse ubi est
& celsus. Esto humilis. ubi & ille humilis fuit.
Propter ea illis dicit ipsa lux. Non est disci-
pulus super magistrum. nec seruus super
dominum suum. Qui uolebant discipuli esse
super magistrum. & serui uolebant esse super
dominum suum. ante lucem uolebant surgere.
& in uanum ibant. quia non post lucem ibant.
Illi ergo dicit iste psalmus. In quantum est
uobis. ante lucem surgere. Tales erant
filii zebedei. qui ante quam humiliarentur
secundum passionem dñi. in tibi loca elegerunt.
ubi sederent. unus ad dexteram. alter ad si-
nistram. Ante lucem uolebant surgere.
ide in uanum ibant. Reuocat illor dñs ad
humilitatem cum hoc audire. & dicit illis.
Potestis bibere calicem quem ego bibiturus
sum. Ego ueni humilis esse. & uos uultis. ut
me esse & celsi. Quo ego eo. illuc sequimini
at. Nam si hac uultis ire quo ego non eo.
in quantum est uobis. ante lucem surgere.

Et pater ante lucem surgit. quando uoluit
dare dño consilium. ut non pateretur pro nobis.
Dixerat enim ille de passione sua. in qua
salui futuri eramus. de ipsa humilitate hu-
milis enim passus est. Cum ergo de pas-
sione sua futura diceret. & pauit pater.
qui illum paulo antea dixerat filium dñi.
Timuit. non motus. & ait illi. Absit
a te dñe. proprius tibi esto. non fi & istud.
Ante lucem. uolebat surgere. & luci consi-
lium dare. Sed quid facit dñs. Facit illud.
ut post lucem surgat. Redi post me. satanas.
Ide enim satanas. quia ante lucem. uis surgere.
Redi post me. ut ego precedam. tu sequaris.
Quo ego eo. illuc eas. Non quo tu uis ire.
illuc me uelis ducere. Ergo illis. qui uo-
lebant ante lucem surgere. dicit psalmus.
¹¹¹ In quantum est uobis ante lucem surgere & quando surgim. cum fuerim humiliter.
¹¹² Surrectio. & exaltationem significat. Sessio. ¹¹³ Surgite
humilitatem significat. Aliis locis. intelle- ¹¹⁴ postea quam
gitur sessio. in honore iudicandi. Aliis ¹¹⁵ sedistis.
locis. humilitatem significat. Quomodo
in honore iudicandi sessio. Sedebat super
duodecim sedes. iudicantes duodecim tribus
israhel. Quomodo in signo humilitatis sessio.
Hora sexta dñs fatigatus. Sedit ad puteum.
Fatigatus dñi. infirmitas dñi fuit. infirmitas
uirtutis. infirmitas sapientiae. Sed ipsa
infirmitas humilitas. Ergo si sedit & infir-
mitate. sessio illa & humilitatem significat.
Et ipsa sessio ipsius. id est humilitas ipsius.
ipsa nos saluos fecit. Quia quod infirmum e-
di. fortius esse quam hominis. Ideo dicit
in quo dicit psalmo. Dñe tu cognouisti sessio-
nem meam. & resurrectionem meam. id est
humilitatem meam. & exaltationem meam.
Quid ergo uos ante lucem uultis exaltari ofi-
lii zebedei. Sic loquimur. & ipsos potius
nominemus. qui non nobis irascuntur.
Quia ideo de illis ista conscripta sunt. ut
alii cauerent superbi in qua ipsi correcti
sunt. Qui ergo uultis ante lucem surgere.

in uanum est uobis. Exaltare uultis. antequam
humiliamini. Dñs ipse uester. qui est lux ur̄a
humiliatus est. ut exaltaretur. Audite paulum
dicentem. Quicum in for madi esset. non ra
pinam arbitrat̄us est. esse se qualem dñm. Quare
non illi erat rapina. Quia uirtus erat.
Quia hoc natus erat. ut esset aequalis illi. a quo
genitus est. Sed quid fecit propter nos.
Semetipsum exinanuit. formam ser ui accipiens.
in similitudine hominum factus. & habitu inuen
tus ut homo. humiliatus semetipsum. factus oboe
diens usq. ad mortem. mortem autem crucis.
Haec est ser uio ipsius. Sed audi sur rectionē.
propter quod dñs illum exaltauit. & donauit illi
nomen quod est super omne nomen. In uos ad ill
illud nomen festinat̄is. surgite. sed post ea quam
sedistis. Surgere uultis. sed primo sedete.
Et surgens ab humilitate. uenit ad regnum.
Nam si prius regnum. cadis a regno. antequam
surgas. Potestis bibere calicem inquit quē
ego bibiturum. Et illi. possumus. Et
ille. Calicem quidem meum bibetis. sedere
autem ad dexteram uel ad sinistram meam. aut
non est meum dare uobis. Alis paratum est a patre
meo. Quid est non est meum dare uobis.
Non est dare super bis. hoc enim ad huc erant.
Sed uultis illud accipere. nolite esse quod estis.
Alis paratum est. Et uos alii estote. & uos
paratum est. Quid est alii estote. prius
humiliamini. qui ignuultis exaltari. Intellex
erunt humilitatem futuram sibi. & correpti.
Ergo & nos hoc audiamus. quia hoc dicit psal
mus iste. Surgite post ea quam sedistis.
Sed ne quis putet se ad hoc sedere ut honoret̄.
ut ostenderet ser uionem istam. humilitatem
uoluit commendare. Ne quis se putat & ius
sum esse sedere. aut ad iudicandum. aut epu
landum. & gaudendum. Et maiorem superbi
am ibi queret. in significatione humilitatis addidit.
Qui manducatis panem doloris. Illi ergo manducant panem doloris. qui ge
munt in ista peregrinatione. Ipsium.

in conualle plorationis. Ascensiones aut
facit dñs in corde. sed ubi illa dicitur. Asc
ensionem inquit in corde eius disposuit.
Quis. dñs. Si ascensionem in corde deo caritate
canticum graduum. humiliemur in seculo.
Ascendamus. Quomodo. corde. Quia ipsa
ascensio cordis. a conualle plorationis surgit.
In conualle inquit plorationis. quomodo oere
tisunt montes. sic sederunt conualles.
Conualles enim dicuntur. loca depressa terrarū.
Colles eminentiora loca. minus tamen quam
montes. multum & celsa loca terrarū. mon
tes dicuntur. Parum est. Non autem colles sur
ge. Nec autem a campo. a conualle ut sit aliquid
humilius quam campus est. Si ergo in conual
le plorationis manducatis panem doloris. & di
cis. facta sunt mihi lacrimae meae panes die
& nocte dum dicitur mihi cotidie ubi est dñs tu
us. bene surgis quoniam sedisti. & quasi diceret. quan
do surgimus. modo sedere iubemur. quando
erit nostra resurrexio. quando fuit dñs. Eum
attendite qui te precessit. Nam si ipsum non
attendis. in uanum est tibi ante lucem surgere.
Ipse quando exaltatus est. Cum mortuus est.
Ergo & uiam exaltationem. post mortem
spera. in se sur rectionem mortuorum spera.
Qui uille resurrexit & ascendit. Sed ubi dor
muist. In cruce. Quando dormiuit. in cruce.
Signum gestabat. immo implebat quod signifi
catum erat in adam. Quia cum dormiuit & adam.
costa illi diracta est. & eua facta est.
Sic & dñs. cum dormiuit in cruce. lancea per
cut sum est. & sacramenta pro flux
erunt. unde facta est ecclesia. Ecclesia
enim. coniunx dñi facta est de latere.
Quomodo illa facta est de latere. Sed quomo
do illa non est facta nisi de latere dormientis.
Sic ista non est facta. nisi de latere mortientis.
Sic ergo non ille surrexit nisi mortuus.
Et ut doceat te ipse psalmus. quasi interrogare
quando surgam. fortassis priusquam sedere

CUM DEDERO INQUIT SOMNUM DILEC
TIS EIUS. **O** hoc dicitur cum dormierint dilecti
eius. tunc surgent dilecti eius id est christi.
Omnes ^{enim} surgent. sed non quomodo dilecti eius.
Omnium est resurrectio mortuorum. Sed
quid ait apostolus. Omnes resurgemus. sed
non omnes immutabimur. Resurgent illi
ad poenas. resurgemus nos quomodo resur
rigit dominus noster ut sequamur caput nostrum.
si membra eius sumus. tunc sumus dilecti
eius. tunc ad nos pertinet illa resurrectio
que praecessit in domino. ut lux sursum ante
nos. nos post lucem. quia in uanum est
nobis antelucem surgere. id est abitudine
querere antequam moriamur. cum christi lux
nostra non sit & abbas in carne. nisi postquam
mortuus est. Constituitur ergo membrum
eius. & in membris eius dilecti eius. Cum
somnia accepimus. tunc resurgemus in
resurrectione mortuorum. Unus resur
rigit. unus tuus. iam non mortuus. Resur
rigit lazarus. sed mortuus. Resurrit
filius uiduae. sed mortuus. Resurrit
filius archisynagogi. sed mortuus. Resurrit
christus non mortuus. Audi apostolum. Christus
surgens a mortuis. iam non moritur. & mort
e ultra non dominabitur. Talem sperat resur
rectionem. & propter hoc est christi anus.
non propter felicitatem terrae huius.
Nam si propter felicitatem uitae huius uir
esse christi anus. quando illa lux tua non hic que
sunt mundanum felicitatem. antelucem uis
surgere. necesse est ut in tenebris perse
ueret. Mutare sequere lucem tuam. Quia
resurrit. surge. Sede prius & sic sur
ge. cum dederit somnum dilectis eius.
Quasi quereret **terram** quibus dilectis.
ECCLEHEREDITAS DOMINI FILII MERCES
FRUCTUS UENTRIS. Quando dicitur fructus uentris
parturient filii isti. Est quaedam mulier
in quaspualiter ostenditur. quod dictum est
eius. ingentur parturient. Parturient enim

ecclesia filiorum unum christi. Et si parturient. in cuius figura & uan euamater uiuorum
apellata est. In membris parturientis. erat
ille qui dicebat. filioli mei quos iterum parturio.
donec christus for mecur in uobis. Sed non frustra
parturuit. nec frustra peperit. Erat semen
seminis in resurrectione mortuorum. habundabunt
iusti quid diffusi toto orbe terrarum.
Gemit illos ecclesia parturit illos ecclesia.
in illa autem resurrectione mortuorum. appa
rebit partus ecclesiae. transiet dolor & ge
mitus. & quid dicitur. Ecce hereditas domini. fili
i. merces fructus uentris. Huius fructus
non hic fructus. Merces huius fructus
uentris. Quae est ipsa merces. ipsa mer
ces resurgere a mortuis. Quae est ipsa
merces. Surgere postquam sedisti.
Quae est ipsa merces. Legere postquam man
ducasti panem doloris. Cuius uentris. eccle
siae. in cuius uentre. quia eius typum rebecca
gestabat. Duo illi gemini. tanquam populi
duo luctabantur. Una mater in uisceribus
suis. dissona entes fratres. nondum natos con
tinebat. Pulsabat materna uiscera discor
dis interitus. gemitus illa. uim patiebatur.
sed pariter discernibat. quos geminos preg
nans pertulerat. Sic & modo fratres quam
diu gemitus datus est ecclesiae quam diu par
turit. & electa ipsi sunt intus & boni & mali.
fructus autem uentris in macerati. quia ipsa
diligit matrem. Jacob diligit dicit & dicit.
Esau autem odio habuit. Ambo de uno utero
per se sunt unus. amari meruit. alius re
probari. in dilectis ergo eius erit fructus
ergo merces fructus uentris. Sicut sa
git te in manu potentis sic filii & eius soru.
Unde enim fecunda est hereditas ista fra
tres. unde facta est tamulta hereditas de
qua dicit habet in fine. Ecce hereditas domini
filii merces fructus uentris & eius sunt qui
sunt de manu domini tamquam sagittae & uerunt
longe & totam terram impleuerunt.

male

quomodo possessio ista p̄dicatur. & crescit usq; ad fines terrae. + sed aut aliquis non se excussit.

Un depullulunt. sc̄i nam ipsa est hereditas de qua
dicitur postula a me & dabo tibi gentes heredita-
tam tuam & pos sessione tuam fines terre.
Quia sicut agit te in manupotentis sic filii &
casorum. Deurca & acti unius agit tae.
Et quando fortius excussit tunc longius
uadit agitata. Quid aut fortius & acti b̄re
dno deurca man decti apostolos suos non potuit
esse res iduum quonon per uenit & agitata
attem fortis & acti per uenit usque ad fines
terre. Ideo non ubi quia nihil est ultra
generis humani. Na tantus ille uir est habet
ut & iam subtra esset quoper idider & agitata
& acti & illuc agit tae sic sunt autem & filii
& casorum quomodo & illi & casus. Quae sita
est enim de hoc uerbo & iam ab his qui antenos
ista tractarunt. Quare filii & casorum
dicitur uel qui sint intellegendi si filii & casus
Et qui busdam uisum est sicut modo dixi filios
& casorum filios esse ce postulorum. Intendat
paulo lam ceptat uestra quae situm est qua
re & casus si ce postoli dicitur est a quib; dcom. ideo illos
cepellat & casus. qui a precepit eis dnr. si ce
entis deti ueritate in qua non cadunt uos & cu
te puluerem de pedib; uestris. sed aut celius
non ergo filii & casorum dici debuerunt sed filii
& acti b̄re. & acti b̄re enim illos fecit dnr
quib; dixit & acti te puluerem de pedib; uestris.
Non & casus subtile qui dem quasi contra
dicere uoluit p̄cedenti sententiae. quia
icem istae tractata & dicitur ercent. Uerū
tce men nor quentum cediauat dnr qua
renter quomodo dicitur dici potu d̄t & iam
& casus quib; dnr ait & acti te puluerem de
pedib; uestris. Inuenimus non ce sur de
dici potuisse. Quae aut enim ipsi & acti erent
seipros & acti ebent. hoc dico qui & acti ceat
se & acti ceat aliquid celius; si ce aliquid aliud
& acti ceat. & acti ens est. & casus sur non est. Si
ceat se & acti ceat. & acti ens est. & casus sur.
Intendite hoc plece mius dicam si potero; si
aliud & acti ceat & acti ens est. Non & casus sur.

si ab aliquo excussus est. excussus est
non excutens; si autem excutiat seipsum.
& excutens est quia excutit se. & excussus
quia excutitur a se. Quaeritur ergo quos
excussit apostoli utique seipros; ape
dibus enim suis puluerem excusserunt;
sed puluerem hoc plane calumniose dicitur;
duobus enim modis dicimus aliquid excuti siue
illud quod inde excutatur siue illud unde ex
cutatur. nam & excussus est puluis dicimus.
& excussa est uestis. Tenent aliqui & excutunt
uestem. & exilit inde puluis qui inheserat.
Quid dicit de puluere. excussus est puluis.
quid dicit de ueste. excussa est uestis. si ergo
& quod inde excutiendo exsilit & illud unde
exsilit quod inheserat excussus dicitur.
et puluis excussus est. & apostoli excussus sunt.
• Quare ergo non dicantur filii excussorum
filii apostolorum. sed est alia sententia qua
praetermittere non debemus; ideo enim
forte obscurius positum est. ut multos intellectos
generet. & diciores discedant homines. quia
clausum in uenerunt. quod multis modis aper
retur. Quam si uno modo apertum in uenerunt.
dicimus excuti etiam aliquid ut exeat inde quod
forte absconditum est; aliter enim dicimus
excuti uestem. ut excutiant inde puluerem.
aliter dicimus excuti saccum. ut illud quod in
tus latebat exeat; Ergo intellego fratres
quantum possam filios excussorum. fortasse
ipsos apostolos dictos filios prophetarum; pro
phetarum enim clausa sacramenta. & aperta con
nebant. excussus sunt ut inde manifestata pro
cederent; puta ergo dixisse prophetam sicut
& dixit. Agnouit bos possessorem suum & asi
nus praesepe domini sui. israhel autem me
non cognouit; hoc mihi interim ad praesens
occurrit quod de propheta dicerem si aliud
occurrisset. hoc dixissem; hoc autem audiens
homo si asinum & bouem pecora & uimenta
quae uidet cogitauerit. nescio quid intus
tamquam in uolucro positum for in secus per

traxerunt. quid ibi sit nescit; Asinus & bos aliquid significant; quid ergo dicitur homini iam pronuntiare uolenti. expecta clausum est quod tangis. Excussa in uoluerum. propheta nescio quid istis uel amibuf nominum texit. nescio quē asinum quom bouem significat; Nam asinus in figura populi di. uimentum dicitur. portans sefforem dñm. ne erret in uia; & bos ille de quo dicit apostolus. boui traurant os non infrenabis; numquid debubus pertinet ad dñm dixit. sed propter nos scriptura dicit; Omnis ergo qui praedicat uerbum dñi monet. obiurgat terram & traurat eam. & bouis implet officium; ueniebat bos de gente iudaeorum. Inde enim praedicatores apostoli ueniebant. & asinus de gente praepitui id est agentibus; uenit enim ut portaret dñm. & ideo in asino sedit dñs. qui numquam portauerat hominem. quoniam ad gentes non lex missa erat nec prophetae; Ergo quia & dñs nos ter ih̄s xp̄s cibaria nostra uoluit esse. & propterea natus in praesepio conlocatus est. cognouit bos possessorem suum. & asinus praesepē dñi sui; sed numquid ista exirent nisi sacculus excuteretur. nisi propheta in uoluita. accedente diligentia discuteretur. numquid opera exirent ad nos. Omnia ergo ista clausa erant. antequam ueniret dñs. uenit dñs & excussit illa clausa. et manifesta sunt. Et excussis sunt prophetae. & generati sunt apostoli; filii sunt excussorum; ipsi immanus potentis positi tamquam sagittae peruenierunt usque in fines terrae; unde dicitur. ab habet in fine. Ecce hereditas dñi filii merces fructus uentris. Quia ideo de finibus terrae colligitur ista hereditas. quia sicut sagittae in manu potentis. sic filii excussorum. id est sic filii prophetarum apostoli fuerunt. quasi sagittae in manu potentis. si potens ille potenter excussit; usque in fines terrae peruenierunt quos excussit.

Beatus homo qui repleuit desiderium suum ex eis; heia fratres mei qui replet desiderium suum ergo excussis prophetis generati sunt apti.

suum ex eis. qui non amat saeculum. quid desiderio saeculi plenus est. non est quo meret quod illi praedicauerunt; funde quod portas. & capax fieri ad id quod non habes. id est desideras diuitias non potes implere ex eis desiderium tuum. desideras honores in terra. desideras ea quae etiam iumentis donauit dñs. hoc est uoluptatem temporalem & salutem corporis & alia; non ex his implebis desiderium tuum; si autem sic desideras sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. sic dicit desiderat & deficit anima mea in aeterna dñi. Imple desiderium tuum ex eis. non quia iam illi possunt tale desiderium implere. sed tales imitando ueni sateum qui implet desiderium ipsorum.

Non confundentur cum loquentur in iniuria. nisi in porta; fratres in porta loquamur. id est omnes nouerint quod loquimur; qui enim non uult loqui in porta. latere uult quod loquitur. & forte ideo uult latere quia malum est; si fidi in porta loquatur. sicut dicitur de sapientia; In portis autem ciuitatum audenter dicit. quanto tempore iustitiam innocentes tenuerint non erubescant. hoc est in porta praedicare; & quis est qui praedicat in porta. qui praedicat in xp̄o. quia xp̄s est porta. qua intra mus ad illam ciuitatem; mentior si non ipse dixit. ego sum ianua. si ianua est & porta est; ianua enim dicitur domus. ianua ciuitatis porta est. porta domus ianua est; sed forte non benedicatur porta. si non benedicatur ciuitas quae dicitur est domus; utrumque enim paulo antedictum est. nisi dñs aedificauerit domum in uanum laborauerunt aedificantes eam; & nisi tam domum audiendo paruum aliquid putares. nisi dñs inquit custodierit ciuitatem in uanum laborauerunt qui custodit eam; illa est ergo domus quae est ciuitas. ipsa ergo habet ianuam tamquam domus & habet portam tamquam ciuitas; qui est ergo ianua domus. ipse est

porta ciuitatis. Ergo si xps porta ciuitatis ille
non erubescit qui in xpo stat & sic praedicat;
qui autem contra xpm praedicat clauditur
contra illum porta; Quisunt ista qui contra
xpm praedicant. qui negant. quia missae
sunt sagittae de manu potentis. & peruene-
runt usque in fines terrae. & ipsa hereditas
dni de qua dictum est; postula a me & dabo
tibi gentes hereditatem tuam. & possessionem
tuam in fines terrae; praedicatum est. auditum
est. antequam fieret. Etiam factum nolunt
agnoscere; disputant ergo contra xpm extra
portam sunt. quia suos honores quaerunt non
xpi; qui autem praedicat in portam xpi ho-
norem quaerit non suum; & ideo qui praedi-
cat in portam dicit. nolite in me praesumere.
Non enim per me. sed per portam intrabitis.
illi autem qui uolunt homines in seipso psu-
mere. nolunt eos intrare per portam; non
mirum si clauditur contra illos porta. Et
o si pulsent ut aperiantur; ad esse ergo ani-
mo fratres propter etiam crastinum sermo-
nem. ex nostra pollicitatione; Adiuuante
dno uobis reddendum. ex euangelio de co-
lumba in cuius nomine promissimus in illius
misericordiae reddimus. sed ut possimus esse
idonei redditores. ne audaces fuerimus pro-
missores. orate pro nobis;
EXPLICIT DE PSALMO CXXXVI.

INCIPIT DE PSALMO CXXXVII.

Sicut dicit apostolus spiritualibus spiritualia
comparamus. animalis autem homo non
percipit. Quae sunt sps di; Cauendum est ne ho-
mines animales non percipientes quae sunt
sps di. scandalizentur potius in hoc psalmo
quam aedificentur; Nam breuiter quam qua-
eum cum cantaretur audiuimus. qui ab rebus
est curro eum non tractans sed legens; Et ui-
dete quia sic alia quisque concupierit. pro ma-
gno adu qualia continet iste psalmus; Et for-
te non quia desertus est ab illo. sed quia magis
diligitur non accepit. uiderit que illi

quae hic sic audiunt esse praemia timentium dm
abundare illis qui non timent dm. nudent gres-
sus eius & effundantur. Lapsu uefugia eius. & dicat
in corde suo. sine causa se dm timuisse. quando
illa dona non meruit quae promissa timentibus
se. in super & illi acceperunt. qui eum non solum
non timentur. sed etiam blasphemauerunt;
uideate enim quid dicat.

Beati omnes qui timent dnm. qui ambulant
in iustis; Labores fructuum tuorum man-
ducabis. beatus es & bene tibi erit; ad hoc possu-
mus hic & qui uis animalis beatitudinem futu-
ri saeculi cogitare. sed uideate quid sequatur.

Uxor tua sicut uinea fertilis in lateribus
domus tuae; filii tui sicut nouella oliuarum
in circuitu mensae tuae; Ecce sic benedicitur
homo qui timent dnm. Quomodo uisit uxor
eius tamquam uinea fertilis in lateribus clo-
mus eius. & filii eius ^{in circuitu mensae} in circuitu mensae eius
tamquam oliuarum nouellatio; perdidit
mercedem suam. qui propter dnm etiam
uxores ducere noluerunt. sed ait qui noluit du-
cere uxorem. alter me ds benedicit. Immo
uero ait. sic te benedicit. ait non te benedicit;
Aper te dicta sententia est; Ecce sic benedicitur
homo. qui timent dnm; Quid hoc sibi uult fra-
tres. ne desiderando temporalem & terrenam
felicitatem. perdamus caelestem; propheta
tamquam in uolucrum nobis constituit. in uo-
lucrum hoc nescio quid habet intus; meminit
autem caritas uestra cum superiore psalmo
nobis tractarem. qui est ante istum. incurrisse nos
inquendam uersum obscurum ubi dicitur esse
sicut sagittae in manu potentis sic filii excusso-
rum; & cum quaereremus qui sint filii excusso-
rum. uisum esse nobis suggerentibus quantum
credimus dno filios excussorum. apostolos dicit
filios prophetarum; Quare quia prophetae
in enigmatibus locuti sunt & figuris rerum. tam-
quam in steruorum in uolucris co operuerunt
intellectum; qui intellectus prodere non potuit
ad homines nisi in uolucra illa excuterentur.

Unde dicuntur illi filii excussorum. Quide pro
phetis excussis profecerunt; Ergo et nos excu-
tiamus istum ne per inuolucra fallamur. &
tangentes quod intus est & non uidentes. dica-
mus for telignum pro auro. aut testam pro
argento; Excutiamus si uideatur caritatis
trae. Adoret dñs ut procedat quod intus est.
maxime fratres mei quia martirum natalicia
celebramus. quanta mala passi sunt marti-
res. quanta exilia. quanta tormenta. squa-
lores carcerum. tritura catenarum. saeuitia
ferarum. ardorem flammaram. aculeos
contumeliarum. ista omnia passi essent
nisi nescio quid uiderent. quo se tenderent.
quod ad huius saeculi felicitatem non perti-
neret. Turpe est autem ut natalicia martirum
celebremus. horum uidelicet seruorum dñi
contempnentium mundum istum. propter
sempiternam felicitatem. & accipiamus
quod hic scriptum est. pro presenti felicitate.
ut cumque hominidi. forte. fideli ciuili
illius hierusalem. contingat etiam ducta uxo-
re filios non habere. dicamus non timet homo
iste dñm. nam si timeret dñm uxor eius tam
quam una fertilis esset in domo eius non fe-
rili. ut nullum generaret. & si timeret dñm
homo iste. filii ipsius circumdarent mensam.
ipsius tamquam arbores oliuarum. si enim
talia dixerimus animales sumus. non per-
cipientes quae sunt sp̄s dñi. Incipiamus &
nos excutere. ut simus & nos filii excussorum.
si enim erimus filii excussorum. erimus in
manu potentis tamquam sagittae. & iacu-
latur nos de praeecepto suo. in corda hominum
nondum amantium. ut percussa sagittis
uerborum diament; Nam si talia illis coe-
perimus praedicare. filii aut fratres mei
time dñm. ut habeatis filios & nepotes. Et
gaudeat domus uestra. non sagittamur ut
ametur illa aeterna hierusalem. rema-
nent hinc in amore terrenorum; & uiden-
tes ista abundare impus. & si nobis non au-

dent in corde suo dicunt. quare ille time dñm
qui plenam domum habet filios. Et forte alius
dicit illi. ad uenescis quid illi possit continge-
re. Quid si offeret illos quia non time dñm.
& ad hoc illi plures nati sunt. ut maiorem dolore
de illorum morte patiatur. sed si talia dixeris
respondebit tibi & ille; ego noui hominem im-
pium paganum. sacrilegum adorantem ido-
lorum; Et forte nouit. & uerum dicit. nec unum
nouit uel duos. aut tres. quem deduxerunt
ad fossam senem. decrepitem. mortuum in
lecto suo. turbae filiorum & nepotum; Ecce
non time dñm & prolis fecundissima do-
mus eius clausit oculos eius; Quid ad hoc dic-
turi sumus. nihil illi potest euenire mali. ut
efferat filios suos uiuus quando iam mortu-
us a filio ad sepulchrum gloriosum deduc-
tus est; Excutiamus ergo. excutiamus si uo-
lumus esse filii excussorum. Exeat hinc ali-
quid. Est enim quidam homo qui sic benedi-
citur. & nemo time dñm. nisi qui est in mem-
bris ipsius hominis. & multi homines sunt. et
unus homo est. multi enim xp̄iani. & unus xp̄s;
Ipsi xp̄iani cum capite suo. quod ascendit in cae-
lum unus est xp̄s. non ille unus & nos multi;
sed et nos multi in illo uno unum; unus ergo
homo xp̄s. caput & corpus; Quod est corpus eius
ecclesia eius dicente apostolo; quoniam membra
sumus corporis eius. & uos autem estis corpus
xp̄i & membra; Intellegamus ergo uocem
huius hominis. in cuius corpore unus homo
sumus & ibi uidebimus ista uerba bona hieru-
salem. sic enim dixit in fine. & uideas bona
quae sunt hierusalem; si autem ista bona ter-
reno oculo attendideris. abundantiam filiorum
& nepotum. & fertilitatem fecunditatemque
coniugis non sunt bona illius hierusalem.
quia bona ista. et in terra morientium sunt.
illa terra uiuentium est; nolui ualde pro
magno habere. si habes filios mortuos. Et
si non ante te. certe post te. uis habere filios
numquam mortuos. Et tecum sempiternos.

est in illius corpore de quo dictum est; uos autem estis corpus Christi & membra; Nam ut hoc ostenderet & ipse psalmus quia sic est obscurus ut ammoneret pulsari; sic operuit ut uelut excusa a pluribus coepit; beati omnes qui timeant dominum qui ambulat in iustis; multis loquuntur; sed quia ipsi multarum sunt in Christo; sequitur & singulariter iam dicit: Labores fructuum tuorum manducabis; superius dixerat: beati omnes qui timeant dominum qui ambulat in iustis; modo quare labores fructuum tuorum manducabis; Et non manducabis; & quare labores fructuum tuorum; Et non labores fructuum uesrorum; tam in proximo oblitus est qui a pluribus loquebatur. sed suam excussit quidabi respondit. cum plures christianos appello in uno Christo. unum intellego. plures ergo estis & unum estis plures sumus & unum sumus. quomodo plures sumus & unum sumus. Quia illi inheremus cuius membra sumus. Et quorum caput in caelo est. ut membra sequantur. Ipse ergo describat iam quia manifestatum est quem describat. sic patebunt omnia quae secuntur. Tantum uos timeat dominum & ambulate in iustis eius. & nolite zelare eos qui non ambulat in iustis eius. quando illos uideritis esse felices infelicitate. saeculi enim homines infelicitate felices sunt. martires autem feliciter infelices erant. Erant enim ad tempus infelices sed in aeternum felices. Et in eo ipso quod erant ad tempus infelices putabantur magis infelices quam erant. Quid enim dicit apostolus. quasi tristes semper autem gaudentes. Quare semper hic & ibi. profusus est hic et ibi. hic enim unde gaudemus. de spe. ibi unde gaudebimus. de re. magnum gaudium habet spes gaudentis. Et si spes gaudentes. uidete quid sequitur; In tribulatione patientes. Martires ergo ideo in tribulatione patientes erant quia spes gaudebant. sed quia nondum erat illud quod

promittitur. quid dicit apostolus. spes autem quae uideatur non est spes. si autem quod non uideamus speramus. per patientiam expectamus. Ecce quare martires omnia pertulerunt. quia quod non uidebant per patientiam expectabant. illi qui eos occidebant quae uidebant amabant. illi qui occidebantur quae non uidebant suspirabant. Et quae non uidebant ad praehendere festinabant. Et quod tardius occidebantur moras sibi fieri arbitrabantur. Ergo fratres felix martyr. Et uere felix. Et nomen & corona cuius hodie dies est contempsit mundum. an forte quia timebat dominum. Inde erat felix. inde beatus quia uxor eius tanquam uinea fertilis erat in terra & filii eius circumdederant mensam eius. omnia ista perfecta habet sed in corpore illius qui hic describitur. Et quia sic illa intellexit. contempsit praesentia. ut acciperet futura. nouerit autem fratres non eum passum mortem quam alii martires passi sunt. Confessus enim dilatus est ad tormenta. alio die inuentum est corpus eius exanimae. clausuram enim illic carcerem. corpori non spiritui. quem illic parabant torquere. carni fides absentem inueniunt. perdidit saeuitiam suam iacebat exanimis sine sensu. illi nec torqueretur. cum sensu apud dominum ut coronaretur. Unde est iste felix fratres. non tantum nomine sed et praemio uitae aeternae. Ita dilexit. Ergo sic audiamus istum psalmum tanquam de Christo dicatur. & omnes herentes corpori Christi & effecamembra Christi ambulemus in uia domini & timeamus dominum timore casto. timore casto permanente in saeculum saeculi. Et enim alius timor. quem caritas excludit dicit iohannes. Timor non est in caritate. sed perfecta caritas foris mittit timorem; non de omni timore dicit. quia mittitur foras a caritate. habet enim psalmum dicentem timor domini castus permanens in saeculum saeculi. alius ergo timor permanet. alius

excluditur. Timor qui excluditur castus non
 est qui autem permanet castus est. Qui est
 timor qui excluditur dignamini aduerte
 re. Aliqui propterea tantum timent. ne
 aliquid mali in terra patiantur. ne illi egri
 tudo accidat. ne damnium ne orbitus alicuius
 amissio cari. ne exilium. ne damnatio. ne
 carcer. ne aliqua tribulatio. propterea ti
 ment & tremunt. ad huc iste timor non est
 castus. ad huc audi. alius non in hac terra pa
 ti timet sed gehennam timet. Unde terruit
 & dñs audistis cum euangelis legeretur
 ubi uermes eorum non morietur. & ignis
 non extinguetur. audiunt haec homines
 & quia uere futura sunt impu timent. Et
 continent se a peccato. habent timorem &
 per timorem continent se a peccato. Timent
 quidem sed non amant iustitiam. Cum au
 tem per timorem se continent a peccato.
 fit consuetudo iustitiae. & incipit quod du
 rum erat amari. Et dulcescit dñs. Et iam in
 cipit homo iuste uiuere. propterea. Non quia
 timet poenas. sed quia amat aeternitatem.
 Exclusus est ergo timor a caritate. sed suc
 cessit timor castus. Qui est iste timor castus.
 secundum quem debemus fratres mei in
 tellegere quod dictum est. beati omnes
 qui timent dñm qui ambulant in iustis
 si potero dignedice de isto timore casto
 adiuuante dño dō nostro. multi fortasse
 hoc timore casto inflammabuntur in amo
 rem castum. nec possum explicare fortas
 sis nisi proposita aliqua similitudine. po
 ne aliquam feminam castam. timet uirū.
 aliam pone adulteram. & ipsa timet uirū.
 casta timet ne discedat uir. adultera ne
 ueniat. quid si ambo absentes sunt. illa
 ne ueniat. illa ne tardet. Absens est quodā
 modo cuius sponsa sumus. absens est. qui
 nobis arram dedit spm sem. Absens est qui
 nos redemit sanguine suo. sponsus ille
 qui nihil est pulchrius. qui quasi foedus

apparet. inter manus persequentium. de
 quo paulo antedicebat isaias. Et uidimus eum
 & non habuit speciem. neque decorem. Ergo
 sponsus noster foedus est. absit. Quomodo
 illum uirgines amarent. Quae in terra
 maritos non quaesierunt. Ergo persequen
 tibus foedus apparuit. & nisi foedum meum
 putarent non insilirent non flagelliscie
 derent. non spinis coronarent. non spat
 in honestarent. sed quia foedus illis appere
 bat fecerunt illi ista. non enim habebant
 oculos unde xps pulcher uideretur. Quali
 bus oculis xps pulcher apparuit. Qualesocu
 los quaerebat ipse xps quando dicebat phi
 lippo. Tanto tempore uobiscum sum & non
 me uidistis. ista oculi mundandi sunt ut pos
 sint uidere illam lucem. & leuiter tamen
 per stricti splendore. accenduntur amore
 ut sanari uelint. & fiunt in luminati. Nam
 ut noueritis quia pulcher est xps qui amat.
 Audi prophetam. speciosus forma praefiliis
 hominum. omnes homines superat illius
 pulchritudo. quare amamus quando audi
 mus quia passus est pro nobis. Quidam amamus.
 membra crucifixa. latus perforatum. hanc
 caritatem caritas amat. Amauit nos ut red
 amaremus eum. Et ut eum redamare possie
 mus. uisitauit nos spu suo. pulcher est ille
 & absens est. Interroget se sponsa sic casta est.
 In membris sumus omnes fratres mei. In
 membris ipsius sumus. ideo unus homo su
 mus. Uideat unus quisque quale timorem
 habeat. an eum quem excludit. caritas
 an castum permanentem in saeculum sae
 culi modo probabit dico & probabit. Absens
 est sponsus noster. interroga conscientia
 tuam. uis ut ueniat. an adhuc uisut tar
 det. Uidete fratres ego pulsavi ad hostia
 pectorum uestrorum. uocem in habitan
 tium ille audiuit. quid singulorum quo
 rum que modo conscientiae dixerint
 ad aures meas quia homo semper ueni

propter spem de qua paulo ante diximus
spe gaudentes in tribulatione patientes.
modo nos ipsi labores nostris iudicant.
& laetos nos faciunt de spe. si ergo labor
nos potuit manducari & potuit iocun-
dare. manducatus est fructus ipsius labo-
ris. qualis erit manducans labores suos. qui
cantes ibant & flebant mittentes semina
sua. quanto iocundius manducabunt fruc-
tus laborum. qui uenientes uenient cum
exultatione. portantes manipulos suos.
Erat noueritis fratres quia manducatur
labor iste. In superiore psalmo audistis dic-
tum super bis qui ante lucem uolebant sur-
gere. id est ante xpm. non per humilita-
tem qua surrexit xps. dictum est illis sur-
gite postea quam sedistis. Id est humilia-
mini & inde surgite. quia & ille humilia-
ri uenit. qui exaltatus est propter uos.
Et quid dictum est qui manducatis panem
doloris. iste est labor fructuum panis
doloris. nisi enim manducaretur non di-
ceretur panis. nisi autem haberet aliqua
suauitatem panis iste. nemo illum man-
ducaret cum tanta suauitate. plorat in-
gemitu qui orat. dulciores sunt lacrimae
orantium. quam gaudia theatrorum.
& audis flammam desiderii. quia mandu-
catur ipse panis de quibus dicit. qui man-
ducatis panem doloris. alio loco dicit amans
iste. cuius uocem in psalmo plerumque ag-
nosimus. facte sunt mihi lacrimae meae
panis die ac nocte. Unde facte sunt lacri-
mae panes. dum dicitur mihi cotidie ubi
est dñs. Antequam enim uideamus
eum quinos dilexit. quibus pignus dedit.
cui disponfati sumus. Insultant nobis pa-
gam & dicunt. ubi est quod colunt xpia-
ni. ostendant nobis quem colunt. Ecce
ergo ostendo illi dñm meum. & ipse osten-
dat mihi dñm suum. Cum tibi hoc dicit
paganus non inuenis quod ostendas

quia non est cui ostendas. redi ergo et
plangis addm. quia illi suspiras antequam
uideas. & desiderio ipsius gemis. & quia in
ipsius desiderio ploras dulces sunt ipse la-
crimae. & pro cibo tibi erunt. quia factus
est tibi panis die ac nocte. cum dicitur tibi
cotidie. ubi est dñs. sed ueniet dñs tuus
de quo dicitur ubi est. & absterget lacrimas
& ipse pro pane lacrimarum succedit. & te
in aeternum saginabit. quia erit nobiscum
uerbum dñi. quo pascuntur angeli. interim
modo labores fructuum. postea fructus la-
boris. labores fructuum tuorum mandu-
cabis. beatus es & benedictus erit. beatus es
de praesenti est. benedictus erit de futuro est.
Cum manducas labores fructuum tuorum
beatus es. Cum perueneris ad fructum labo-
rum tuorum benedictus erit. Quid dixi nam si
benedictus erit utique beatus eris. & si beatus eris
utique benedictus erit. sed inter est inter spem.
& rem. si spes tam dulcis quanto res dulcior
erit. iam ueniamus ad illam. uxor tua. xpo
dicitur. ergo uxor eius. ecclesia eius. uxor eius.
non ipsi sicut uinea eius fertalis. sed in quibus
uinea fertalis. uidemus parietes istos in tran-
tes multos steriles. uidemus quia istos pari-
etes intrant multi ebriosi. fenestratores man-
gones. quaerentes sortilegos. Eunt ad p-
cantatores. & praecantatrices. quando
illis caput dolet. ista est fertalitas uineae
ista est ubertas uxoris. non ipsa est. istae
spinae sunt. sed non ubique spinosa habet
quandam fertalitatem. & est uinea ferta-
lis. sed in quibus in lateribus domus tuae.
non omnes dicuntur latera domus. quae
ro enim quae sint latera. quid dicam pa-
rietes sunt quasi lapidei. forte si de hoc cor-
porali diceret habitaculo. forte hoc intel-
legeremus latera. latera dicimus eos qui domus
inherent xpo. non enim sine causa & in ser-
mone cotidiano dicimus de aliquo. qui forte
mala agit. ex malorum consiliis amicorum.

de illo dicitur mala latera habet; quid est
mala latera habet. mali illi herent. Ergo
& de alio bona latera habet. bonis consi-
lius uiuit. Quid est hoc bonis consiliis regit.
Ergo latera domus sunt illi qui in herent
xpo. Nec sine causa & ipsa conuix de late-
re facta est uero dormienti eua facta est.
morienti ecclesiae & illa de latere uiri cum
costa detracta est. & ista de latere uiri
quando latus lancea percussus est & sa-
cramenta profluxerunt. Ergo uxor tua
ut uinea fertilis. sed in quibus in lateribus
domus tuae. In alius qui non adherent xpo.
sterilis; sed nec illos in uinea computabo.
filii turquae est uxor. & qui sunt filii. In is-
ta carnalibus nuptiis & coniugis alia uxor.
& alii filii. In ecclesia quae uxor ipsi filii;
ad ecclesiam enim pertinebant apostoli. &
in membris ecclesiae erant. Ergo in coniu-
ge ipsi uerant. & conuix erat secundum
portionem suam. quam in membris obta-
nebant. Quare ergo de illis dicitur cum
recesserit ab eis sponsus tunc ieiunabunt
filii sponsi. Ergo ipsa conuix & ipsi filii; mi-
rum dico fratres mei. in uerbis dñi. In ueni-
mus ecclesiam & fratres ipsius esse. & soro-
res ipsius esse. & matrem ipsius esse. Nam
cum enuntiaretur mater eius & fratres
eius stantes. quia foris stabant tripum ge-
rebant; qui tripus matris synagoga; &
qui tripus fratrum carnalium. iudaei fo-
ris stant. & foris stat synagoga. Nam ma-
ria in lateribus domus eius & cognata eius
ex uirginis mariae consanguinitate ue-
nientes qui in eum crediderunt. In lateri-
bus domus eius. non in quantum carnali
consanguinitati iuncti erant. sed in quan-
tum uerbis dñi audiebant & faciebant;
hoc enim respondit dñs & ait. Quae mihi
mater. aut qui fratres. Unde temptaue-
runt quidam quia xps matrem non ha-
buit. Quia dixit quae mihi mater. Quare

ergo & petrus & iohannes & iacobus & alii apo-
toli patres non habuerunt in terra. & tunc
quid eis dicit. nolite uobis dicere patres super
terram. unus est enim pater uester qui in
caelo est; Quod enim ^{in patre} docebat discipulos.
hoc in matre ipse demonstrauit. uult enim
dñs ut consanguinitatibus terrenis. prae-
ponamus dñm. defer patri quia pater est.
defer dño quia dñs est. generauit se pater.
a commodando carnem suam; Creauit se
dñs ad bibendo potentiam suam. Ne irascat
pater cum dñs illi preponitur. Immo gaude-
at tantum sibi deferri ut ille inuentus es-
set qui ei deberet praeponi. Ergo quid di-
cam. dñs quid ait. quae mihi mater. aut
qui fratres. & extendit manus super discipu-
los suos. Ecce mater ^{mea} & fratres mei. fratres
erant. mater quomodo erant. addidit.
& qui fecerit uoluntatem patris mei. ipse
mihi frater. & soror & mater est; puta
frater propter sexum uirilem. quare ha-
bet ecclesia quos hic in membris habet
xps. mater quomodo nisi quia ipse xps est
in xpianis. Quos xpianos per baptismum
cotidie parit ecclesia. Ergo in quibus intel-
legis coniugem. in illis matrem. in illis fili-
os; dicatur ergo quales debent esse filii
quales pacifici. quare pacifici quia beati
pacifici. qm ipsi filii dñi uocabuntur; Quia
ergo in oliua fructus est pacis. oleum enim
pacem significat. quia caritatem signifi-
cat. sine caritate nulla pax est. & mani-
festum est quia qui diuiserunt pacem.
non habent caritatem. Unde iam expo-
sui caritati uestrae quare columba folia
cum fructu portauit ad arcam ut signifi-
cetur quia & illi qui foris baptizati sunt
sicut ligna illa extra arcam baptizata
sunt. Non sola folia habuerunt id est
uerba sola. sed habuerunt & fructum
quod est caritas. ipsa columba illos re-
portat ad arcam. & ueniunt ad unitatem

tales ergo filii debent esse in circuitu men-
sae dñi uelut nouella oliuarum. perfec-
ta esse magna beatitudo. lam quis sibi
nolite esse. Cum uideritis aliquem blasphe-
mum habere uxorem. filios. nepotes. & te
forte non habere. nolite zelare; unde quia
ante complexum est. sed spiritualiter. an
forte non es in membris. si non ibi es. plange.
quia nec hic nec ibi; si autem ibi securus esto.
quia sibi & non hic. fructuosius ibi quam
hic; si ergo habemus. quare habemus. quia
timemus dñm. Ecce sic benedicitur homo
qui timet dñm. ille est homo qui sunt homi-
nes. & ipsi homines homo. Quia multi unū
quia xps unus.

Benedicat te dñs ex sion. Coeperas enim
ad tendere. Ecce sic benedicitur homo
qui timet dñm. lam forte oculi tui ibant
per illos qui non timet dñm. & uidebant
ibi uxores fecundas. filios abundanter
circuire mensam patris sui. nescio quia
ibis. benedicat te dñs ex sion. Noli quae
rerere illas benedictiones. non ex sion. Non
benedixit dñs tales fratres mei. benedictio
dñi ista est. aut si non est ad dño quis duceat
uxorem si nolit dñs. Quis possit esse sanus si
nolit dñs. aut quis possit esse diues si nolit
dñs. dat illa sed non uides. quia & pecoribus
dedit. Non ergo de sion est ista benedictio;
benedicat te dñs ex sion.

Et uideas quae bona sunt hierusalem.
Nam illa bona non sunt hierusalem; uis uide-
re quae non sunt bona hierusalem. Et a ubi
dicitur esse crescere & multiplicari. Pro-
magnis habere quod a ubi donatum est.
Uoce quidem dicitur donatum est. quis nesciat.
sed uere bonis istis; si accipis magis cogita
quomodo nutrias qui nati sunt. Quam ut
nascantur. Non enim felicitas est habere fili-
os sed bonos habere; de nutriendis labora si
nati fuerint. si autem non nati age gratias
dño; forte minus sollicitus eris. & tamen

sterilis non remansisti illius matris; forte por-
tenascuntur spiritualiter de ista matre. qui sunt
in nouella oliuarum. circumeunt mensam
dñi. Consilietur ergo dñs ut uideas bona hie-
rusalem; illa enim bona sunt. quare sunt.
quia aeterna sunt. Quare sunt. quia ibi est
rex. Ego sum. quis sum; ista uero bona sunt. &
non sunt. Non enim stant. labuntur. fluunt;
filii sunt paruuli. blandiris paruulis. blan-
diuntur paruuli. numquid stant in eo. sed
optas ut crescat. ut accedat aetas optas; sed
uides cum accedit una. altera moritur. Ueni-
ente pueritia. moritur infantia. Ueniente
adulescentia. moritur pueritia. Ueniente
iuuentute. moritur adulescentia. Uenien-
te senectute. moritur iuuentus. Ueniente
morte. moritur omnis aetas. Quod optas
gradus aetatis. simul optas & mortes aeta-
tum. Non sunt ergo ista. Deinde nati sunt
filii in terra tecum uicturi. Ante potius ex-
clusuri & successuri. Adeos gaudes qui nati
sunt ut excludaris. nati enim pueri tamquam
hoc dicant parentibus suis. vera cogitate ire
hinc. agamus & nos minimum nostrum. Mi-
mus est enim generis humani. tota uita temp-
tationis. qui ad dictum est uniuersa uanitas
omnis homo uiuens. & tamen si gaudetur
ad filios successuros. Quanto gaudendum
est ad filios cum quibus permanebimus. & ad
illū patrem cui nati sumus non moriturū sed ut
nos uiuamus semp cum illo. Ipsa sunt bona hie-
rusalem. quia ipsa sunt. Benedicat te ergo dñs
ex sion. Et uideas quae sunt bona hierusalem. Na-
ista quae a dñs bona caecus uides. uideas sed illa bona
quae corde uidentur. & quae diu uidebis bona hierusalem.
Omnes dies uitae tuae; sed si uita tua ae-
terna fuerit. In aeternum uidebis bona hie-
rusalem. ista autem fratres mei bona sunt.
sed non omnes dies uitae tuae uides. non enim
quando exis de corpore moris. per seuerat ui-
ta tua. corpus moritur. sed uita sps per seue-
rat. Oculi non uident. quia discessit ^{qui} per o-
culos uidebat. Ubi cumque est qui per oculos

uidebat. uideat aliquid non enim mortuus
erat ille diuisus qui in terra induebatur purpura
& brisso. si mortuus esset apud inferos non
torqueretur. Optandum illi forte erat ut
morte tur. sed malus uixit apud inferos.
Torquebatur enim. & non uidebat bona illa
quae in terra dimiserat; haec erat uita
ipsius talis & bona illa non uidebat. Ergo
talia bona desiderata quae uideat omnes
dies uitae tuae. id est ut cum ipsis bonis
uiuas in aeternum. Quae sunt ergo illa
bona fratres attendite. dici possunt bona
ista aurum est. argentum est. fundus
amoenus est. marmoratae parietes sunt.
tectatae aquaeatae sunt. Absit ista abundan-
tia pauperes habent in hac uita. plus est
enim pauperi uidere caelum stellatum
quam diuiti tectum inauratum. fratres er-
go quid est illud bonum quo accendimur
cui suspiramus. quo inflammamur. prop-
ter quod bonum adipiscendum & uidendum
tantos labores sustinemus sicut audistis
cum legeretur apostolus. Quia omnes qui
uolunt pie uiuere in xpo ibi persecutionem
patientur. Non enim modo qui a diabulo
per reges non facit. ideo xpiani non pati-
untur persecutionem. si mortuus est diabo-
lus mortuae sunt persecutiones. si autem
ille aduersarius noster. unde non tempta-
tio. surgit. unde non facit. unde non
minas aut scandala procurat. Quae incipi-
as pie uiuere. uidebis quia omnis qui uult
pie uiuere in xpo ibi persecutionem patie-
tur. propter quod ergo patimur tantas per-
secutiones. si enim in hac uita in xpo speran-
tes sumus tantum ait apostolus. miserabi-
liores sumus omnibus hominibus. propter
quod damnati sumus ad bestias martires.
quod est illud bonum. dici potest. unde.
aut quae lingua dicat. aut quae aures
audiant. & quidem illud nec aures audi-
uit. Nec in cor hominis ascendit. amemus.

tamen proficiamus tantum. uideat enim
quia pugnae non desunt. & pugnamus cum
concupiscentiis nostris. pugnamus foris
cum infidelibus. & inoboedientibus hominibus.
pugnamus intus cum suggestionibus. cum
perturbationibus carnalibus. ubique pug-
namus. adhuc corpus quod corrumpitur
ad grauat animam. pugnamus adhuc quoniam
si sps uita est. tamen corpus mortuum est
propter peccatum; sed quid futurum est.
si autem sps eius habitat in uobis. quis sus-
citauit xpm a mortuis. uiuificabit & mor-
talia corpora uestra. propter spm qui ha-
bitat in uobis. Cum ergo uiuificata fue-
rint membra nostra mortalia. iam nihil
resistat spiritui nostro. Non famis erit.
Non sitis erit. quia de corruptione corpo-
ris ista nascuntur; ideo reficitur quia ali-
quid defecit. concupiscentiae delecta-
tionum carnalium contra nos pugnant
mortem per carnem in firmitatem corpo-
ris. sed cum mors ipsa conuersa fuerit
in illa incommutabilitate. & corrupti-
bile hoc induerit incorruptionem. Et
mortale hoc induerit immortalitatem.
Quid audiet tunc mors. ubi mors conuen-
tio tua. ubi est mors aculeus tuus. Et for-
temoritur & dicetur. restant aliqui
inimici non sequitur nouissima inimi-
ca cum haec destructa fuerit immor-
talitas succedit. si nullus erit inimicus.
quasi nouissima destruetur mors. bo-
num nostrum cui suspiramus pax erit.
Ecce bonum fratres. magnum bonum
pax uocatur. quaerebatis quid uoca-
retur. aurum est. argentum. an fun-
dus. an uestis. pax est. non pax. qualem
inter se habent homines infidamun-
talem. mutabilem. incertam. nec pax
talis. qualem secum habet ipse unius ho-
mo. diximus enim quia & secum pug-
nat homo. usque quod domet omnes

cupiditate adhuc pugnat. Qualis ergo
 pax. quam oculis non uidit. nec auribus
 diuit. qualis pax debet iherusalem. quia hie
 iherusalem inter pretatur uisio pacis. fiergo
 benedicat eam in exsion. & uideat bona hie
 iherusalem. & uideat somnes dies uitae tuae.
 Et uideat non filios tuos tantum. sed filios
 filiorum tuorum. quid est filios tuos opera
 tua quae hic agit. Quisunt filii filiorum.
 fructus operum tuorum. facis aelemosi
 nas filii tui sunt. propter aelemosinas
 accipiunt aeternam. filii filiorum
 tuorum sunt. uideat filios filiorum tuo
 rum. & erit quod sequitur. quo conclu
 dit. pax super israhel. haec pax uobis
 praedicatur a nobis. ipsa amat a nobis
 ipsa ut ametur a uobis optamus. Ad illa
 pacem perueniunt. quae & hic pacifici
 fuerint. Illi sunt & hic pacifici. qui cir
 cum eunt mensam dñi. Tamquam no
 uellatio oliuarum. ut non sit sterilis
 arbor. Qualis fuit illa ficulnea ubi fruc
 tum non inuenit esuriens dñs. & uideat
 quid contigerit. folia sola habebat.
 fructum non habebat. sic sunt qui uer
 ba habent & fructum non habent. Esu
 riens dñs non ibi inuenit quid mandu
 cec. quia fidem nostram. & facta bona
 esurit dñs. pascamus illum bene uiuen
 do. & pascet in aeternum nobis uiuere
 donando. **EXPL. DE PSALMO. CXXVII.**

INCIPIT. DE PSALMO. CXXVIII.

Psalms quem cantamus breuis est.
 sed sicut scriptum est in euangelio de za
 cheo. statura breuis. & magnus opere.
 sic sicut scriptum est de illa uidua quae
 duominuta misit in gazophilatiu. bre
 uis pecunia sed magna caritas. sic iste
 psalmus. si uerba numeris breuis est. si sen
 tentias appendas in magnus est. non ergo
 nos poterit diuitius usque ad fastidium deti
 nere. Quare aduertat prudentia uestra

& adsit intentio xpiana. sonet uerbum di
 uolentibus. nolentibus. oportune in por tu
 ne. Inuenit sibi locum. Inuenit corda ubi
 requiescat. Inuenit terram ubi germinet
 & fructum ferat. Nam quia multi mali
 sunt & iniqui. quos portat ecclesia usque
 in finem manifestum est. & his sunt quib;
 uerbum di superfluum est. aut sic in illos
 cadit. quomodo semen in uia conculcat
 & a uolatilibus colligitur. aut sic in eos ca
 dit. quomodo semen in petrosa loca. ubi
 non habet terram multam. statim exit.
 & calefacto sole arefcit. quia non habebat
 radicem. aut sicut spinas quod si germi
 net. & con iectur in auras surgere. sus
 facatur tamen multitudine spinarum.
 tales autem sunt qui uerbum di con
 temnunt sicut uia. aut qui ad horam
 gaudent. & facta tribulatione. sicut
 ab aestu solis arefcunt. aut qui cogitatio
 nibus & curis & sollicitudine huius mundi
 tamquam spinis auaritia & soffocant. quod
 in illis coepetat germinare. Est autem
 etiam terra bona. Quo semen cum cecide
 rit affert fructum. aliud tricesimum
 aliud sexagesimum. aliud centesimum.
 siue parum. siue multum. omnes in horrea
 erunt. sunt ergo tales. & propter hos lo
 quimur. propter loquitur scriptura.
 propter hos non tacet euangelium. sed
 illi audiant. ne forte aliud sint hodie.
 aliud eras. Ne forte audiendo mutent
 aut arefciant. aut lapides purgent.
 aut spinas euellunt. dicat sps di. dicat
 nobis. Cantet nobis. siue uelimus saltare
 siue uelimus cantet ipse. sicut enim qui sal
 tat membra mouet ad cantum. sic qui psal
 tat ad praecceptum di operibus obtempe
 rant sono. ideo qui noluerunt hoc facere.
 quid illis dicit dñs in euangelio. Cantau
 mus uobis & non saltatis. plangimus et
 non luxistis. Cantet ergo credimus di misericordiam

quia erunt de quibus nos consoletur. nam qui peritaces sunt perseverantes in malicia quamuis audiant uerbum dei scandalis turbant ecclesiam. de talibus dicit iste psalmus sic enim coepit.

Saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Ecclesia loquitur de his quos tolerat tamquam diceretur. numquid modo ecclesia olim ex quo uocantur sancti. est ecclesia in terra. aliquando in solo abel ecclesia erat expugnatus est a fratre malo & perditio cain. aliquando in solo enoch ecclesia erat & translatus est ab iniquis. aliquando in sola domo noe ecclesia erat & pertulit omnes qui diluuium perierunt. Et sola arca natauit in fluctibus. Et euasit ad siccum. aliquando in solo abraham ecclesia erat. Et quanta pertulerit. nouimus ab iniquis in solo filio. fratres eius loth & in domo eius in sodomis ecclesia erat. Et pertulit sodomorum iniquitates & peruersitates. quousque de eum de medio eorum liberauit. Coepit esse et in populo israel ecclesia. pertulit pharaonem & aegyptios. Coepit & in ipsa ecclesia id est in populo israel numerus sanctorum. moyses & ceteri sancti pertulerunt iniquos iudaeos populus israel. uentum est & ad nos huiusmodi praedicatum est euangelium. Dixit in psalmis adnuntiaui & locutus sum. multiplicati sunt super numerum. Quid est super numerum. non solum illi qui crediderunt & qui pertinent ad numerum sanctorum. sed & super numerum intrarunt multi iusti. sed plures iniqui. & pertulerunt iusti iniquos. quando in ecclesia. Numquid modo solum. ex quo numerat & ex quo commemorat. Ideo neminem miraretur modo ecclesia. uel ne quisquam miraretur in ecclesia. uolens esse bonum membrum ecclesiae. audiat ipsam ecclesiam matrem suam dicentem sibi. nolite mirari a dicta fili. saepe expug-

nauerunt me a iuuentute mea. magnus affectu sic coepisse psalmum. saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. quasi aliquid loquebatur. uidetur enim non coepisse sed respondisse. respondit autem quibus cogitabat & dicentibus quanta mala perferimus. quanta scandala contremescunt cotidie. quando inquit intrant in ecclesiam. & portamus eos. respondeat ecclesia de quibusdam. id est de forte uoce respondeat quaerellis infirmorum & confirmet firmi infirmos. & grandes paruulos. & dicat ecclesia. saepe expugnauerunt me a iuuentute mea.

Dicat uero israel. saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. dicat illud non illud timeat. quoniam ualeat. quodcum dixisset. saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ait dicit. iam modo senectus ecclesiae expugnatur. sed non timeat. dicat saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Numquid ideo non perueni ad senectutem. quia non cessauerunt illi expugnando. Numquid delere potuerunt. dicat uero israel. & consoletur se israel. Consoletur se ipsa ecclesia de praeteritis exemplis & dicat. saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. quare expugnauerunt.

Et enim non potuerunt mihi. super dorsum meum fabricauerunt peccatores. longe fecerunt iniustitiam suam. Quare expugnauerunt. quia non potuerunt mihi fabricare. Quid est non potuerunt mihi. non illis consensi ad malum. Omnis enim malus. propterea persequitur bonum. quia non illi consensit bonus ad malum. fiat aliquid malum non obiurgat. Episcopus bonus est. episcopus obiurgat. episcopus malus est. episcopus rapit aliquid. taceat cui rapit. bonus est. & saltem loquatur & reprehendat. & si non reperat. malus est. malus est qui reprehendit rapto rem. & bonus est qui rapit. ambulet.

manducemus & bibamus. Cras enim morie-
mur; Contra apostolos; corrumpunt mores
bonos. conloquia mala; sobrii estis iusti &
nolite peccare; sonat uerbum. sonat sermo
contradictor libidinis; at ille amicus libidi-
nis suae. & inimicus sermoni contradicenti.
amicus suae infestus est. & odit uerbum di;
facta est amica auaritia. inimicus di; Con-
tradicit enim di auaritiae. & uult nihil
possideri ab auaritia; Ego possideat. clamat;
quid uis ab auaritia possideri. dura iubet.
lena iubeo; Onus eius graue est. sarcina
mea leuis est; lugu meus asperum est. lugu
meum lene est; Noli uelle ab auaritia pos-
sideri; lubet auaritia mare transire. & ob-
temperes. iubet ut te uentis procellisq; co-
mittas; lubeo ego. ut ante otium tuum. ex eo
quod habes des pauperi; piger es ad facien-
dum ante te opus bonum. & strenuus ad
transiendum mare; Quia auaritia impe-
rat. seruis; quia di iubet. odisti; & quid cum
odisse coeperit. Incipit uelle criminare
eos a quibus audit bona praecepta. Et uel-
le per suspensiones suas. crimina serui uidi;
Qui nobis ista dicunt. ipsi non faciunt ista;
& ista siue quae fiunt. siue quae non fiunt.
Et quae non fiunt dicuntur fieri. & quae
fiunt bona dicuntur male fieri; Et quae
toleramus ad culpam nostram aspicant;
Nos quid respondemus. nolite attende-
re sermonem istum. attende; ipse tibi lo-
quitur per quem lubet huic tu inimicus es;
concorda cum aduersario tuo. cum es cum
eo inuia; aduersarium tuum sermonem
di fecisti; Noli attendere. quia ille tibi lo-
quitur; malus est per quem tibi loquitur.
sed non est malus qui tibi loquitur sermo-
nem di; Accusa di. accusa si potes; Credi-
tis fratres. hucusque peruenisse eos de qui-
bus dicitur; saepe expugna uerunt me au-
uentate mea; aut etiam ipsum di. accu-
sare non dubitent; accusa auarum. & ille

157
accusat di. quia fecit aurum; noli aua-
rus esse. & non faceret di aurum; lam hoc
restat. quia tu opera mala cohibere non po-
tes; accusa opera boni di. displice tibi cre-
ator & fabricator mundi. non faceret &
solem. quia multi in fenestris contendunt
de luminaribus. & ad iudicia se trahunt; O si
uita nostra cohibeamus. quia bona sunt omnia.
quia bonus di fecit omnia. Et laudant illu
opera sua; considerate quia bona sunt ab eo.
qui habet spm considerandi. spm pietatis &
sapientiae; undique laudatur di ab operi-
bus suis; quomodo illum laudant opera sua.
per ostium puerorum in camino ignis;
quid pretermissum est. laudat caelum.
laudant angeli. laudant sidera. laudat
sol & luna. laudant dies & noctes. laudat
quicquid germinat de terra. laudat quic-
quid natat in mari. laudat quicquid in ae-
re uolat. laudant omnes montes & colles.
laudant frigora & aestus. & caetera omnia
quae di fecit; Audistis. quia laudant eum.
numquid audistis ibi. quia laudat di. aua-
ritia. quia di. laudat luxuria. non lau-
dant ista. quia non ipse illa fecit. laudant
ibi homines di. hominis creator est di;
Auaritia opus est mali hominis. homo ipse.
est opus di; & quid uult di occidere in te.
quod ipse fecisti. Et saluare quem ipse fecit;
Noli fenerari. tu accusas scripturam dicen-
tem; qui pecuniam suam non dedit ad usuram;
Non ego illud scripsi. non de ore meo primo
exiit. di audi; Et illi clerici non fenerant.
forte qui tibi loquitur. non fenerat; sed fac-
quia et ipse fenerat; Numquid fenerat.
qui per ipsum loquitur. si facit quod tibi dicit.
Et tu non facis. tu in ignem. & ille in regnum;
si non facit quod tibi dicit. & pariter facit
mala quae facis. Et dicit bona quae non fa-
cit. pariter in ignem; faenum ardebit. uer-
bum autem di. manet in aeternum; Num-
quid ardet sermo. qui tibi per illu locutus est;

Aut moyses est qui tibi loquitur: bonus &
iustus famulus dei; aut fariseus est in cache-
dra moysi sedens; audisti & de ipsis, quae
dicunt facite: quae autem faciunt, facere
nolite; Non habes tu unde excusete. quan-
do sermo dicitur loquitur: quia non potes in-
terficere sermonem dei; Crimina quaeris
eis per quos tibi loquitur sermo dei; quere
quantum uis dic quantum uis: blasphema
quantum uis; saepe expugnauerunt me
a uuentute mea; dicat uero isrl; saepe ex-
pugnauerunt me a uuentute mea; Audent
enim fenerator es dicere: non habeo aliud
unde uiuam; hoc latro mihi diceret de p-
hensu in fauce; hoc & effractor diceret de
p-hensu in caparictem alienum; hoc mihi
& leno diceret emens puellas ad prostitutio-
nem; hoc & maleficus incantans mala: Et
uendens nequitiam suam; Quicquid tale p-
hibere conamur: responderent omnes quia
non haberent unde uiuerent: quia inde pas-
cerent; Quasi non hoc ipsum: in illis maxi-
me puniendum est: quia artem nequitiae
delegerent unde uictum transigant: Et in-
de se uolunt pascere: unde offendant eum:
a quo omnes pascuntur; sed cum clamaue-
ris hoc & dixeris: illi respondent: si sic non
huc accedimus: si sic non intramus in ipsam
ecclesiam: ueniant, intrent audient; sae-
pe expugnauerunt me a uuentute mea: &
enim non potuerunt mihi; super dorsum
meum fabricauerunt peccatores; non potue-
runt agere: ut consentiam: fecerunt quod
portem; Quam praeclare dictum ^{hoc est} quam
optime significauit; & enim non potuerunt
mihi super dorsum meum fabricauerunt
peccatores; agunt nobiscum primum ut
consentiamus illis ad facta mala; si non con-
senserimus: tolerat eos dicunt; Quia ergo
non potuisti mihi ascendere in dorsum me-
um: portare te habeo: quousque ueniat finis;
sic enim mihi etiam praeceptum est: ut fruc-

tum adferam: cum tolerantia; Non te cor-
rigo: te: Letote: aut forte cum tolerote:
corrigit te: si te corrigit usque in finem: to-
lerote usque in finem: & usque in finem super
dorsum meum eris usque ad tempus; Numquid
semper super dorsum meum eris: ueniet enim
qui inde te excutiat; ueniet tempus messis:
ueniet finis saeculi; mittet deus messores:
messores autem angeli sunt: separant malos
de medio iustorum: sicut zizania a tritico;
frumentum recondet in horreo: paleam au-
tem comburent igni inextinguibili; porta-
ui quousque potui: iam gaudens transeo in hor-
reum dei: & securus cantu; saepe expugnaue-
runt me a uuentute mea; Quid enim mihi
facere potuerunt: quia expugnabant me
a uuentute mea: exercuerunt me non
oppresserunt; ualuerunt mihi sicut ignis
ad aurum: non sicut ignis ad foenum; Ignis
enim accedens ad aurum: sordem tollit;
accedens ad foenum: incinerem uerit; &
enim non potuerunt mihi: quia non consensi:
Quia non me fecerunt quales sunt ipsi; super
dorsum meum fabricauerunt peccatores:
longe fecerunt iniustitiam suam; fecerunt
quod tolerem: & non fecerunt cui consenti-
rem; Ergo iniustitia ipsorum longe est a me;
malum mixtum bonis: non solum in saeculo:
sed et in ipsa ecclesia: malum mixtum bo-
nis; nostis & probastis: Et magis probastis
si boni fueritis; Cum enim creuisset herba
& fructum fecisset: Tunc apparuerunt zi-
zania; nulli apparent mali in ecclesia nisi
ei qui fuerit bonus; nostis ergo quia mixti
sunt; & semper & ubique dicit scriptura:
quia non separabuntur nisi in fine; sic quo-
modo mixti sunt: longe sunt a se; ne quis er-
go ex eo quod mixti sunt mali inter bonos:
putaret iniquitatem esse iuxta iustitiam:
Non potuerunt inquit mihi; id est dixerunt:
& male dixerunt: manducemus & bibamus:
et a se inuicem mori emur; non corruerunt

sermonef malimores bonos; In eo quod au
 diu ad o. non cessi sermonibus hominū;
 fecerunt mihi peccatores quod portare.
 non cui miserer. & facta est iniquitas
 eorum longe a me; quidem tam pro
 pe. quam duo homines in una ecclesia. Quid
 enim tam longe. quam iniquitas. ubi enim
 consensus. ibi propinquitas; ligantur duo.
 & mittuntur ad iudicem; latro & colliga
 tus; ille sceleratus. ille innocens. una cate
 naligantur. & longe sunt a se; quantum
 longe sunt. quantum scelus longe est
 ab innocentia; ecce isti longe sunt ab iudi
 cem; alius latro in hispania facit scelera; pro
 ximus ei qui facit in africa; quantum pro
 ximus. tantum sibi iunguntur. scelus &
 scelus. tantum sibi iunguntur latroci
 nium & latrocinium; Nemo ergo timeat.
 mixtos sibi corpore malos; Longe ab illis
 sit corde. & securus portat quod non tamen;
 longe fecerunt iniustitiam suam; quid
 occurrit florent illi. qui regnant inique;
 & ut sermonem loquamur uulgū. tonant
 iniqui. extolluntur in trispho in calumni
 as; quid ergo semper hoc. non. audi quid
 sequitur;

Dñs iustus concidet ceruices peccatorum;
 Incendat caritas uesera; Dñs inquit iustus.
 concidet ceruices peccatorum; quis non
 contrahi secat. quis enim non peccauit.
 dñs iustus concidet ceruices peccatorum;
 Omnibus qui audiunt. intrat tremor in
 cor. si credunt scripturae edi; si enim sine
 causa sibi tunc dunt homines peccata men
 tiuntur. quia tunc dunt peccata; si iusti sunt.
 & in eo quod mentiuntur dō. fiunt peccato
 res; si ergo ueraciter sibi tunc dunt pec
 ta peccatores sunt; & quis nostrum non si
 bi tunc dunt pectus. & quis nostrum non elidit
 oculos ad terram. sicut ille publicanus &
 dicit. dñe. propitius esto mihi peccatori; si ergo
 omnes peccatores. & nemo inuenitur sine

peccato. omnibus timendus est gladius in
 ceruices. quia dñs iustus concidet ceruices
 peccatorum; Non puto fratres quia omnium
 peccatorum. sed in membro quod percutit.
 ibi designat quos peccatores percutiat; non
 enim dixit. dñs iustus concidet manus pecca
 torum. aut dñs iustus concidet pedes pecca
 torum; Non dixit. quia peccatores. superbof
 uolebat intellegi; superbia autem omnes cer
 uicati sunt. Quia non solum faciunt male.
 sed nec agnoscere uolunt. & quando obiur
 gantur. iustificant se; Ecce fecisti saltem
 agnosce quid feceris; Odit dñs peccatorem.
 oderis tu; Coniungere dō simul. persequere
 mihi peccatum tuum; Non inquit ego be
 nefeci. dñs male fecit; Quid est hoc. ego ni
 hil male feci inquit. quia saturnus fecit.
 quia mars fecit. quia uenus fecit. ego nihil
 feci. stellae fecerunt; iustificaste. accusas
 dñm qui fecit stellas. qui ornauit caelum;
 itaque quoniam iustificas peccatum tuum. &
 superbis aduersus dñm. quia te facis extra
 culpam. dñm in culpam; & tantum erexit
 ceruicem. & cucurrit contra dñm. sicut
 scriptum est in iob; dicebat de impio pecca
 tore. currens aduersus dñm. In crassa cer
 uices cuti sui; & ibi ceruicem nominauit.
 Quia sic te erigis. & non elides oculos ad terrā.
 & tunc dispectus & dicit; dñe propitius esto
 mihi peccatori. sed iactaste de meritis tuis.
 & ius mecum inquit dñs iudicio contendere.
 Intrare mecum in iudicio. cum debeas in
 reatu tuo satisfacere dō. & clamare ad il
 lum. quod clamatur in alio psalmo; sicut
 quitatef obserua. Veris dñe. dñe qui susci
 nebit. Clama. ad illum. quod clama
 tur in alio psalmo. Ego dixi dñe miserere
 mei. sana animam meam. quoniam peccaui
 tibi; quoniam haec non ius dicere. sed iustificas
 facta tua aduersus sermonem di. uenit
 in te quod sequitur scriptura & dicit; dñs
 iustus concidet ceruices peccatorum.

Confundantur & auertantur retrorsum omnes qui oderunt sion; qui oderunt sion oderunt ecclesiam; sion ecclesia est; & qui in traxit in ecclesiam; sicte oderunt ecclesiam; qui nolunt obseruare uerbum dñi oderunt ecclesiam; sed super dorsum fabricauerunt; quid factura est ecclesia; ^{ubi} portatura usque in finem; sed quid de illis sequitur & dicit;

Fiant sicut faenum tectorum. quod prius quam euellatur exaruit; faenum tectorum herba est. quae nascitur in tectis in solario integulato in alto uideatur. & radicem non habet; quanto melius humiliter nascitur & laetius uiresceret; modo nascitur altius ad celeriore ariditatem; nondum diuulsus est & aruit; nondum punita sunt in iudicio dñi. & iam non habent succum uiriditatis; attendite opera ipsorum. & uideate quia aruerunt. sed uiuunt & hic sunt; pondum ergo auulsis sunt. aruerunt. sed nondum auulsis sunt; facti sunt sicut faenum tectorum. quod prius quam euellatur aruit; & uenient messorum. sed non de illis implent manipulos; uenturi sunt enim messorum. & collecturi sunt triticum in horreum. zizania alligabunt. & mittent in ignem; sic & faenum tectorum expurgatur. & quicquid inde euellatur in ignem mittatur; qui & prius quam euellatur aruit. non inde implet messor manus; sequitur enim & dicit.

Non repleuit manum suam messor. & sinum suum qui manipulos collegit; messorum autem angeli sunt. dñs dicit.

Et non dixerunt transeuntes uiam. benedictio dñi super uos. benedicimus uos in nomine dñi. Nos enim fratres quando transitur per operantes. est consuetudo ut dicatur illis benedictio dñi super uos; Et magistra consuetudo erat in gente iudeorum; Nemo transibat. & uidebat aliquos facere aliquid opus in agro. uel in uinea uel in messe. uel aliquid eiusmodi non licebat transire sine bene

ditione; Alii sunt qui manipulos colligunt. Alii sunt transeuntes uiam; qui manipulos colligunt non de illis replet manus. quia non colligitur ad horreum faenum tectorum; qui sunt qui manipulos colligunt messorum. qui sunt messorum dñs dicit. messorum sunt autem angeli; qui sunt transeuntes illi qui iam per uiam istam. id est per uiam istam transierunt hinc ad patriam; Apostoli transeuntes erant in ista uita. prophetae transeuntes erant. quos benedixerunt prophetae. & apostoli illos in quibus radicem caritatis uiderunt. Quos autem in uenerunt in tectis seminere. & super bire in ceruicem scuti sui dixerunt contra illos quos futuri erant. benedictionem autem super eos non dederunt; Ergo istos malos quos portat ecclesia. qui legitis in scripturis inuenitis maledictos designatos ad antichristum pertinere. ad diabulum pertinere. ad paleam pertinere. ad zizaniam pertinere. & multa innumerabilia per similitudinem dicuntur de illis. quia non omnis qui dicit dñe dñe. intrauit in regnum caelorum; nullam inuenis scripturam. quae de illis bene loquatur; quia transeuntes uiam non illos benedixerunt; Transierunt prophetae. omnia de illis maledixerunt; Ecce & iste quem portamus claud. transit uiam; audistis quid de illis dicit. dñs iustus concidet ceruices peccatorum; Confundantur & auertantur retrorsum omnes qui oderunt sion; fiant sicut faenum tectorum. quod prius quam euellatur aruit; Non replebit manum suam messor. & sinum suum qui manipulos colligit; haec illis dicit; Non ergo supra illos iste transiens benedixit. Et impletum est etiam per illum. & quod ipse dicit; Et non dixerunt transeuntes uiam. benedicimus uos in nomine dñi; & isti transeuntes siue prophetae. siue patriarchae. siue apostoli. quicumque transierunt. si bene uimus fratres benedixerunt nos in nomine dñi; quando me in

at finis

quis benedixit paulus. quando me benedixit
 petrus. ad tunc in scripturis. uide si bene ui-
 uis. Et uide ibi benedictum te fuisse. omnes be-
 ne uentes benedixerunt. & quomodo bene-
 dixerunt. In nomine dñi. non in nomine suo.
 sicut heretici. Qui enim dicunt quod nos da-
 mus hoc est sc̄m. in nomine suo uolunt bene-
 dicere non in nomine dñi. qui autem dicunt.
 non sc̄ificat nisi dñs. nec quisquam est bonus
 nisi donodi. ipsi in nomine dñi benedicunt.
 non in nomine suo. quia amici sunt sponsi. po-
 lunt esse adulteri sponsae.

EXPLICIT · DE PSALMO · CXXVIII ·

INCIPIT · DE PSALMO · CXXVIII ·

Quoniam uos non solum oculis corporis sed et
 corde uigilare praesumimus intellegen-
 ter noscantare oportet.

De profundis clamaui ad te dñe. dñe exau-
 di uocem meam. & enim uox ascendens est.
 per anens ad anticum graduum. debet
 itaque unusquisque nostrum uidere in quo
 profundo sit de quo clamat ad dñm. Clama-
 uit de profundo iona de ventre coeti. Erat
 non solum ^{sub} fluctibus. uerum etiam in uisce-
 ribus belue. peccamen illud corpus & illi fluctus
 intercluserunt orationem ne perueniret
 ad dñm. & uenter bestiae non potuit tene-
 re uocem de praecantis. penetravit omnia
 disrupta omnia. peruenit ad aures dñi. sita-
 men dicendum est. quia disruptis omnibus
 peruenit ad aures dñi. quando aures dñi in cor-
 de praecantis ferant. ubi enim praesentem
 dñm non habet cuius fidelis est uox. Uerum ta-
 men & nos debemus intellegere. de quo pro-
 fundo clamemus ad dñm. profundum enim
 nobis est ista uita mortalis. quisquis se in pro-
 fundo intellexerit clamat. gemit. suspirat.
 donec de profundo eruat. & uenit ad eū
 qui super omnes abissos sedet. super cheru-
 bin. super omnia quae creauit non solum
 corporalia. sed etiam spiritalia. donec ad
 eum ueniat anima. donec ad illū liberet.

imago ipsius quod est homo. quae in hoc pro-
 fundo. tamquam assiduis fluctibus. exagita-
 ta detrita est. & nisi renouetur & reparetur
 ad dō qui illam inpressit. quando forma uic
 hominem idoneus potuit esse homo. ad easum
 suum non est idoneus ad resurrectionem suā.
 semper in profundo est. sed cum de profundo
 clamat. surgit. de profundo. & ipse clamor
 non eum permittit multum in imo esse. ual-
 de enim in profundo sunt. quinec clamant de
 profundo. dicit scriptura. peccator cum ue-
 nerit in profundo malorum contempnit.
 lam uidete fratres quale profundum sit. ubi
 contempnitur dñs. cum quisque uiderit se co-
 tidianis peccatis obrutum. ac eruis quibusdā
 & molibus quibusdā iniquitatum praemi-
 fiditum illi fuerit ut dñm roget. iridet.
 quibus modis primo dicit. si dō displicerent
 facinora ego uiuerem. si curaret dñs res hu-
 manas ad tanta scelera quae feci. non solū
 uiuerem sed et benemibi esset. solet enim
 hoc illi se uenire. qui multum in profundo sunt.
 & prosperantur in iniquitatibus suis. & tanto
 magis in profundo merguntur. quanto ma-
 gis uidentur esse felices. fallax enim felici-
 tas ipsa est maior infelicitas. deinde & hoc
 solent homines dicere. lam qm̄ multa feci
 & damnatio imminet hoc perdo quod non
 facio quicquid possum. quomodo solent des-
 perati latrones dicere. si me occisurus est iu-
 dex pro decem homicidiis. quomodo pro quic-
 que. quomodo pro uno. Quare etiam quicquid
 mihi occurrerit facio. hoc est peccator.
 cui uenit in profundo malorum contempnit.
 sed dñs ih̄s x̄ps. quinec profunda nostra con-
 tempnit. quiusque ad istam uitam uenire
 dignatus est. promittens remissionem om-
 nium peccatorum. Etiam de profundo exci-
 tauit hominem. ut clamaret de profundo
 sub molibus peccatorum. & perueniret uox
 peccatoris ad dñm. Unde clamant nisi de
 profundo malorum. & uidete quia uox

peccatorum clamat de profundo; de profundo clamaui ad te dñe. dñe exaudi uocem meam

Fiant aures tuae intendentes in uocem deprecationis meae; Unde clamat de profundo: Quis ergo est qui clamat, peccator. & qua spe clamat. Quia qui uenit soluere peccata. dedit spem etiam in profundo posito peccatori. ideo quid sequitur post ista uoces.

Summitates obseruaberis dñe. dñe quis sustinebit. ^{quod} Ecce apph̄rui de profundo clamarer. Clamat enim sub mobilibus & sub fluctibus iniquitatum suarum cum spexit se. circumspexit uitam suam. uidit illam undique flagitiis & facinoribus cooperatam. quam cum respexit; nihil in se bonum inuenit. nihil illi serenum iustitiae potuit occurrere. & cum tanta & tam multa peccata undique & ceteruas scelerum suorum uideret. taquam expauescens clamauit. summitates obseruaberis dñe. dñe quis sustinebit. Non dixit ergo non sustinebo. sed quis sustinebit. Uidit enim prope totam uitam humanam circumlatrari peccatis suis. accusari omnes conscientias cogitationibus suis; non inueniri cor castum praesumens de iustitia sua; si ergo cor castum non potest inueniri. quis presumat de iustitia sua; praesumat omnium corde misericordia di. & dicant dñi. summitates obseruaberis dñe. dñe quis sustinebit. Quare autem spes est.

Quoniam apud te propitiatio est. & quae est ista propitiatio. nisi sacrificium. & quod est sacrificium. nisi quod pro nobis oblatum est; sanguis innocens fusus deleuit omnium peccata nocentium; praetium tantum datum. redemit omnes captiuos de manu captiuarum inimicū. Ergo est apud te propitiatio. Nam si non esset apud te propitiatio. si uidee solum esse uelle & misericors esse uelle. obseruare omnes iniquitates nostras & quare res eas quis sustineret. Quis ante testa-

ret & diceret innocens sum, quis sciret in iudicio tuo. spes ergo una est. quoniam est apud te propitiatio.

Propter legem tuam sustinuit dñe. Quia legem. quae eos fecit dñat enim. est lex sc̄a. iusta bona iudaeis. sed eos eos potuit facere. non data est lex quae possit uiuificare. sed quae ostenderet peccatorem peccatori; peccator enim obtulerat se. per uidebat. sed data est illi lex ut uideret se. fecit eum lex. liberauit lator legis. lator enim legis imperator est. Lex data est quae terreat & constringat in reatum. non soluit lex a peccatis. sed ostendit peccata. Et forte sub ipsa lege positus. anima uerit iste in profundo quanta fecerit contra legem. & sic exclamauit dicens. summitates obseruaberis dñe. dñe quis sustinebit. Est ergo lex misericordia di. lex propitiationis di; illa timoris di fuit. est alia lex caritatis; lex caritatis dat ueniam peccatis. de lece praeterita admonet de futuris; in uia non deserit comitem; comissit ei quem ducit in uia; sed concordandum est cum aduersario. dum est in uia cum illo; est enim sermo di aduersarius tuus quam diu cum illo non concordas. Concordas autem cum coeperit te delectare facere quod dicit sermo di; iam quietat aduersarius tuus; sic finita uia non erit qui te tradat iudici. Ergo propter legem tuam sustinuit te dñe. quia dignatus es legem misericordiae afferre mihi. dimittere omnia peccata mea. dare mihi de cetero monita ne te offendam in ipsis monitis. si quid forte titubauero; dedisti mihi remedium quo teorem docens; dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimitte mihi debita nostra; hanc legem statuisti mihi. ut quomodo dimitto dimittatur mihi; propter hanc legem sustinuit te dñe. Expectaui quando uenires & liberares ab omni necessitate. quia

in ipsa necessitate non deseruit legem misericordiae; Audi quam legem dicat: si nondum intellexisti quia ^{legem} modo caritatis dicit apostolus. Audi inuicem onera uestra portate. & sic implebitis legem xpi. Qui portat inuicem onera sua nisi qui habent caritatem; qui non habent caritatem graues sunt sibi; qui autem habent caritatem portant se; laesit te aliquis peccati ueniam; si nondum tuis non portas honus fratris tui; si dimittis portas infirmum; & tui forte in aliquo infirmitatem cecideris quasi homo oportet ut sic te portet & ille quem admodum & tu; audi quid praecesserit; fratres inquit: si praecipuas fuerit homo in aliquo delicto; uosque spiritales estis in seruitute huiusmodi in spiritu lenitatis; & ne forte quis spiritualis inuenerat uelut securi sibi uiderentur; Continuo subiicit: Intendens te ipsum ne et tu tempteris; deinde quod commemorauit subiunxit; alter alterius: onera portate. & sic implebitis legem xpi; Unde dicit propter legem tuam sustinuit dñe; Dicuntur cerui quando transeunt freta in proximas insulas pacis gratia; capita supra inuicem ponere; & unusquante est: solus portat caput & non ponit super alterum; sed cum & ipse defecerit: tollit se ab altero parte dicit posterius: ut & ipse in altero requiescat. & sic portent omnes honera sua. & perueniant ad quod desiderant. & non patiuntur naufragium; quia quasi nauis est: illis caritas; itaque caritas portat onera; sed non timeat ne praematur honoribus talibus; neque peccati sui unusquisque praematur attendat; Nam quando portas infirmitatem fratris tui non te onerant peccata ipsius; plane si consentias: iam tua te praemunt; non alterius; qui enim consenserit peccatori; non alienis sed suis grauatur; Consensio enim alterius ad peccatum tuum fit peccatum; & non est quare quaeraris quia peccata

aliena te praemant: dicitur enim tibi praemunt te: sed tu; uidi si furem concurristi cum eo; quid est? pedibus ambulasti ad furtum; Im momento coniunxisti furto: quod ipsius solus erat factum & tuum quia placuit tibi; si autem displicuerit tibi & oraueris pro eo; & de praecatus ueniam dederis; ut possis libera fronte dicere in praecibus tuis quasi tibi iuris peritus caelestis dictauit; dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; didicisti portare onera fratris tui; ut & alius portet si qua sunt tua; Et fiat in uobis quod ait apostolus in uicem onera uestra portate. & sic implebitis legem xpi; Ita securus cantas quomodo dictum est; propter legem tuam sustinuit dñe; hanc autem legem qui non seruat peccati tenet dñm; nec si uelit sustinere; causa est quare sustineat; Inaniter sustinet; Uenturus est enim dñs & inuenturus peccata tua; Quod autem perfecta iustitia uixisti; non est inuenturus homicidia; forte graua sunt ^{fluit} & ualde maiora; non est inuenturus adulterium; furtum rapinam maleficia; idolatria non est inuenturus; non est ita inuenturus; nihil ergo inuenturus; Audi sermonem euangelii; qui dixerit fratri suo fatue; ab istis etiam peccatis linguae immanissimis quis abstinet; sed forte dicit parua sunt; reuertitur inquit gehennae ignis; si parum tibi uidetur aut modicum fratri dicere fatue; uel gehennae ignis uidetur tibi magna; si contemnebas minus peccatum uel poene magnitudine deterere; sed dicit minor sunt; minuta sunt; sine quibus non potest ista uita; Congerunt minuta & faciunt ingentem acerium; Nam & granamina minuta sunt; & tamen massam faciunt; Et guttae minutae sunt & flumina implent & molesterabunt; ideo & ille considerans quam multa minuta peccata cotidiana committat homo; si aliud uel per cogitationes & linguam attendit quam multa sunt; & si attendit quam minuta sunt; uidit per multa

minuta fieri aceruum magnum. & non quasi peccata sua pristina cogitans sed ipsam fragilitatem humanam; lamascendens clamat. de profundis clamaui ad te dñe. dñe exaudi uocem meam; fiant aures tuae intendentes in uocem deprecationis meae; si iniquitates obseruaberis dñe. dñe quis sustinebit; possum uitare homicidia adulteria; rapinas; per uiria; maleficia; idolatria; pum quid & peccata linguae; pum quid & peccata cordis scriptum est. peccatum iniquitas est; quis ergo sustinebit. si iniquitates obseruaberis. si nobiscum seuerus iudex agere uolueris. non misericors pater; qui scabit ante oculos tuos. sed est apud te propitiatio; propter legem tuam sustinuit dñe. quae lex est ista inuicem onera uestra portate. & sic implebitis legem xpi. qui portant inuicem onera sua. qui fideliter dicunt. dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimittamus debitoribus nostris.

Sustinuit anima mea in uerbum tuum; nemo sustinet nisi qui non accepit quod promissum est; nam qui iam accepit. quid sustinet. accepimus remissionem peccatorum. sed promissum nobis est regnum caelorum; debita nostra deleta sunt. sed merces nostra adhuc futura est; accepimus ueniam. sed aeternam uitam nondum tenemus; sed quid dedit ueniam. ipse promisit uitam aeternam; si uerbum nostrum esset deberemus timere. quia uerbum dei est; non fallit. securi ergo speramus in eius uerbo qui fallere non potest.

Sperauit anima mea in dño. auigilia matutina usque ad noctem; Quid est quod ait unodie sperauit in dñm. & finita est tota spes ipsius; auigilia matutina usque ad noctem sperauit in dñm; Ita uigilia matutina finis noctis est; hinc usque ad noctem sperauit anima mea in dñm; Ergo intellegendum est ne putemus unodie nobis sperandum in dñm esse. auigilia matutina usque ad noctem; Quid ergo fratres putatis hoc esse auigilia matutina usq;

ad noctem sperauit in dñm. quia dñs per quem nobis dimissa sunt peccata. In uigilia matutina resurrexit a mortuis. ut hoc speremus in nobis futurum quod praecessit in dño; lam enim peccata nostra dimissa sunt. sed nondum resurreximus; nondum in nobis factum est quod praecessit in capite nostro; quia et caro ipsius capitis resurrexit; sp̄ illius capitis numquam mortuus est; sed quod in eo mortuum est resurrexit. resurrexit autem tertia die. Et quodammodo hoc nobis dixit dñs quod in me uidistis sperate in uobis; id est quia erit resurrectio. resurgetis & uos; sed sunt qui dicant ecce resurrexit dñs numquid propterea sperandum est. & me posse resurgere. utique propterea; in hoc enim resurrexit dñs quod ate accepit non enim resurgeret nisi mortuus esset; non autem mortuus esset. nisi carnem portaret; quid accepit a te dñs. carnem; quid uenit ipse uerbum dei. quod erat ante omnia. per quod facta sunt omnia; sed ut acciperet ab te aliquid uerbum caro factum est & habitauit in nobis. accepit ab te. quod offerret pro te; quomodo accepit a te. sacerdos quod pro te offerat. quando uis placare dñm pro peccatis tuis; iam factum est. Ita factum est; sacerdos noster a nobis accepit. quod pro nobis offerret; accepit enim a nobis carnem. in ipsa carne uictima factus est; holocaustum factum est. sacrificium factus est in passione; sacrificium factum factus est in resurrectione. In nouauit illud quod occisum est. Et tamquam primitias tuas dedit dō. & ait tibi; consecrata sunt omnia tua iam; quando tales primitiae. de te date sunt dō. spera ergo & in te futurum quod praecessit in primitiis tuis; Ergo quia ille auigilia matutina surrexit. coepit anima nostra ex hoc sperare. & quousque usque in noctem; quousque moriamur; Omnis enim mors seculi. quasi somnus est. Coepisti sperare ex quo

resurrexit dñs. noli deficere. sperare quo
 usque ex ea sabba uita; nam si non usque ad noc
 tem speraueris. deletur totum quod speraue
 ras; sunt enim homines qui incipiunt sperare.
 sed non perseverant usque ad noctem; incipiunt
 pati tribulationes aliquas incipiunt pati temp
 tationes. uident enim homines malos & iniquos
 felicitate temporali pollere. Et quoniam talia
 sperabant de dño. ut hic essent felices. atten
 dunt eos qui scelera fecerunt habere. quod
 ipsi habere desiderabant. & deficiunt pedes
 eorum & desinunt sperare in dñm. quare.
 quia non a uigilia matutina coeperunt spe
 rare. quid est hoc. non hoc coeperunt spera
 re de dño. quod praecessit in dño ab illa ui
 gilia matutina; sed sperabant de dño. ut
 si essent xpiani haberent plenam domum
 frumento. uino. oleo. auro. & argento; nul
 lus eorum moreretur in maturo. si quis non
 haberet filios. acciperet si uxorem non du
 xisset. ducere. non abortiret. non solum
 aliqua mulier in domo eius. sed nec pecus eius.
 non aceres. et cupa eius; non grandina ret
 uinea eius. quis sic sperabat in dñm. animad
 uertit his rebus abundare eos qui non cole
 bant dñm. & defecerunt pedes eius. & non spe
 rauerit usque ad noctem. Quia non coepit
 a uigilia matutina. ^{sperant} Quis ergo incipit a uigi
 lia matutina sperare. qui hoc sperat de dño.
 quod coepit ostendere. a uigilia matutina
 in qua resurrexit; ante enim nemo resurre
 xerat semper uicturus. Intendat caritas
 uestra. suscitati sunt mortui ante aduentu
 dñi; nam & helias resuscitauit mortuum.
 & heliseus; sed resurrexerunt iterum mo
 riri; dñs ipse quos resuscitauit morituri
 resurrexerunt. siue ille uenis filius uidu
 ae. siue illa puella duodecim annorum filia
 archisynagogi. siue lazarus. aliter resus
 citati sunt omnes mortui; semel nati sunt
 & bis mortui sunt; nemo resurrexerat nū
 quam moriturus nisi dñs; quando autem

resurrexit dñs. numquam moriturus. a u
 gilia matutina. hoc spera & tu de dño resur
 rectorum te. non quomodo lazarus resurre
 xit. non quomodo filius uiduae. & archisyna
 gogi filia resurrexerunt. non quomodo
 quos suscitauerunt antiqui prophetae. sed
 resurrectorum te spera quomodo dñs. ut post
 resurrectionem qua resurrexeris. morte iam
 timeas morituum. & coepisti sperare a uigilia
 matutina; spera autem usque in noctem. quo
 usque finiat haec uita. quousque sit nox uni
 uersi generis humani in occasu saeculi; qua
 re hoc usque. quia post istam noctem iam
 non erit spes sed ipsa res; spes enim quae ui
 detur. non est spes; apostolus dicit; quod enim
 uidet quis quid sperat; si autem quod non ui
 demus speramus. per patientiam expectamus;
 si ergo patienter expectare debemus quod
 non uidemus. usque ad noctem speremus. id est
 id est usque ad finem uitae nostrae. uel saecu
 li. Cum autem nox ista transierit. iam ueniet
 quod sperabamus. Et non iam sperabimus; nec
 tamen desperati erimus; Est enim uitupera
 tio desperatorum. & aliquando detestamur
 hominem & dicimus non habet spem; non se
 per. malum est non habere spem; quoniam
 modo spem non habet. rem postea non habe
 bit. Ergo modo spem debemus habere. sed
 cum res uenerit. numquid spes erit. quod
 enim uidet quis quid sperat. ueniet dñs dñs
 noster. primo formam ipsam in qua cruci
 fixus est & resurrexit; demonstratur ge
 neris humano ut uideant & pii & impii. illi
 uideant & gratulentur inuenisse se quod
 crediderunt. & antequam uiderent. et
 illi erubescant. non se credidisse quod uide
 bunt. erubescant. damnabuntur. et gra
 tulati coronabuntur. Dicitur confusis. ite
 in ignem aeternum qui praeparatus est
 diabolo & angelis eius. Dicitur gaudenti
 bus uenite benedicti patris mei. percipite
 regnum. quod uobis paratum est ab origine

In hac uita cum
 sumus.

mundi. quodcum acceperint. iam spes non
erit. quia res tenebitur. Transacta ergo spe.
transibit nox illa. sed donec fiat auigilia ma-
tutina speret anima nostra in dñm. & credit
ad illud auigilia matutina speret isrl in dñm.
auigilia matutina usque in noctem speravit
anima mea in dñm. sed quid speravit. auigilia
matutina. speret isrl in dñm. non solum
speret isrl in dñm. sed auigilia matutina.
speret isrl. Ergo culpo spem saeculi quan-
do speratur de dō. non sed alia spes est isrl
propria. non pro summo suo bono speret isrl
diuitias. non salutem corporis. non abundan-
tiam terrenorum. immo tribulationem hic
habiturus est. si forte contigerit illi propter
ueritatem pati aliquas molestias. non enim
non sperabant in dñm martires. & tamen
taliam sunt passi. qualia latrones. qualia
iniqui. subrecta ad hostias ignibus concrema-
ti gladio pertussi. unguibus exarati. catenis
obstricti. carcere necati. ista omnia passim
non sperabant in dñm. aut ideo sperabant
ut in saecula carerent hac uita fruerentur.
non plane quia auigilia matutina sperabant.
quid est hoc. considerabant illam auigilia
matutinam. quare surrexit dñs eorum.
& uidebant quia antequam resurgeret
taliam & ipse passurus erat. qualia & ipse pa-
tiebatur. & non desperabant. & iam se post
tales passiones resurrecturos ad uitam
aeternam. speravit isrl in dñm. auigilia
matutina usque ad noctem.

¶ Qm̄ apud dñm misericordia. Et multa
apud illum redemptio. magnifice melius
dici non posse loco suo. propter illud quod di-
xit. auigilia matutina speret isrl in dñm.
Quare quia auigilia matutina resurrexit
dñs. Et hoc debet sperare corpus. quod in
capite praecessit. sed ne suggeratur ista co-
gitatio capiti licuit resurgere. quia pecca-
tis non praemebatur. nullum peccatum
erat in illo. Quid nos facturi sumus. spera-

bimus talem resurrectionem qualis in dño
praecessit. cum peccatis nostris ad graue-
mus. sed uide quid sequitur. Qm̄ apud dñm
misericordia. & multa apud illum redemp-
tio.

Et ipse redemit isrl. ab omnibus iniquita-
tibus eius. Ergo si praemebatur peccatis suis
ad est misericordia dñi. ideo praecessit ille
sine peccato. ut deleat peccata sequentium.
nolite in uobis praesumere sed auigilia ma-
tutina praesumite. uide de capite uestrum sur-
rexisse & ascendisse in caelum. in illo culpa
non erat. sed per illum culpa uestra dele-
buntur. Ipse redemit isrl. ab omnibus iniqui-
tibus eius. quia isrl uendere se potuit &
fieri uenundatus sub peccato. redimere se
ab iniquitatibus non potest. ille potuit redi-
mere. quia non potuit uenundare. qui
commisit peccatum. ipse est redemptor a pec-
cato ipse redimet isrl. uide redimet ab illa
iniquitate. an ab illa. an ab illa. ab omnibus
iniquitatibus suis. non ergo timeat accessu-
rus ad dñm aliquas iniquitates suas. tan-
tum modo accedat pleno corde & desinat
iam facere quae faciebat. & non dicat illa
iniquitas non mihi dimittetur. si enim hoc
dixerit propter ipsam quam putat sibi
non dimitti. non se conuertit. & faciendo
cetera. non illi dimittetur. & illud quod
non timebat. quia feci. inquit scelus mag-
num & non potest mihi dimitti. iam faciam
& cetera. hoc enim perdo quod non facio
nolite timere. in profundo est nolite contemp-
tere. de profundo clamate ad dñm. & dicit
iniquitates obserua beris dñe. dñe quis sus-
tinebit. obserua illum & expecta illum.
Et sustine propter legem ipsius. quam le-
gem tibi dedit. dimitte nobis debita nostra
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
sperate resurrecturum & tunc futurum
omni modo sine peccato. qm̄ ille resurrexit
qui primus fuit sine peccato. auigilia ma-
tutina

ana spera noludicere ego non sum dignus
propter peccata; non est dignus. sed multa
apud illum redemptio; Et ipse redimet isrl
ex omnibus iniquitatibus eius.

EXPLICIT. PSALMUS. CXXXVIII.

INCIPIT. DE PSALMO. CXXX.

In hoc psalmo commendatur nobis humilitas
seruici. & fidelis cuius uoce cantatur quod
est uniuersum corpus xpi; saepe enim mo-
numus caritatem ueritatem. non quasi uer-
us hominis uocem accipere debere sed
omnium qui sunt in xpi corpore; Et quia in
illius corpore sunt omnes tamquam unus ho-
mo loquitur. Et ipse est unus qui et multi sunt;
Multa enim sunt in seipsis. unus sunt in illo
qui unus est; ipsum est autem etiam templum
di. de quo apostolus dicit; templum enim di
sem est. quod estis uos; Omnes qui credunt in
xpm. & sic credunt ut diligant. hoc est enim
credere in xpm. diligere xpm. non quomo-
do daemones credebant. sed non diligebant;
Et ideo quamuis crederent dicebant; Quid
nobis et tibi fili di; nos autem sic credamus
ut in ipsum credamus diligentes eum. Et non
dicamus quid nobis et tibi est. sed dicamus
potius ad imperatorem. tu nos semisti; Omnes
ergo qui sic credunt. tamquam lapides sunt
uui. quibus templum di aedificatur; & tam-
quam ligna in putribilia quibus arca illa con-
pacta est. quae in diluuiio mergi non potuit;
hoc autem templum est id est ipsi homines
ubi rogatus est exaudit; Quisquis enim praeter
templum di orauerit dm. non exaudi-
tur. ad illam pacem supernam hierusalē;
Et si exauditur ad quaedam temporalia. quae
di & paganis donauit. nam et ipsi daemo-
nes exaudiri sunt. ut irent in porcos; Exaudi-
ri autem aeternam aliu est; nec concedi-
tur. nisi ei qui in templo di orat; ille autem
in templo di orat. qui orat in pace ecclesiae
in unitate corporis xpi; quod corpus xpi con-
stat ex multis credentibus in toto orbe terra

rum; & ideo exauditur qui orat in templo. ipse
enim orat in spu & ueritate qui orat in pace ec-
clesiae; non in illo templo ubi figura erat; secun-
dum figuram enim dm. excludit homines de
templo. illos qui sua quaerebant. id est propter
uendendum & emendum ibant in templis; si au-
tem figura erat illud templum manifestum
est. quia et corpus xpi. quod est uerum tem-
plum cuius illa imago erat; habet permixtos
uendentes & ementes. id est sua quaerentes.
non quae ihu xpi; sed excluduntur inde de
flagello reficulae; reficula enim peccata sig-
nificat sicut dicitur per prophetam. Uae eis qui
trahunt peccata sicut restem longam; illi au-
tem trahunt peccata sicut restem longam.
qui addunt peccata peccatis; qui cum fece-
rint unum peccatum ut cooperiant illud
faciunt alterum. quomodo enim ut restis fiat
additur spartum sparto. non autem in rec-
tum id sed torquetur. sic omnia praua facta
quae sunt peccata cum adduntur sibi. Et de
peccato peccatum. Et peccatum ad peccatum
adnectitur. fit restis longa. quorum semitae
prauae. Et flexuosi. & effusae eorum; Quoua-
let autem ista restis nisi uideat diligenter ei manus
et pedes & proiciatur quisque in tenebras exte-
riores; meministi enim dictum esse de quodam
peccatore in euangelio; ligate illi manus & pe-
des. & proicite illum in tenebras exteriores.
ibi erit fletus & stridor dentium; non esset
unde illi ligarentur manus & pedes. nisi ipse
sibi restem fecisset; Unde apertissime alio
loco scriptum est; crinibus peccatorum suorum
unusquisque constringetur; Ergo quia de pec-
catis suis homines uapulant. ideo dm. flagel-
lō. derestacula fecit. & inde expulit de templo
omnes qui sua quaerebant non quae ihu xpi;
huius ergo templi uox est in psalmo. in hoc
templo ut dixi rogatur di. & exaudit in spu
& ueritate. Non in illo corporali; Nam illic
umbra erat in qua demonstraretur quod
uenturum erat. ideo illud iam cecidit;

Cecidit ergo domus orationis nostrae. absit
non enim illud templum quod cecidit hoc
potuit dici. domus orationis de qua dictum
est, domus mea. domus orationis uocabitur
omnibus gentibus; audistis enim quid dixit
rit dñs ih̄s xp̄s; scriptum est. domus mea do
mus orationis uocabitur omnibus gentibus.
Uos autem fecistis eam speluncā latronum,
Nūc Quid illi qui uoluerunt facere domum dñi spe
luncam latronum fecerunt utruerit tem
plum. sic & illi qui male uiuunt in ecclesia
catholica quantum in ipsis est domum dī uo
lunt facere speluncam latronum; nec ideo
euerunt templum. ueniet enim tempus
quando de peccatorum suorum foras mit
tantur; hoc autem templum dī hoc corpus
xp̄i; haec congregatio fidelium. unam uo
cem habet. & tamquam unus homo cantat
in psalmo. Eius uocem iam multis psalmis au
diuimus. Audiamus & nūc; si uolumus nostra
uox est. si uolumus aure audimus cantan
tem. Et corde cantamus; si autem nolumus
erimus in illo templo. tamquam ementes &
uidentes id est nostra quaerentes; Intra
mus ecclesiam non ad ea quae placent oculis
dī. uiderint ergo in numero uestro quis quo
modo audiat. utrum audiat & irideat.
utrum audiat & post ponat. utrum audiat
et consonet. id est sentiat his uocem suam.
& adiungat uocem cordis sui. uocem psal
mi huius; tamen uox psalmi non tacet. ins
truantur qui possunt. Immo qui uolunt.
qui nolunt non inpediant. commendetur no
bis humilitas inde coepit.

Dñe non est exaltatum cor meum: Sacri
ficium obtulit; unde probamus quia sacri
ficium obtulit. Quia humilitas cordis sacri
ficium est; dicitur in alio psalmo; qm̄ si uoluis
ses sacrificium dedissem; utique satis uole
bat facere dō. pro peccatis suis propitiare il
lum uolebat ut acciperet indulgentiam pec
catorum. Et quasi quaerens unde illum

propitiaret. si uoluisset inquit sacrificium
dedissem. utique holocaustis non delectabe
ris; Ergo superfluo quaerebat ut arities
aut tauros aut aliquam talem uictimam un
de placaretur dñs; Quid ergo quia holocaustis
non delectabitur dñs non accipit sacrificium
et sine sacrificiū placatur; si nullum sa
crificium est. nullus sacerdos; si autem habe
mus sacerdotem in caelis qui pro nobis inter
pellat patrem; Intrauit enim in sc̄a sc̄orum
interiora ueli. Quonon intrabat sacerdos in
figura. nisi semel in anno; sicut et dñs in toto
tempore semel oblatu est; ipse obtulit se. ip
se sacerdos. ipse uictima. & intrauit in
sc̄a sc̄orum semel; & iam non morietur. //
ne mors ultra non dominabitur; securi
simus quia habemus sacerdotem. ubi offera
mus & hostiam; uideamus quod sacrificium
debemus offerre. quia holocaustis non de
lectatur dñs noster sicut audistis in psalmo.
sed ibi sequitur. & ostendit quid offerat;
sacrificium dō sp̄i contribulatus. cor con
tritum & humiliatum dñs non spernet; si er
go humiliatum cor. sacrificium dō est. sa
crificium obtulit quid dixit; Dñe non est ex
altatum cor meum; uide alio loco sic offe
rentem. dicit dō; uide humilitatem meā
& laborem meum. & dimitte omnia pecca
ta mea. Dñe non est exaltatum cor meū.

Neque in altum elati sunt oculi mei; neque
ingressus sum in magnis. neque in mirabi
libus super me; hoc planius dicatur & au
diatur; non fuisse superbus. polui quasi
mirabilibus innotescere hominibus. Et qua
si uel aliquid supra uires meas uide me
apud imperitos iactarem; Intendat caritas
uestra. magna res commendatur; quomo
do si non ille magus in mirabilibus ingredi
uolebat super se. propterea plus illum de
lectauit potentia apostolorum. quam uis
ticia xp̄ianorum; at ubi uidit per manus
impositionem apostolorum & per orationem

eorum dñi. dare fidelibus spm scm. Et quia
tunc per miraculum demonstrabatur aduen-
tus sps sci. ut linguis loquerentur quas non
didicerant. Omnes super quos ueniebat sps sci,
pecundo modo non datur sps sci. quia linguis
non loquuntur qui credunt. Ideo enim tunc
oportebat ut linguis loquerentur ut signifi-
carent omnes linguas xp̄o credituras; ubi
impletum est quod significabatur; miracu-
lum ablatum est. Cum ergo hoc uideret fr̄
non uoluit talia facere. non talis esse. Et
nos scis quia etiam pecunia p̄dicitur compara-
tum spm scm. Erat ergo de talibus qui
in templo intrant. ad emendum & uenden-
dum. Emere uolebat. quod uendere dispone-
bat. Et uere fratres mei quia talis erat et
sic intrauerat. Adeo dñs. eos expulit de tem-
plo qui columbas uendebat. Columba au-
tem spm scm significat. Uolebat autem fr̄
non emere columbam. & uendere colum-
bam. accessit dñs ih̄s xp̄s qui habitabat in pe-
tro. & flagello resticulae expulit foras ma-
lum mercatorem. Ergo sunt homines quos
delectat miraculum facere. & habet qui pro-
fecerunt in ecclesia miraculum exigunt.
Et ipse quasi profecisse sibi uidentur; talia
uolunt facere. Et putant se ad dñm non per-
tinere si non fecerint. dñs autem dñs noster
qui nouit quid cui tribuat & seruetur com-
pago corporis; In pace ad loquitur ecclesia
per apostolum; non potest dicere oculus ma-
nu opus non habeo; aut iterum caput pe-
dibus opus uobis non habeo; sicut totum corpus
oculus ubi auditus; sicut totum auditus ubi odo-
ratus; Ergo in membris nostris uidetis fra-
tres quomodo singula officium suum ha-
beant membra; Oculus uidet & non audit;
auris audit & non uidet; manus operatur
nec audit nec uidet; pes ambulat nec uidet
nec audit. nec facit quod manus. sed in uno
corpore sit sanitas. Et non aduersum se licet
gent membra; Et auris uidet in oculo.

Oculus auditur in aure; nec obici potest auri
quia non uidet ut dicatur ei. nihil est in ore
numquid uidere & discernere colores spiritus
quod facit oculus. respondit enim auris de pa-
ce corporis. Et dicit tibi sum ubi est oculus in eo
corpore sum. in me non uideo. in illo cum quo
sum uideo; Ita cum auris dicit. oculus mihi uideat.
Oculus dicit. auris mihi audit; Oculi & aures
dicunt. manus nobis operantur; manus dicunt
oculi & aures nobis uident & audiunt; Oculi
& aures & manus dicunt; pedes nobisambu-
lant; Omnia ergo in uno corpore cum ope-
rantur. sicut tibi sanitas & concordent mem-
bra. gaudent & congaudent sibi; & si ali-
quid molestia est in aliquo membro non sede-
serunt. sed conpatiuntur sibi; Numquid
quia in corpore pes quasi longe uidetur ab oculo;
illi enim sunt locati in sublimitate. illi au-
tem in frapositione; Quando forte pes spinam cal-
cauerit deserunt oculi. & non sicut uidemus.
totum corpus contrahitur; & sedet homo
curuatur spina dorsi. Ut quaeratur spina
quae hesit in planta; Omnia membra que
quid possunt faciunt. ut de infimo & exiguo lo-
co spina quae in heserat educatur; sic ergo
fratres quisquis in corpore xp̄i non potest re-
suscitare mortuum. non illud quaerit nec dis-
cordet in corpore; quomodo si auris quaerit
uidere. discordare potest; nam quod non
accepit non potest facere; sed si ei obiectum
fuerit dictum. si uultus esset resuscitare mor-
tuum. quomodo resuscitauit petrus in xp̄o.
Sed xp̄s sine petro facere poterat. petrus
nisi in xp̄o non poterat; quia sine me inquit
nihil potestis facere; Cum ergo hoc audie-
rit homo qui proficit quasi obiecta in calum-
niam. ab ignaris paganis ab hominibus nei-
cientibus quid loquantur in compage corpo-
ris xp̄i. respondeat & dicat; quid dicit non
est iustus. quia non facit miraculum; possis
& auris dicere. non est in corpore quia non ui-
det. faceres inquit tu. sicut petrus fecit.

* enim maior uidentur sicut se apostoli quasi p̄dicit. Sed unde fieri potest ut plus uideant p̄dicit qui radix. Quomodo autem quasi maior uidentur
fr̄s illi qui ille. ad uocem dñi sicut mortui. ad umbra transiunt p̄dicit sicut mortui. maior hoc uidetur qui illud.

sed petrus et mihi fecit. quia in eo corpore sum
in quo petrus fecit; in illo quod potest possim;
a quo diuisus non sum; quod minus possim con
patitur mihi; Et quod plus potest congaudeo
illi; Ipse dñs de super clamauit pro corpore
suo. saule saule quid me persequeris; Et ip
sum nemo tangebatur. sed pro corpore inter
ra laborante caput de caelo clamabat; fier
go fratres unusquisque quod potest iuste
egerit. & in eo quod alius plus potest non in
uiderit. sed congratulatus fuerit tamquam
in uno corpore. cum eo constitutus per tiner^{at}
adeum. uox ista psalmi. Dñe non est exalta
tum cor meum. neque in altum elati sunt
oculi mei. Neque ingressus sum in mag
nis neque in mirabilibus super me. Quod
enim excessit iures meas aut non quaesiui
poni mihi extendi. nolui mihi magnificari;
Nam ista exaltatio de abundantia gratia
rum quam sit timenda. ne quis de donodi
superbiat. sed magis seruet humilitatem
& faciat quod scriptum est; Quantomagnus
est tanto humilitate in omnibus & coram dō
inuenies gratiam. Quam ergo sit timenda
superbia de donodi etiam atque etiam
commendandum est. caritati uestrae. ma
xime quia psalmus breuissimus permit
tat nos loqui; paulus apostolus quamuis ex
persecutore factus ^{fr}praedicator a bundan
torem gratiam consecutus est in omni la
bore apostolico. quam ceteri apostoli. ut
magis dñs ostenderet suum esse quod dat
non hominis; quomodo solent medici po
tentiam artis suae in desperatis ostendere.
sic dñs sibi xps medicus & saluator noster
in desperato qui persecutor ecclesiae fuit.
Ostendit magnitudinem artis suae. ut
non solum xpianum eum faceret. sed et
apostolum; nec tantum apostolum. sed si
cut ipse dicit. plus omnibus illis laboraret;
Excellentissimae ergo gratiae fuit; Et
uideatis fratres quia modo in ecclesia pau

li epistulae uigent. magis quam coaposto
lorum eius; Alii enim non scripserunt. sed
tantum locuti sunt in ecclesia; nam quae
proferuntur aberrantibus sub nomine ipso
rum quia non sunt ipsorum. Inprobantur
nec acceptantur ab ecclesia; Alii autem qui
scripserunt. nec tantum nec tanta gratia
scripserunt; Cum ergo esset magna gra
tia. Et magna dona meruisset ad dō. quid
dicit quodam loco; propter magnitudinē
autem reuelationum ne extollat. In certis
rem tremendam uobis dico. propter magni
tudinē inquit reuelationum ne extollat
Datus est mihi simul carnis sineae. ange
lus satanae. qui me colafizet. Quid est hoc
fratres ne extollere tur. tamquam iuue
nis colafizatus. Tamquam puer ab angelo
satanae. Quid est hoc dolore quodam corpo
ris trahitur exagitatus uehementer. Do
lores autem corporum plerumque immit
tuntur ab angelis satanae. sed hoc non pos
sunt nisi permissi. Nam & iob sic proba
tus est. permissus est a deo probandum
satanae. Et percussit eum uulnere. ut uer
mibus putresceret. In mundus enim per
mittebatur. sed sic probabatur. Nescit
diabolus quanta bona de illo fiant. Etiam
cum saeuit saeuens intrauit in cor de iude.
saeuens tradidit xpm. saeuens crucifixus
& Crucifixo xpo redemptus est orbis terra
rum. Ecce saeuitia diabuli diabulo. obfuit
Nobis autem profuit. saeuendo enim quod
tenebat amisit. redemptos sanguine dñi.
Quem cum saeuiret effudit. si sic rectan
tum damnus se passurum. funderet inter
ram praetium. quo redemptum est genus
humanum. sic ergo angelus ille satanae
quasi libenter permissus est colafizare
apostolum. sed tamen apostolus curabatur.
Et quia illud quod medicus apposuerat mo
lestum erat infirmo. rogauit medicum ut
auferret. quomodo cum medicus appo

uisceribus aliquod forte eplethema moles
 tumida ardens. Inde tamen curandus est
 ille cuius uiscera tumebant. Cum ille ar
 dere coepit & cruciari medicamento ro
 gat rogat medicum ut auferat. medi
 cus autem consolatur. monet patientiam
 quia nouit quam sit uale. Quod appositum
 ita & apostolus sequitur et dicit. cum di
 xisset. datus mihi famulus carnis meae.
 angelus satanae qui me colasit. prae
 dixit autem quare. pro magnitudine re
 uelationum excollat. Datus est mihi fa
 mulus carnis meae. angelus satanae. qui
 me colasit. propter quod dñm rogauit
 ut auferat eum a me. hoc est dicit. roga
 uim medicum ut auferat a me molestem epi
 thema quod mihi apposuerat. sed audi uo
 cem medicus. Et dixit mihi. sufficit tibi
 gratia mea. nam uisus in infirmitate
 perficitur. Ergo uisus quid apposuerim
 Ergo uisus de aegrotis. Ergo non uide
 saneris. si ergo ad rissimipaulus potuit
 apostolus excolli magnitudinem reuelatio
 num. ubi acciperet angelum satanae.
 qui colasit daret. quis de se possit esse secu
 rus. cuius uideatur ambulare. qui minus
 accipit. sed si non per uer se quaerit. quod
 nec potest esse in corpore xpi. aut sine
 quo male est illis. tuncior est enim in corpo
 re digitus sanus. quam lippis oculus.
 digitus exigua. quaedam res est. Oculus.
 magnifica. multum potest. Et tamen
 melius est digitum esse & sanum esse. quā
 oculum esse. & per turbam lippis excaeca
 ri. Non ergo quaerit quisque in corpore
 xpi nisi sanitatem. secundum sanitatem
 habeat fidem. Et si de mundatur cor eius.
 Ex mundatione cordis uidebit illam faci
 em de qua dictum est. beati mundicordes
 qm ipsi dñm uidebunt. Et qui fecit mira
 cula. Et qui non fecit miracula in corpo
 re xpi. non debet gaudere nisi de facie dñi.

redierunt apostoli & dixerunt dño. Cum
 missi essent ad dño. Ecce dñe in nomine tuo
 etiam daemonia nobis subiecta sunt. ui
 dit dñs quod temptaret eos superbia
 ex potentia miraculorum. & ille qui me
 dicus uenerat sanare tumores nostros. Et
 ferre infirmitates nostras. Continuo ait.
 nolite in hoc gaudere. quia daemonia uo
 bis subiecta sunt. sed gaudete quia nomi
 na uestra scripta sunt in caelo. Non omnes
 xpiani boni daemones ferunt. Omnium
 tamen nomina scripta sunt in caelo. Non
 eos uoluit gaudere. Ex eo quod proprium
 habeant. sed ex eo quod cum ceteris salute
 tenebant. Inde uoluit gaudere apostolus
 unde gaudes & tu. Incendat caritas uestra
 nullus fidelis habet spem. si nomen eius non
 est scriptum in caelam. omnium fidelium
 qui diligunt xpm. qui ambulant in uiam eius
 humiliter. quam ipse docuit humilis nomi
 na scripta sunt in caelo. Cuius uisus contem
 bilis in ecclesia. qui credit in xpm & diligit
 xpm. & amat pacem xpi. nomen scriptum
 est in caelo cuius libet quem contempnit.
 Et quid simile ipse. & apostoli qui tantam
 miracula fecerunt. & tamen apostoli & pri
 muntur ex eo. quod de bono proprio gau
 debant. & iubentur inde gaudere. unde
 gaudet & ille contemptibilis. Non in meri
 to fratres cum ista humilitate dicit. Dñe
 non est exaltatum cor meum. neque mal
 tum elacisunt oculi mei. neq; ingressus
 sum in magnis. neque in mirabilibus super
 me.

Sinon humiliter sentiebam sed exalta
 ui in animam meam. quem admodum qui ab
 lactatus est a lacte super matrem suam.
 sic retributio in animam meam. Uidetis eum
 uelut maledicto se obstrinxisse. Quomodo
 alio loco in psalmodicis. dñe dñs meus si se
 cussit. si est iniquitas in manibus meis.
 si reddidit retribuentibus mihi mala.

decidam merito ab inimicis meis inanisy
& cetera: sicut dicitur et hic dixisse; si non hu-
militer sentiebam. sed exaltaui animam
meam; age quasi dicitur esse illud mihi
contingat. quomodo & tibi si reddidi retri-
buentibus mihi mala contingat mihi illud.
Quid decidam merito ab inimicis meis inanisy
sic & in hic si non humiliter sentiebam. sed
exaltaui animam meam. Quem admodum
qui ablati sunt a lacte super matrem suam.
sic retribuisti in animam meam; Intendite
notis quia quibusdam infirmis dicit aposto-
lus. lac uobis potum dedi non escam; non
dum enim poteratis. sed nec adhuc quidem
potestis; sunt infirmi qui non sunt idonei ua-
lido cibo. uolunt se tendere ad id quod cape-
re non possunt. Et si aliquid utcumque coe-
perint. aut uisi sibi fuerint capere quod
non coeperunt. extolluntur inde & super-
biunt. inde uidentur sibi quasi sapientes;
hoc autem contingit omnibus hereticis. Qui
cum essent animales & carnales defenden-
do sententias suas prauas. quas falsas esse
non potuerunt uidere. exclusi sunt de catho-
lica; Dicam caritati uestrae quod possum.
dn̄s noster ih̄s xp̄s noster quia uerbum d̄i est
secundum illud iohannis; In principio erat
uerbum & uerbum erat apud d̄m & d̄serat
uerbum. hoc erat in principio apud d̄m om-
nia per ipsum facta sunt. & sine ipso factū
est nihil; panis ergo est. inde uiuunt ange-
li; Ecce panis paratus est tibi. sed cresce de
lacte ^{ad} ut panem uenias; Et quomodo inquit
cresco de lacte quod tibi factus est xp̄s ad
infirmiorem tuam. hoc primo crede & for-
titer tene. Quomodo ergo mater cum uide-
rit filium minus idoneum ad capiendū cibū
ipso cibo se idat. sed traiecit os per carnem suam;
Nam ipse est panis quo infans pascitur. Quo &
mater eius pascitur. sed ad mensam infans mi-
nus idoneus est. ad mamillam idoneus est. pa-
nis ergo de mensa traiecitur per matris ma-

millam. ut sic perueniat idem alimentum
ad paruū infantem. sic dn̄s noster ih̄s xp̄s
cum esset uerbum apud patrem. per quod fac-
ta sunt omnia; Quicum in forma d̄i esset non
rapina arbitratus est esse se aequalis d̄o.
qualem caperent pro modo suo angeli. Et
unde in caelo potest ^{et} & uirtutes sp̄s intellec-
tuales pascere erentur; homo autem infirmus
& carne in uolutus iacere in terra. nec posset
ad eum peruenire panis caelestis. ut panem an-
gelorum manducaret homo. & manna descen-
deret ad ueriorom populū isrl̄. uerbum
caro factum est. & habitauit nobis; Quapro-
pter ipse infirmis paulus apostolus hoc dicit.
quos dicit animales & carnales. numquid
me aliquid scire in uobis dixi sicut ih̄m xp̄m.
& hunc crucifixum; Nam xp̄s erat & non cru-
cifixus; In principio erat uerbum. & uer-
bum erat apud d̄m. & d̄serat uerbum;
Et quia ipsum uerbum caro factum est.
& ipsum uerbum crucifixum est. sed non est
mutatum. in hominem. homo in illo muta-
tus est. mutatus homo in illo ut melior fie-
ret quam erat. non ut in ipsam substantiam.
uerbi conuertetur. per id quod homo
erat mortuus est d̄s. & per id quod d̄serat
excitatus est homo. & resurrexit. ascen-
dit in caelum; Quicquid passus est homo.
non potest dici non passus d̄s. Quia d̄serat
hominem assumendo. sed non est mutatus
in hominem; quomodo non potest dicere
non te passum iniuriam si ues fastua consen-
datur. & quando quaereris uel amicus uel
iudicio. hoc dicit iudex conscidit me. pondi-
cis conscidit birrum meum. sed conscidit me.
si potuit & meruit dici ues fastua. quae
non est tu. sed ues fastua; Quanto potius meruit
audire caro xp̄i. templum uerbi uniti uerbum.
uerbo. ut quicquid in carne patere tur d̄s
ipse patere tur. quam uis uerbum nec mori
potuerit peccorum pi. nec mutari peccoc-
cidi. sed quicquid horum passum est. in carne

passum est; & noli mirari quia uerbum
 nihil passum est: nec anima hominis potest pa-
 ti aliquid occisa carne dicens ipse dno; po-
 lio amere eos qui corpus occidunt.
 Anima in autem non possunt occidere.
 si anima non potest occidi: uerbum di pote-
 rat occidi. Et tamen quid dicit flagellauit
 me. colafizauit me. percussit me. dilania-
 uit me totum hoc non fit in anima. & tamen
 non dicit nisi me propter unitatem confor-
 tuius. Dns ergo noster ihu xps panem fe-
 cit nobis lac incarnatus. & apparet in morta-
 libus ut in eo finiretur mors & non aberrare-
 mus a uerbo credentes in carnem. quod fac-
 tum est uerbum; hinc crescimus ipsi lacte
 nutramur. antequam ualidi simus ad ca-
 piendum uerbum non recedamus a fide lac-
 tis nostri. Illi autem heretici uolentes dis-
 putare de eo. quod non poterant capere.
 Dixerunt quia filius minor est quam pater.
 Et dixerunt quia sps scs minor est quam fili-
 us & fecerunt gradus & in miserunt in ec-
 clesiam tris deos. Non enim possunt negare
 dm esse patrem. nec possunt negare filiu
 esse dm. nec possunt negare spm scs dm.
 ut si pater ds & filius ds & sps scs ds. Inae-
 qualia sunt. & non sunt eiusdem substantiae.
 non est unus ds. sed tres di. Disputantes er-
 go quod capere non poterant. elati sunt in
 superbiam & factum est in eis quod dicitur
 in psalmo; si non humiliter sentiebam. sed
 exaltaui animam meam. quemadmodum
 qui ab lacte est alacte super matrem suam.
 sic retributio in anima mea. mater enim
 ecclesia est unde illi separati sunt. ubi lac-
 tari & nutrir debent ut crescant ad
 uerbum capiendum dm apud dm. In forma
 di aequalem patri uisa est. hic quidem ab
 his qui ante nos ista tractarunt. Et alia sen-
 tentia. & alius intellectus in his uerbis que non
 tacebo caritati uestrae; hoc enim dixerunt
 omni superbus displicet do. Et debet se anima

humiliare. pedo displiceat. & toto corde in-
 tueri. quod dictum est. quanto magnus es
 tanto humiliare in omnibus. & coram do in-
 uenies gratiam; sed rursus sunt quidam ho-
 mines qui cum audierint quia humiles esse
 debent. dimitunt se. nihil uolunt discere.
 putantes quia si aliquid didicerint. super-
 bierunt & remanent in solo lacte; quos re-
 praehendit scriptura dicens; & facti estis.
 opus habentes lacte non solido cibo. sic enim
 uult ds nutrire nos lacte. ut non ibi remane-
 amus. sed crescendo per lac ad solidum cibum
 perueniamus; Ergo non debet homo extolle-
 re cor suum in superbia sed debet eleuare
 in doctrina uerbi di; Nam si leuanda ani-
 ma non esset. non diceretur alia uoce psalmi;
 ad te dno leuaui animam meam. & nisi se
 ipsa anima super se effundat. non perue-
 nit ad uisionem di & ad cognitionem subs-
 tantiae illius incommutabilis; Nam modo
 cum incarnatus est. dicitur ei. ubi est ds tuus.
 sed intus est ds eius. Et spiritualiter intus.
 & spiritualiter exclusus est. non quasi inter-
 uallis locorum. quomodo per interualla
 loca altiora sunt; Nam si talis altitudo
 quaerenda est. uincunt nos aues ad dm. Er-
 go intus ds altus est. & spiritualiter altus. nec
 peruenit anima ut contingat eum. nisi tran-
 sieri se; Nam quicquid de do sentiat secundum
 corpus multum errat. multum infans est. si
 sentiat de do etiam secundum animam huma-
 nam. quod ds aut obliuiscatur. aut ita sapiat
 aut desipiat. aut faciat aliquid & paenite-
 at eum. Omnia enim ista posita sunt in scrip-
 tura ut nobis lactantibus commendaret
 ds. ponit proprio de illo. sic audiamus lita
 & intellegamus quia si paeniteat dm; Et mo-
 do aliquid dicat. quod non nouerat. & in-
 tellegat quod non intellegebat. Et remisi-
 scatur quod obliuiscerat. talia enim animae
 sunt non di; nisi ergo transierit & modum animae
 suae. ponit de bit quia ds est. quod est. quid dicit

ego sum quisum; Itaque ille cui dicebatur: ubi
est dicitur, quid dixit? facte sunt mihi lacrimae
meae panes die ac nocte. dum dicitur mihi coti-
die ubi est dicitur. ut autem inueniret dñm su-
um. quid egit? haec meditatus sum inquit.
& effudi super me animam meam; Ut inue-
niret dñm effudit super se animam suam;
humilis ut non sapiat. Non ergo sic tibi dicitur humilis esto propter
humilis esto
superbiam. altus esto propter sapientiam;
Audi euidenter sententiam de hac re; noli
te pueri efficientibus sed malitia infan-
tis esto. ut mentibus perfectis sis; Certe
explicatum est fratres mei ubi nos uoluit
se humiles ubi altos; humiles propter ca-
uendam superbiam. altos propter capien-
dam sapientiam; Lactare ut nutriaris sic
nutrire ut crescas. sic cresce ut panem man-
duces. Cum enim coeperis panem mandu-
care. ablactaberis. id est iam non tibi opus
erit lacte sed solidi cibo; & hoc uidetur dixis-
se. si non humiliter sentiebam. sed exaltaui
animam meam. id est si non mente. sed malitia
paruulus fui. Quod significans dixi superio-
ra uerba; Dñe non est exaltatum cor meum.
neque in altum elati sunt oculi mei. neque in-
gressus sum in magnis. neque in mirabilibus
super me; Ecce quia malitia paruulus fui. sed
quia sensu non fui paruulus. si non humiliter
sentiebam. sed exaltaui animam meam.
retribuatur mihi quod retribuitur paruulo.
qui ablactatur a matre. ut iam panem sic ido-
neus manducare; Et haec ergo fratres senten-
tia non displicet. quia non est contra fidem;
mouet me tamen quia non tantum dicitur
quemadmodum qui ablatus est a lacte. sic
retributio in animam meam. sed additum
quemadmodum qui ablatus est a lacte super
matrem suam. sic retributio in animam meam.
hic mihi nescio. quid tale occurrit ut uideam.
quia male dictum est; Ablactatur enim non
infans sed iam grandiuisculus; Quia autem in-
firmus est prima infantia. quae uera infan-

tia est super matrem suam est. si forte fuerit
a lacte ablatus extinguitur; non frustra er-
go additum est super matrem suam; ab lacta-
ri enim omnes possunt crescendo. qui crescit
& sic ablactatur bonum illi est; Quia autem adhuc
super matrem suam est pernitiosum; Ergo ca-
uendum fratres & amendum est ne quis ante
tempus ablactetur; Nam omnis grandis puer
separatur a lacte. sed ne quis tunc a lacte sepa-
retur. quando adhuc super matrem suam est;
Cum autem portatur in manibus matris qui por-
tatus est utero. portatus est enim utero ut nas-
ceretur. portatur manibus ut crescat; Lacte
adhuc opus habet. adhuc super matrem suam
est; Non ergo uelit tunc exaltare animam suam
cum forte minus idoneus est ad capien-
dum cibum. sed impleat praecepta humilita-
tis. habet ubi se exerceat; Credat in xpm ut
possit intellegere xpm; uidere uerbum non
potest capere. non potest aequalitatem uerbi
cum patre. aequalitatem sps sci cum patre &
uerbo non dum potest uidere. credat hoc. & su-
gat. securus est. Quia cum creuerit manduca-
bit. quod non poterat antequam sugendo cresce-
ret; & habet ubi se extendat. altiora tene que
sciet. & fortiora tene scrutatus fuerit. id est
ad quae capienda minus idoneus est. & quid fa-
cio inquit sic remanebo. sed quae praecepit
tibi dñs illa cogita semper; quae tibi praece-
pit dñs. fac misericordiam. pacem ecclesiae
noli dimittere. in homine spem noli ponere.
desiderando miracula noli temptare dñm; si iam
est in te fructus cognoscis. quia cum bonis tole-
ras zizaniam usque ad messem. quia cum ma-
lis ad tempus potes esse. non in aeternum; pa-
lea hic tibi mixta est in hoc tempore in ara.
In horreo tecum non erit. haec quae tibi prae-
cepit dñs illa cogita semper. a lacte non sepa-
raberis quo ad usque super matrem tuam es.
ne prius fame moriaris antequam panem mandu-
care sis idoneus. Cresce. erunt ualidus uires tuae. Et
uidebis quod non poteras & capies quod non capiebas. Quid

ergo cum uidero. quae non poteram uidero.
 & coepero quae non poteram capere. iam se-
 curus ero perfectus ero. nonquam diu hic
 uiuis ipsa est perfectio nostra humilitas. au-
 disti quod conclusit modo. apostolica lectio. si
 haesit in memoria uestra. quomodo ille
 qui accepit colasum ne extolleretur in re-
 uelationibus quanta ei reuelabantur prop-
 ter ipsam magnitudinem reuelationum.
 quia poterat extolli nisi acciperet angelum
 satanae. & tamen cur tanta reuelabantur
 quidam fratres. ego me ipsum non arbitror
 adprehendisse. paulus dicit. fratres ego me
 non arbitror. adprehendisse. quia ad hoc
 accepit cola sifantem. angelum satanae.
 ne extolleretur in magnitudinem reuelatio-
 num suarum. quis audeat dicere quia conpre-
 hendit. ecce paulus non adprehendit. & di-
 cit non me arbitror adprehendisse. & quid
 agis paulus. ad hoc curro inquit ut adpre-
 hendam. adhuc paulus in uia est. & tunc pau-
 lus in patria. unum autem inquit quae retro dunt
 oblitus hoc fac & tu uitam praeteritam mala
 obliuiscere. si te delectauit aliquando uani-
 tas non te delectet. quae retro oblitus inquit
 mea quae ante sunt extensus secundum in-
 tentionem sequor ad palmam supernae uocati-
 onis dicit in xpo ihu. audi uocem dī de super &
 curro ut adprehendam. non enim dimisit
 me in uia remanere. quin cessat alloqui
 me. Ergo fratres non cessat dī alloqui nos.
 Nam si cessat. quid est quod agimus. quid
 est quod agunt lectiones diuinae & cantica
 diuina. Obluiscimini ergo quae retro sunt
 & in ea quae ante sunt uos extendite. sic fugi-
 te lac ut crescat ad cibum. Cum ergo ueneritis
 gaudebitis in patria. Et adhuc ad tēde aposto-
 lum. sequi ad palmam supernae uocationis. di-
 cit enim quod quod ergo perfecti hoc sapiamus
 non loquor inquit perfectis quibus adhuc non possū
 loqui sapientiam quia adhuc lacte potant non so-
 lido cibo pascuntur. sed illos dico qui manducant

solidum cibum. iam uidentur esse perfecti
 quia intellegunt aequalitatem uerbi cum
 patre. adhuc non sic uident. quomodo ui-
 dendum est facie ad faciem. adhuc ex parte
 in enigmate. Currant ergo quia cum uia
 finita fuerit. tunc credimus ad patriam.
 Currant. extendant se. quod quod perfec-
 ti hoc sapiamus. & si quid aliquid sapitis.
 hoc quoque uobis dī reuelabit. si forte erras
 in aliquo. quare non redis ad lac matris.
 quia si non extollemini. non exaltatis cor
 uestrum. quia non ingredimini in mirabi-
 libus super uos. sed seruatū humilitatem.
 reuelabit uobis dī quod aliter sapitis. si au-
 tem hoc ipsum quod aliter sapitis defenden-
 uultis. & pertinaciter astruere. & contra
 pacem ecclesiae. fit uobis maledictum hoc.
 quod dixit super matrem. cum estis & foris
 a lacte separamini. foris a uisceribus matris
 famemoriemini. si autem perseueratis in
 pace catholica si quid aliter sapitis quā opor-
 tet sapere. dī uobis reuelabit humilibus.
 Quare. quia dī superbis resistit. humilibus
 autem dat gratiam. Ideo ad hoc conclusit psalmus

Speret isrl in dño. ex hoc nunc. & usque in
 saeculum. Quod enim scriptum est
 graece. ΙCΤΟΝΕΟΝΑΝΤΟΝΕΟ non hoc expositū.
 ex hoc & usque in saeculum. sed non semper sae-
 culi. nomen saeculum hoc significat. sed ali-
 quando aeternitatem. quia aeternum du-
 obus modis intellegitur usque in aeternum.
 id est aut semper sine fine. aut quousque
 ueniamus ad aeternitatem. hic ergo quomo-
 do intellegendum est. quousque ueniamus
 ad aeternitatem speremus in dño. quia cum
 uenerimus ad aeternitatem. iam spes non erit.
 sed ipsa res erit. **EXPL. PSAL. CXXX.**

INCIPIT PSALMUS. CXXXI.
Iustum quidē erat carissimi ut fratrem potius au-
 diremus collegam meū praesentem omnibus nobis. &
 modo non negauit sed distulit. & ideo hoc in dico
 caritati uestrae. ut mecum pmissum teneatis

et caritati urae

non fuit autem absurdum a caritate nostra
ut prior obtemperare iubenti. Exorsit enim
mibi. ut esset modo auditor meus. eo sane pac-
to. ut et ego sim ipsius. Quia in ipsa caritate om-
nes eius auditores sumus. Quia unus nobis in ce-
lo magister est. Ergo animum intendite ad
psalmum. quem in ordine sicut nos sit tractan-
dum habemus. Est etiam ipse praenotatus
canticum graduum. & aliquanto ceteris
sub eodem titulo prolixior. non ergo in more
mur. nisi ubi necessitas coegerit. Ut totum si-
cuius per miserit explicare possimus. Quia et
uos non tam quam rudes omnia debetis au-
dire aliquid. & praeteritis auditionibus ad-
iuuare nos debetis. ne omnia tamquam noua
a nobis dici necesse sit. Et noui quidem esse de-
bemus. Quia uetustas a nobis obrepere non de-
bet. sed etiam crescendum & proficiendum
est. de ipso quippe profectus ait apostolus. Et
si exterior homo noster corrumpitur. In te-
rior renouatur de die in diem. Non sic profici-
amus. ut ex nouis ueteres efficiamus. sed
ipsa nouitas crescat.

Memento dñe dauid & omnes mansuetu-
dines eius. sicut iurauit dño. uotū uero dō iacob.
Dauid secundum fidem rerum gestarū. unus
homo erat & exiit filius iesse. Erat quidem &
ipse mansuetus. sicut eum indicat atque cō-
mendat scriptura diuina. Et ita mansuetus
ut nec per secutori suo sauli malum pro malo
reddiderit. seruauit. Autem erga eum
tantam humilitatem. ut illum regem face-
retur. se autem canem. & non pro ceruo pec-
superbe. Cum esset in dō potentior responde-
bat regi. sed eum placare potius affectabat
humilitate. quam concitare superbia. Et
am in potestate datus est ei saul. Et hoc a dño dō
ut ei faceret quicquid uellet. sed quia non pra-
ceptum illi erat ut occideret sed tantū in potes-
tatem illi erat. licet autē homini uti potestate
sua. ad lenitatem potius deflexit qd̄ ei discon-
cessit. Quis uellet. occidere careret inimico.

sed quomodo diceret dimitte mihi debita. sicut
ego dimitto debitoribus meis. In spelunca intra-
uit saul. ubi erat dauid. nesciens quod illic esset
dauid. ad necessaria uentris. ille intrauit. sur-
rexit dauid sensim & lente post ipsum. praeci-
dit illi de ueste panniculū. quam ille ostenderet
ut nosset quia habebat illum in potestate. Et non
necessitate sed uoluntate pepercit. Et noluit
occidere. forte ipsam mansuetudinem com-
Extenditur ut non habeat rugam; ubi extendit fullo nisi in ligno; Uidemus cotidie a fullo nubus toncas quodam modo crucifigi; Crucifiguntur ut rugam non habeant; Quid ergo ora uestimenta fratres mei in ora uestimenti quid accepturi sumus? Ora finis uestimenti est. Quid accepturi sumus in fine uestimenti? An quia & in fine temporum habitura ^{erat} ecclesia fratres habitantes in unum? An in ora imperfectionem intellegimus? Quia in ora perficitur uestimentum; Et illi perfecta qui norunt habitare in unum. Illi perfecta qui legem implent; Quomodo autem impletur lex xpi. ab eis qui habitant fratres in unum. Audi apostolum in uicem onera uestra portate. Et sic implebitis legem xpi; Haec est ora uestimenti; Quomodo fratres mei intellegimus quam oram dicat. Quo potuit descendere unguentum. non puto quod oram uestimenti uel lateribus uoluit intellegi; Sunt enim ora in lateribus. sed ab arba descendere unguentum ad oram potuit quae in capite est. ubi aperitur caput; tales sunt qui habitant in unum. Ut quomodo per istas oras intrat caput hominis ut uestiat se. sic per concordiam fraternam xpi intrat. qui est caput nostrum. ut uestiatur. & heret illi ecclesia. quid aliud dicit.

Sicut ros hermon. quod descendit super montem sion; Hoc uoluit intellegi fratres mei gratiam dei esse. quod fratres habitant in unum; Non ex suis uiribus. non ex suis meritis. sed ex illius dono sed ex illius gratia. sicut ros de caelo; non enim terra sibi pluit. Aut numquam quicquid genuerit arefcit. nisi pluuia de super descendat; Dicit quodam loco in psalmo; pluuiam uoluntariam segregans deus benedictionis suae. Quare dixit uoluntariam. quia non meritis nostris sed illius uoluntate; Quid enim boni meruimus peccatores? Quid boni meruimus iniqui? Ex adam adam. Et super adam multa peccata. Quisquis nascitur adam nascitur ^{at hoc hoc} damnatus de damnato. & addit male uen-

do super adam; Quid ergo boni meruit adam? Et tamen misericors amauit. & sponsus dilexit. Non pulchram sed ut faceret pulchram. Ergo gratiam dei dixit rorem ermon; Sed ermon quid sit nosse debetis; mons est quidem longedisiunctus ab hierusalem. id est a sion; Itaque mirum est quod sic ait. sicut ros hermon quod descendit super montem sion. Cum mons hermon longe sit disiunctus ab hierusalem; Nam trans iordanem esse dicitur; Ergo aliquid interpretacione ermon quaeramus. Nomen enim hebraeum est. & habemus interpretacionem ab eis qui illam linguam nouerunt; Ermon interpretacione dicitur lumen exaltatum; xpo ergo ros. Nam nullum lumen exaltatum nisi xpi; Quomodo exaltatum est primo in cruce. postea in caelo; Exaltatus in cruce. cum humiliaretur; sed humiliatio illius non potuit nisi alta esse. hominis dispensatio minus minus que fiebat. Quae significabatur in iohannem dei dispensatio. in dno nostro ihu xpo crescebat. quod et natalibus eorum ostenditur; Nam ille natus est. sicut tradidit ecclesia octauo kalendas iulias. cum in unum dies incipiunt; Dns autem natus est & octauo kalendas quando iam dies incipiunt crescere; Audi sum iohannem confitentem; illum oportet crescere. me autem minui; Et passionis istorum hoc indicant; Dns in cruce exaltatus est. ille caeso capite de minimus; Ergo lumen exaltatum xpi. inde est ros ermon; sed quicumque uult habitare in unum. optate rorem istum compluuii. inde. alioquin non poteritis tenere quod profectemini. nec proficere. ^{nec} audire potestis. nisi ille in tonuerit; Nec per manere poteritis. nisi eius sagina desit uobis. Ipsa enim sagina descendit super montem sion; iam montem sion magni in sion; Quid est sion. ecclesia; Equi ibi sunt montes magni; quos significat montes. hoc significat barba. hoc significat ora uestimenti; Barba non intellegitur nisi in perfe-

et; Non ergo habitant in unum nisi in quibus
perfecta fuerit caritas xpi; Nam in quibus
non est perfecta caritas xpi. & cum in unum sunt
odiosissimi molestissimi turbulenti sunt. An
xietas sua turbant ceteros; Et quaerunt
quid de aliis dicant. quomodo in iunctura
inquietum iumentum non solum non tra
hit sed et frangit calcibus quod iunctum
est; Si autem habet rorem ermon quid es
cendit super montes sion. quietus est. placa
tus. humilis. tolerans. pro murmure praeco
fundens. Nam omnes murmuratores mag
nifice descripti sunt quodam loco scriptura
rum; praecordia fatui sicut rota carri
faenum portat & murmurat. Non enim
potest rota carri quiescere a murmure;
Sic sunt multi fratres. non habitant in unum
nisi corpore; sed qui sunt qui habitant in unum
& erat illis anima & cor unum in dnm. & ne
mo dicebat aliquid suum esse. sederant illis
omnia communia; Designati sunt. descrip
ti sunt qui pertinent ad barbam. qui perti
nent ad oram uestimenti. Qui numeren
tur inter montes sion. & si sunt ibi alii mur
muratores. meminerint dicti dnm. unus as
sumetur. & unus relinquetur;

Quoniam ibi mandauit dnm benedictionem;
Ubi mandauit in fratribus qui habitant
in unum. Ibi praecipit benedictionem; ipsi
benedicunt dnm. qui habitant concorditer.
Nam in discordia non benedicet dnm; sine cau
sadicis. quia lingua tua sonat benedictionem
dmi. si corde non sonet ore benedicis. & cor
de maledicis; Ore suo benedicebant. & cor
de suo maledicebant; Numquid uerba nos
tra sunt. significati sunt quidam; Benedicis
dnm cum oras. & sequeris in praecetua. Et ma
ledicis inimico tuo. hoc est quod audisti a ipso
dno. Diligite inimicos uestros; si autem facias
ut diligas inimicum tuum & ores pro eo. ibi
mandauit dnm benedictionem suam.
Ibi habebis uitam in saeculum. id est in aeternum;

Multum enim amantem uitam istam. maledicent
inimicissimus proquare. nisi pro ista uita. si
si pro commodis saecularibus; ubi te angusta
uit inimicus tuus ut cogaris maledicere. In
terra angustatus es. migras habitas in caelo.
Quomodo inquiet habitabo in caelo. homo
carne indutus carne deditus; Corde praee
de. quo sequeris corpore; nolis surdus audi
re. sursum ^{habe} cor. & nemo te angustauit in
caelo. & ibi bene sequitur alius psalmus. ideo.

Ecce nunc benedicite dnm
Omnes serui dmi. Qui stat in domo
dmi. in atrio domus di nostri; Quare addi
dit in atrio. atria ampliora spatia domus
intelleguntur; qui stat in atrio non angus
tatur non praemittitur. quomodo delectatur
in latitudine mane. & potes diligere inimicu
m tuum. quia non ea diliges ut ab inimico an
gustus spatiaris; Quomodo intellegeris. sta
re in atrio. sta in caritate. & sta in atrio;
In caritate latitudo est. in odio angustia;
Audi apostolum. ira & indignatio. tribula
tio & angustia in omnem animam hominis
operantis malum; De latitudine autem ca
ritatis quid dicit. qm caritas di diffusa
est in cordibus nostris. per spm scm quid datur
est nobis; Ubi audis diffusionem. intellege
latitudinem; ubi audis latitudinem. in
tellege atria dmi. & habebis ueram bene
dictionem dmi. Quando maledicis inimicis.
alloquitur enim sps eos qui patiuntur tri
bulationem. ut gloriantur in tribulationi
bus. & dicit eis; Ecce nunc benedicite dnm
omnes serui dmi; Quid est ecce nunc. in hoc
tempore; nam post transactas tribulationes
manifestum est. quia benedictione dmi uaca
bimus. & dictum est. beati qui habitant in
domo tua. in saecula saeculorum laudabunt
te. qui tunc benedicturi sunt sine defectu
hic incipiunt benedicere dnm. hic in tribu
lationibus. in temptationibus. in molestiis.
inter aduersitates saeculi. inter insidias

inimici. Inter fraudes & in petus diaboli hoc
est ecce nunc benedicite dñm omnes serui dñi.
Qui scatis in domo dñi. Quid est qui scatis qui
per seueratis. quia dictum est de quodam qui
archangelus fuit. & in ueritate non stetit. &
dictum est de amico sponsi. Amicus autem spon-
si qui sciat audit eum. & gaudio gaudet prop-
ter uocem sponsi. Ergo qui scatis in domo dñi.
In atris domus dñi nostri.

In noctibus extollite manus uestras in sc̄a &
benedicite dño. Facile est benedicere in die-
bus quid est in diebus in rebus prosperis. Nox
enim tristis res est dies laetare est. quando
tibi bene est. benedicis dñm. Quando filium
desideras & nascitur benedicis dñm. Liberata
est uxor tua a periculo partus benedicis dñm.
Aegrotabat filius. Liberatur filius benedicis
dñm. Aegrotabat filius forte. quaesita
mathematicum sortilegum forte non de
lingua sed de moribus tuis exiit maledictio
in dñm. Exiit de moribus & uita tua. Noli
gloriarī quia lingua benedicis si uita male-
dicis. Quomodo in quae uita maledico. Quia
attenditur uita tua & dicitur. Ecce xpianus;
ecce quales sunt xpiani. Blasphematur prop-
ter te xps. Ecce cum uita tua maledicat. Quid
prodest quod lingua tua benedicat. Benedi-
cite ergo dñm. quando in noctibus. Quando
benedixit iob. quam tristis nox erat. Ablata
sunt omnia quae possidebatur. Ablati filii
quibus seruabatur. Quam tristis nox. uidea-
mus si non in noctibus benedicat. Dñs dedit dñs
abstulit. sicut dño placuit ita faccum est. sic
nomendñi benedictum. Quam nox atrox
percussus uulnere. ac apite usque ad pedes
putrefactus. liquescebat in se. Tunc eua au-
sa est temptare. Dic aliquid in dñm tuum.
& morere. Audi benedicentem in noctibus.
Locuta est inquit tamquam una ex insipien-
tibus mulieribus. Si bona suscepimus de ma-
nū dñi mala non. Ecce quid est in noctibus.
extollite manus uestras in sc̄a & benedicite

toleramus

dñm. Quid dixit iob. locuta est tamquam
una ex insipientibus mulieribus ad aputres
reppulit eam tamquam dicens. sufficit
quia propter temoralis effectus sum. ua-
lueris in paradiso. sed uinceris in inferis.
magna gratia dñi. sed unde hoc nisi quia ro-
ermon. conpluerat illam animam. Et dede-
rat dñs suauitatem. ut terra nostra daret
fructum suum. In noctibus extollite manus
uestras in sc̄a. et benedicite dñm.

Benedicat te dñs ex sion. qui fecit caelum
& terram. Plures hortatur ut benedi-
cant. & ipse unum benedicit. quia ex pluribus
unum fecit. Quia bonum & iocundum est
habitare fratres in unum. pluralis nume-
rus fratres. sed singularis habitant in unum.
Ideo benedicat te dñs ex sion. qui fecit cae-
lum et terram. Nemo uestrum dicat.
ad me non peruenit. Putas quis est quem
benedixit. Benedicat te dñs ex sion. unum
benedixit. esto in uno. Et peruenit ad te bene-
dictio.

EXPLICIT. EXPOSITIO. DE PSALMO. CXXXIII.

INCIPIIT. TRACTATUS. S. NI- GUSTINI. EPI. DE PSALMO. CXXXIII.

VALDE NOBIS DULCE ESSE DEBET.
& dulce nobis esse gaudendum est. quo nos
psalmus iste cohortatur. Dicit enim.
Laudate nomen dñi. Causamque ipsam quare
iustum sit ut laudemus nomen dñi. continuo sub-
iicit. Laudate serui dñi. Quid iustus. quid
dignus. quid gratius. Et enim si non lauda-
uerint serui dñi. superbi. ingrati. inre-
ligiosi erunt. Et quid faciunt non laudando
dñm. nisi ut seuerum sentiant dñm.
Neque enim seruus ingratus. si dñm suum lauda-
re noluerit. Ideo efficit ut seruus non se-
laudes non laudes. seruus es. Sed si laudes
propitiabis. si non laudes. offendis. Bona

ergo exhortatio & utilis. Unde magis sat
agere debemus quem ammodum laudan-
dus sit dñs. quam dubitare laudandum.
Laudate ergo nomen dñi. Hortatur
nos psalmus. hortatur nos propheta.
hortatur nos ipsi dñi. hortatur postremo nos
ipse dñs ut laudemus dñm. Non enim
laudibus nris ille crescit. sed nos. Dñs
nec melior fit si laudaris. nec deterior
si utuperaueris. Tu laudando bonum
melior eris. Utuperando dñs deterior.
Bonus autē ille manet ut est. Si enim
seruos suos. ipsos bene dese meritos predica-
tores uerbis sui. rectores ecclesiae suae. ue-
neriores nominis sui. Obtemperatores
magis dñi sui. id docet ut in conscientia sua
habeant dulcedinem bonae uitae suae
ne corrumpantur laudibus. ne frangantur
utuperationibus hominum. quanto ma-
gis ipse incommutabilis super omnia qui
haec docet. Non utiq; maior fit si laudaue-
ris nec minor si utuperaueris. Sed qm̄
nobis dicit laudare dñm. misericors dicit
uobis ut laudemus eum. Non arroganter
Audiamus ergo quid dicit. Laudate
nomen dñi. laudate serui dñi. Non ali-
quid incongruum facitis laudando serui
dñm. Et si semper tantum modo serui
essetis deberetis laudare dñm. Quanto
magis debetis laudare dñm serui ut esse
mereamini & filii. Sed quoniam scriptum
est in alio psalmo Rectos decet laudatio.
Et item alibi scriptum est. Non est speciosa
laus in ore peccatoris. Itemq; alibi dicitur.
Sacrificium laudis glorificauit me. & ubi
uia est in quo ostendam illi salutarem meam.
Et consequenter. Peccatori autem dicit
dñs. Ut quid uenarras iusticias meas. & ad-
sumis testamentum meum per os tuum.
Tu autem odisti disciplinam & proiecisti ser-
mones meos postea. Ne forte quisquam qm̄
dictum est. laudate serui dñm. etiam

si in domo ista magna fuerit malus seruus.
potest ibi prodesse laudem dñi. Continuo
quales sint qui laudare debeant dñm. subicit
¶ & docet. Quis stans in domo dñi in atriis
domus dñi nri. Quis stans non qui ruitis.
¶ Illi stare dicuntur. qui in mandatis eius per-
seuerant. Qui in fide non ficta. & spe firma
& caritate sincera. seruiunt dño. & honorant
ecclesiam eius. & non dant offensionem male-
uiuendi. eis qui uenire uolunt. Et in uiam la-
pidis offensionis inueniunt. Ergo qui sta-
tis in domo dñi. laudate nomen dñi. Grati
estote. ne foris erretis. Quia ergo stans.
parum ne est uobis. Ubi laudandus est.
qui uos erexit uidentes. & fecit in domo sua
stare. & ipsum agnoscere ipsum laudare.
Paruum ne hoc beneficium est. quod stamus
in domo dñi. hic uiterim in hac peregrinatio-
ne in hac domo quod dicitur peregrinatio-
nis tabernaculum dicitur quia hic stamus.
¶ Num quid ^{parū} grati esse debemus nomine cogitan-
dum est. quia hic stamus. quid facti fuerimus.
¶ Non ne cogitandum nobis ē. ubi uicemur.
& quo collecti sumus. Non ne cogitandum ē.
quia omnes impii dñm non querentibus.
& ipse illos non querentes. quesit. Ipse inuen-
tos & cecitatos. ipse & cecitatos. uocauit. Ipse uo-
catos introduxit. & in domo sua stare fecit.
¶ Haec quisquis cogitat & ingratus non est
omnino despiciat se. pro amore dñi sui. a quo
sibi tanta praestata sunt. Et qm̄ non habet
quid protulit beneficium dño retribuatur.
quid ei restat nisi gratias agere. & non re-
pendere ad ipsam gratiarum actionem per-
tinere. & calicem dñi accipere & nomen
eius inuocare. Nam quid retribuatur dño
seruis pro omnibus qui retribuatur ei. Ergo
¶ Quis stans in domo dñi in atriis domus dñi nri
laudate dñm. Quid diciturus sum quare
laudatis. qm̄ benignus dñs. Breuiter uno
uerbo & plicata est laus dñi nri. Bonus
dñs. sed bonus non ut sunt bona quae fecit.

Nam fecit dñs omnia bona ualde. nontantum
bona sed & ualde. Caelum. terram. &
omnia que in eis sunt. Bona fecit. ualde
bona fecit. Si haec omnia bona fecit. qualis
est ille qui fecit. Et tamen cum
omnia bona fecerit. multoq; sit melior
qui fecit. quam ista que fecit. non inue
nimus melius quod de illo dicat. nisi quia
bonus est dñs. Si tamen intellegas pro
priae bonum. a quo sunt caetera bona.
Omnia enim bona ipse fecit. ipse est bonus.
quem nemo fecit. Ille enim bonus suo bonus
est. non aliunde participato bono. Ille se ipso
bono bonus est. non adherendo alteri bono. Mihi
autem adherere dño bonum ē. Qui non egit
a quo fieret bonus. sed egerunt illos & cetera ut fierent
bona. Vultis audire quam singulariter ille
sit bonus. Dñs interrogatus dixit. nemo bo
nus nisi solus dñs. Hanc singularitatem bonita
tis eius & praeterire breuiter nolo. & commen
dare congrue non sufficio. Metuo nisi hinc
cito transiero ego ingratus ero. Item melius
ne hoc cum explicandum susceperō. sub
stantia laudis domine sarcina defatiget.
Sicut tamen fr̄s accipite me & laudantem
& non sufficientem. Ut & iam si non impletur
illius laudis explicatio. accipitur laudato
ris deuotio. Approbet me ipse uoluisse.
ignoscere non impleuisse. Ineffabili dulcedine
teneor. Cum audio bonus dñs. Consideratusq;
omnibus & illustratis quae forinsecus uideo
qm̄ & ipso sunt omnia. Etiam cum mihi
haec placent. ad illum recto a quo sunt
ut intellegam qm̄ bonus est dñs. Rursum
cum ad illum quantum possum ingressus
fuego interiorem mihi & superiorem inue
nio. Quia sic bonus est dñs. ut istis non in
diget. quos sit bonus. Deniq; ista non lau
do sine illo. Illum autem sine istis perfectū.
non indignum incommutabile. nullius
bonum querentem quo augeatur. nullius
malum timentem quo minuat inuenio.

Et quid dicam amplius. Inuenio increata.
caelum bonum. solem bonum. lunam bo
nam. stellas bonas. terram bonam.
quae gignuntur in terra & radicibus nixae
sunt. bona quae ambulant. & mouentur.
Bona quae uolitant in aere. & natant
in aquis. bona dico. & hominem bonum.
Homo enim bonus. de bono thesauro
cordis sui profert bonum. Dico & an
gelum bonum qui non est lapsus su
perbia. & diaboli factus est. sed in
heret & obediendo ei. a quo factus est.
Omnia ista dico bona. sed tamen cum
suis nominibus caelum bonum.
angelum bonum. hominem bonum.
Ad dñm autem me refero. puto nihil melius
dicere quam bonum. Ipse quippe
dñs ih̄s x̄p̄s dixit. homo bonus.
& ipse item dixit. nemo bonus nisi
solus dñs. Nonne stimulauit nos ad
querendum & ad distinguendum. quid
sit bonum. Alio bono bonum. & boni
seipso bonum. Quam ergo bonum ē
a quo sunt omnia bona. Omnino
nulla inuenias bonum quod non ab ipso
sit bonum. Bonum bona faciens suum est
propriae. Sic & bonus est propriae. Neq;
enim ea quae fecit non sunt. aut iniuria
illisit. cum dicimus non ēē quae fecit.
Quare enim fecit. si non sunt quae fecit.
Aut quid fecit. si non est quod fecit.
Cum ergo sint & illa quae fecit. uentur
tamen ad illius comparationem. & tam
quam solus sit dixit. Ego sum qui sum.
Et dices filius uir̄. Qui est misit me ad uos.
Non dixit dñs dñs. om̄ps misericors iustus.
Quae si diceret & itaq; uera diceret. Subleu
de medio omnibus quibus appellari possit
& dicit dñs ipsum esse seuocari. Respondit
& uir̄. quam hoc est ei ēē nomen. Hoc
dicit inquit. qui est misit me. Ita enim
ille est ut in eius comparatione eique

facta sunt non sint. Illo comparato sunt quoniam ab illo sunt. Illi autem comparata non sunt quia uerum eē. Incommutabile esse est. quod ille solus est. Est enim est. Sicut bonum bonum bonum est. Cogitate & uidete. qm̄ quicquid aliud laudatis. ideo laudatis. quia bonum est. Insanit qui laudat. quod non est bonum. Si laudes iniquū. eo ipso quod iniquus est. Nonne & tu iniquus eris. Si laudes furem eo ipso quo fur est. nonne & tu particeps eris. Si laudes iustum in eo ipso quod iustus est. nonne & tu habes inde partem laudando. Non enim laudares iustum. nisi amares. Non amares. si nihil inde haberes. Si ergo quicquid laudamus. ideo laudamus quia bonum est. nulla tibi maior causa & melior. & firmiter dari potuit. quare laudes dñm nisi quia bonus est. Ergo. laudate dñm qm̄ bonus est. Quam diu dicamus eius bonitatem. Quis corde concipiat ut conplectatur. quam bonus sit dñs. Sed ad nos redemus & in nobis illum agnoscamus. Et in operibus artificem laudemus. Quia ipsum contem plari. idonei non sumus. Et si contem plabimur. idonei aliquando erimus. Cū fuerit mandatum cor nrm̄ fide. ut postremo gaudeat ueritate. Nunc qm̄ uideri a nobis ipse non potest. opera eius uideamus. ne sine eius laude remaneamus. Ergo dicit laudate dñm qm̄ bonus est. Psallite nomini eius qm̄ suauis est. Forte esse bonus & suauis non esse. Si tibi non daret gustare. Tale autem se prebuit hominibus. ut & uin panem de caelo miserit. & filium suum aequalem. qui hoc est quod ipse. dederit hominem faciendum. & pro hominibus occidendum. Ut per hoc quod tu es. gustes quod non es. Multum enim ad te erat gustare suauitatem dī. Quare mōta erat illa. & nimis alta. Lunam nimis abiectam. & in imo iacentem. In magna ista separatione missus est mediator.

Non poterat addm̄ homo. dī factus est homo. ut quoniam homo potes ab homine. qui non potes addm̄ per hominem uenires addm̄. Et factus est mediator dī & hominum. homo xpī ih̄s. Sed si homo solum esset hoc sequendo quodes. numquam peruenires. Si dī solum esset non comprehendendo quod non es. numquam peruenires. Dī factus est homo ut hominem sequendo. quod potes addm̄ peruenias. quod non poterat. Ipse est mediator inde factus est suauis. Quid suauis pane angelorum. & quomodo ergo non est suauis dñs. quando panem angelorum manducauit homo. Non enim aliunde uiuit homo. & aliunde uiuit angelus. Ipsa est ueritas. Ipsa est sapientia. Ipsa est uirtus dī. Sed quomodo ea perfruuntur angeli uin potes. Illi enim quomodo perfruuntur. Sicut est. In principio uerbum & uerbū. erat apud dñm & dī erat uerbum per quod facta sunt omnia. Tu autem quomodo contangis. Quia uerbum caro factum est & habitabit in nobis. Ut enim panem angelorum manducaret homo. creator angelorum factus est homo. Psallite ergo nomini eius qm̄ suauis est dñs. Si gustastis psallite. Si gustastis qm̄ suauis est dñs. psallite. Si bene sapit quod gustastis. laudate. Quis tam in gratus est uel quoquenti uel pascenti. ut cum fuerit pulmento aliquo delectatus. non reddat gratiam laudando quod gustat. Si de his non tacemus. de illo qui dedit omnia tacebimus. Psallite dño qm̄ suauis est. Et audite iam opera eius. Tenebatis enim uos fortassis. uidere bonū omnium bonorum. Bonum a quo sunt omnia bona. Bonum sine quo nihil est bonum. Et bonum quod sine ceteris bonum est. Tenebatis uos ut uideretis. & forte in extendenda acie mentis ur̄ae deficiebatis. Hoc enim & me conitio. sic patior. Sed & si est aliquis sicut fieri potest. & ualde potest acie

mentis fortior me & contutum cor ^{is sui}
diu figit in eo quod est. laudet ille ut potest
& quomodo nos non possumus laudare. Gra-
tias tamen illi qui in hoc psalmo temperavit
laudem suam ut & firmotum esset. & infir-
morum. Nam & in illa missione seruisua
morsi cum diceret ego sum quisum & dices
filius isrl. Qui est? isrl me ad uos. Quia
ipsum propriae esse menti humane diffici-
le erat capere & mittebatur homo ad ho-
mines. Quam uis non ab homine continuo
dñs temperavit laudem suam & hoc dese-
dixit. quod capi dulciter possit. Non in
eo uoluit remanere quod laudabatur. quo
non possit laudator attingere. Uade
inquit dic filiis isrl. Dñs abraham. & dñs
isaac & dñs iacob misit me ad uos. hoc
mih i nomen est in aeternum. Certe dñe
nomen illud habes. quia & tu dixisti. ego sum.
Qui est misit me ad uos. unde nomen mutasti
ut diceret. Dñs abraham. dñs isaac & dñs iacob.
Nonne tibi uidetur ratio eius respondere
& dicere. Quod dixi. ego sum quisum.
uerum est. sed non capis. Quod dixi. ego
sum. ego sum dñs abraham. & dñs isaac.
& dñs iacob. & uerum est & capis. Quod enim
ego sum quisum ad me pertinet. Quod autem
dñs abraham. & dñs isaac & dñs iacob ad te
pertinet. Et si deficiis in eo quod mihi sum
cape quod tibi sum. Et ne quisquam puta-
ret illud quod dixit dñs. Ego sum quisum
& qui est misit me ad uos. hoc solum aeter-
num ei nomen esse. Quod autem dixit dñs
Ego sum dñs abraham. & dñs isaac & dñs iacob
temporale nomen esse. Non curauit dñs
cum dixisset. Ego sum quisum. & qui est
misit me ad uos. dicere quod hoc ei nomen
sit in aeternum. Quia & si hoc non diceret.
intelligeretur. Ist enim uere est. Et eo
ipso quod uere est. sine initio. & sine termi-
no est. quod uero propter hominem est
Ego sum dñs abraham & dñs isaac & dñs iacob.

ne ibi suboriretur humana sollicitudo quia
hoc temporale est non sempiternum secu-
ros fecit nos. quia de tem poribus ad aet-
nam uitam nos perducit. hoc mihi in-
quit nomen est in aeternum. Non quia
aeternus abraham & aeternus ^{isaac} & aeternus
iacob sed quia dñs illos facit aeter nos post
ea sine fine. habebunt quippe initium
sed finem non habebunt. In abraham
& isaac & iacob. totam ecclesiam eius cogi-
tate. omne semen isrl cogitate. Omne
autem semen isrl non solum quod est &
carne sed & iam quod est & fide. Aposto-
lus enim gentibus loquebatur quibus di-
cebat. Si ergo uos xpi. ergo abrahae sem-
estis secundum promissionem heredes.
Benedicimur ergo omnes in dño abrahā
isaac & iacob. Arborem quidem benedi-
quandam. eamque oliuam creauit. Sic dixit
apostolus. ipsos patriarchas scos. unde
effloruit populus dñi. Sed nec arbor oliua
pōtata est non amputata. Et inde super-
bitami fracti sunt ipse est plasphe-
populus & impius iudeorum manserunt
tamen rami boni & utiles. Nam inde aposto-
li fuerunt. Et cum ibi rami utiles relictii essent
per dñi misericordiam insertus est. & o-
leaster gentium. cui dicit apostolus Tu
autem cum esses oleaster insertus es in illis
& particeps pinguedinis oleae factus es. No-
li gloriari aduersus ramos. quod sigloraris
non tu radicem portas sed radice. Hec
una arbor est. pertinens ad abraham
& isaac & iacob. Oleaster insertus. quam
rami fracti. Illi enim per fragmentum
iam non ibi sunt oleaster non ibi erant ibi
est. Illi superbiam frangi meruerunt.
iste per humilitatem inseri meruit.
Illi amiserunt radicem ille tenuit eam.
Ergo audistis isrl. de isrl pertinentem ad dñm
Nolite inde uos facere alienos. Oleaster
quidem fuistis sed oliua estis. particeps
Et quod plus est magis ad abraham & isaac & iacob

pinguedinis oliuae. Nam uultis
nosse in abraham & isaac & iacob. quo
modo sit inseruus oleaster. Ne putetis
uos adhuc arborem non pertinere. quia
non pertinet carnaliter ad semen abraham.
Dñs quando miratus est fidem centurionis
illius quoniam erat de populo isrl̄ sederat
de populo gentium. Propter ea inquit dico
uobis. quia multi ab oriente & occidente
uenient. Inceperunt oleaster in manu inserto
ris multi ab oriente & occidente ueniunt. Uideamus
quid ferat inserendum. ubi inserat
uideamus. Et recumbent inquit cum abrahā
& isaac & iacob in regno caelorum. Uidemus
& quid inseruit. & ubi inseruit. De ramis
superbis naturalibus quid dicit. Filii autē
regni ibunt in tenebras & exteriores ibi erit fle
tus & stridor dentium. Res prenuntiata. Res
impleta. Ergo psallite dño qm̄ suauis est. Itad
tendite quae circa nos fecit. Qm̄ iacob elegit
sibi dñs isrl̄ in possessionem sibi. Laudate. psal
lite. qm̄ fecit ista. Talia dico quae capere ua
lextis. Caeteras gentes sub angelis posuit. Iacob
elegit sibi dñs isrl̄ in possessionem sibi. Genti
suam fecit agrum quem coleret & quem ipse semi
naret. Quamuis ipse omnes gentes concluderet.
caeteras angelis commisit. Sibi istam possidendam
seruandamq; deputauit. hunc populum hunc
iacob merito illius in gratia sua denondum natus
ait. Maior serui & minori. Apostolus dixit. quod
meritum habere nondum nati potuerunt.
Antequam quisquam eorum egisset & aliquid boni
aut mali. Non ergo se extollat iacob non gloriē
non suis meritis tribuat. Ante est precognitus.
ante predistatus. ante electus non suis meri
tis electus. sed gratia dī inuentus & uiuificatus.
Sic & omnes gentes. Non ut insereretur quid me
ruit oleaster. Amari tudine bacarum sterilitate
siluestri lignum quippe erat silue. non agri do
mini. Itamen ille per misericordiam suam
& oleastrum inseruit in oliuam. Sed adhuc non
erat inseruus oleaster. quando iacob elegit sibi

dñs isrl̄ in possessionem sibi. & quid propheta.
Qm̄ ego cognoui quō magnus est dñs. Mente
uoluntate ad superna erecta acat ne transcen
dentem creaturam cognouit quia magnus est
dñs. Non om̄ possunt uidentendo cognoscere.
Laudate quod fecit suauis est. iacob elegit sibi
dñs isrl̄ in possessionem sibi. Et hic illud lau
das. nam & ego cognoui quia magnus est dñs.
Propheta loquebatur qui intrauit in sēxarū
dī. quia audiuit forte inēfabilia uerba. quae
non licet homini loqui. Quid dixit quod possit
hominibus dici. & tenuit apud se quod possit
dici. Ergo & audiatur ad quod possumus &
credatur ad quod possumus. Ad quod possumus
audiatur. Qm̄ iacob elegit sibi dñs isrl̄ in
possessionem sibi. Ad quod non possumus ere
datur. quia ipse cognouit quod magnus est
dñs. si illi diceremus. rogamus te explica
magnitudinem ipsius. non ne forte respon
deret nobis. non est magnus ualde quem ui
deo. si me poterit explicari. Redeat ergo
ad opera eius & dicat nobis. habeat ipse in
conscientia magnitudinem dñi quam uidit.
Nobis credendum commendauit. quo nros oca
los perducere non potuit. Et enumerat quae
dam quae hic dñs. ut & nobis quia magnitudi
nem illius sicut ille uidere non possumus dul
ces est ex operibus suis. quae capere possumus.
Qm̄ ego inquit cognoui quia magnus est dñs.
Et dñs noster super omnes deos. Quos deos
sicut dicit apostolus. Et si sunt qui dicantur
du in caelo & in terra. Sicut sunt du multi
ita & dñi multi. Nobis tamen unus dñs pater
& quo omnia & nos in ipso. Et unus dñs n̄r
ih̄s xp̄s per quem omnia & nos per ipsum.
Dicantur du homines. dictum est. Dñs stetit
in sinagoga de serun. dictum est. ego dixi
du estis & filii altissimi omnes. Nonne super
homines dñs. Sed quid magnum si super ho
mines dñs & super angelos dñs. Quia an
geli non fecerunt dñm. angelos fecit dñs. Et
necesse est super omnia quae fecit sit ipse qui

contradict. & non facis quod uis. Sed facio
 inquis quod uolo quia non in subdito a contra
 dicente uindico. Ne hoc facis cum uis aliquando
 uindicare uis & non potes. Aliquando minaris
 & ut equam facias quod minaris moretis. puta
 mus in te ipso facis quod uis frenas omnes cupi
 ditates tuas. & forsitan frenas. Numquid
 efficit ipse ut cupiditates non surgant quas frenas.
 Certe enim hoc uis non titillare molestiam cupidi
 tatum tuarum. & tamen caro concupiscit ad
 uersus spm & ipsi aduersus carnem ut non ea
 quae uultis faciatis. Tu in te ipso non facis quod
 uis. Quia autem in caelo & in terra omnia quaecumq;
 uoluit fecit. Ipse tibi dat gratiam ut in te ipso
 facias quod uis. Nisi enim ipso adiuuante nec
 in te facis quod uis. Et enim cum ille faceret
 in se quod uelle. quia uideat caro concupiscit
 aduersus spm. sps autem aduersus carnem ut
 non ea quae uultis faciat. Cum de ipse gemit &
 dicens. Condelector legi di secundum interi
 orem hominem. Uideo aliam legem in mem
 bris meis repugnantem legi mentis meae
 & captiuum me ducentem in lege peccati quae
 est in membris meis. Quia non solum in domo
 sua. nec solum in agro suo. Sed in carne sua uel
 in spu suo. non impleuit quae uolebat. Clama
 uit ad dm quia omnia quaecumq; uoluit fecit
 in caelo & in terra & dicit. Infelix ego homo
 quis me liberabit de corpore mortis huius.
 Et ille bonus & ille suauis. Tanquam respon
 deret ei. continuo subiecit. Gratia di per
 ihm xpm dnm nrm. Hanc ergo suauitatem
 amate hanc suauitatem laudate. Intel lte dm
 qui omnia quaecumq; uoluit fecit in caelo & in
 terra. Ipse & in uobis faciat quod uultis. Ipso
 adiuuante uoluntatem uram implebitis. Sed
 dum non potestis confitemini cum potestis
 gratias agite. Lacentes clamate. Erecti sup
 bire nolite. Ille ergo in caelo & in terra omnia
 quaecumq; uoluit fecit. in mari & in omnibus
 abissis. Suscitans nubes ab extremo terrae.
 Videamus ista opera dmi in eius creatura. Ueni

unt enim nubes ab extremo terrae ad mediū
 & pluuunt. Unde surrexerunt nescis. Ergo indicat
 illud proph. & ab extremo terre unde uult & cecit
 nubes tamen a terra. Fulgura in pluuum fecit
 Fulgura sunt contremescit. pluit gaudes fulgura
 in pluuum fecit. qui terruit ipse refecit. Qui
 educat uentos de thesauris suis. Ocultis causis unde
 nescis. quia enim flat uentus sentis. quia causa
 flat uel de quo tesauo eductus sit nescis. Debet
 tamen dō pietatem credendi quia non flat &
 nisi iussisset ille qui fecit. nisi produxisset ille
 qui creauit. Videmus ergo haec increatura ista.
 Laudamus. miramur. benedicimus dnm. Videmus
 quid fecit in hominibus propter populum suum
 Quia percussit primogenita egypti. Et enim ista diuina
 dicta sunt quae amaret. Et non erant dicta quae
 timeret. Adtende quia & quando irascitur facit
 quod uult. percussit primogenitas aegypti
 ab homine usq; ad pecus. inmisit signa & pro
 digia in medio tui aegyptiae. Nostis. legistis
 quanta per mosen fecerit manus dmi in ae
 gypto ad terrendos. ad tondendos. ad deiciendos
 superbos aegyptios. In pharaonem & in omnes
 seruis eius. Parum est in aegypto. Quid postea quā
 eductus est inde populus. Quia percussit gentes
 multas. Quae possidebant terram quam uolebat
 dis dare populo suo. Et occidit reges fortes. seon
 regem amorreorum. & og regem basan. & omnia regna
 canaan. Omnia ista quomodo commemorat
 breuiter psalmus. Sicut legimus in alius libris domi
 nicis. & magna ibi manus dmi. Quando tu uides quae
 facta sunt in impios. caue nesciant in te. Ad hoc enim
 in illos facta sunt ut tu transires & eos non imita
 res & talia non patereris. Tamen uide quia fla
 gellum dmi est super omnem carnem. Ne estimes
 te non uideri quando peccas ne contempni. Ne putet
 te dnm dormire. Adtende & exemplum beneficium
 di. cum ea recolis tamen. Omne est & ad consolā
 dum & ad castigandum. Ideo ista uitalia cum legun
 tur. Quando autem pius uidet quod passus est
 impius purgat se ab omni impietate. ne ueniat & ipse
 in talem poenam talemq; uindictam. Bene ergo

haec accepistis. quid de inde fecit dñs. expul-
lit impios. Et dedit terram eorum here-
ditatem israhel seruo suo. De inde exulta-
tio laudis eius. Dñe nomen tuum in saeculum.
Post ista omnia quae fecisti. quidem uideo quae
fecisti. Inspicio creaturam tuam quam fecisti
in caelo. inspicio hanc in parte ubi habitamus.
Et hic uideo beneficia tua. nubium. uentorum.
pluuiarum. Populum tuum adiendo. eduxisti eos
de domo seruitutis. Signa & prodigia fecisti inter
inimicos eorum. Punisti eos quos molestos patie-
bantur. Impios de terra sua eiecisti. Reges eorum
occidisti. Terram eorum populo tuo dedisti. Vidi
omnia & impletum os meum laude. Dixi dñe
nomen tuum in saecula. haec quidem ad litteram
quomodo scripta sunt uidemus. nouimus. laudamus.
Sicutem aliquid & significante non sim onerosus
dum seplico ut potero. ecce in ipsis hominibus
possum agnoscere. quia in caelo & in terra omnia
quae cumq; uoluit fecit. Caelum a& heruum.
spiritalis accipio. terram carnales & his duobus
tamquam caelum & terram. constat ecclesiae di-
ctad spiritalis pertinet & praedicatio ad carnales
pertinet & obsecundatio. Nam & caeli enarrat
gloriam di. & facta manuum eius adnuntiant
firmamentum. Sicutem terra non est & pler
di non dicitur & apostolus. di edificatio di agri-
cultura estis. Sic sapiens architectus fundamen-
tum posuit. Alius super edificat. Ergo edificium
di sumus. & ager di sumus. Quis inquit plantat
uineam & de fructu eius non percipit. ego plan-
taui. apollo rigauit. sed di incrementum dedit.
Ergo in ecclesia sua & in predicatoribus suis. & in plebi-
bus suis. tamquam in caelo & in terra. omnia quaecumq;
uoluit fecit. Parum est in eis in mari & in omnibus
abrisis. Omnia quaecumq; uoluit fecit. Mare est
omnes infideles. omnes nondum credentes. & in eis
omnia quaecumq; uoluit fecit. Non enim se uiuunt
infideles. nisi permittantur. aut uindicantur in eos quan-
do peruersi sunt. nisi iusserit ille qui fecit omnes
gentes. Puta quia mare est non terra. Numquid
ideo a potestate est di omnipotentis alienum.

& in mari & in omnibus abrisis quae uoluit fecit.
Qui sunt abrisi. Latentium corda mortalium.
profunde cogitationes hominum. Quomodo
& ibi facit di quod uult. quia dñs interrogat
iustum & impium. qui autem amat iniquitatem
odit animam suam. & ubi illum interrogat alibi
scriptum est. In cogitationibus impii interroga-
tio erit. Ergo & in omnibus abrisis. Omnia quae
uoluit fecit. Latet cor bonum. Latet cor malum.
Abrisus est & in corde bono. & in corde malo. Sed
haec nudata sunt dō quem nihil latet. Consolatur
cor bonum. torquet cor malum. Omnia quae uo-
luit fecit. In caelo & in terra. in mari & in omnibus
abrisis. suscitans nubes ab & extremo terrae. Quas
nubes. predicatorum uertitatis suae. De quibus
nubibus alio loco. irascens uineae suae. dicit. Man-
dabo nubibus meis ne pluant super illam imbrem.
Et parum est. & citasse nubes de hierusalem uel desit.
quos misit predicare euangelium suum. in toto orbe
terrarum. De quibus nubibus dictum est.
In omnem terram. sicut sonus eorum & in fines
orbis terrae. uerba eorum. Parum est hoc. sed quia
ipse dñs ait. praedicabitur hoc euangelium regni
in toto orbe terrarum. in testimonium omnibus gentibus.
& tunc ueniet finis. & citat nubes ab & extremo terrae.
Nam crescente euangelio. uide erunt predicatorum
euangelii in finibus terrae. Nisi ubi & citat nubes ab
& extremo terrae. de ipsis autem nubibus quod operat.
fulgura in pluuiam fecit. minas ad misericordiam
flexit. de terroribus in rigauit. Quando ab imitatur
di per prophetam & per apostolum & amos. non ne-
coruscato terrae. sed cum penitendo. corrigeris
& agnoscis hoc misericordiam fieri in pluuiam uertetur
fulgoris terror. Quae ducit uentos de thesauris suis. eos de
puto predicatorum & nubes & uentos. Nubes propter
carnem. uentos propter spm. nubes enim uidentur.
uentis sentiantur. & non uidentur. Deniq; qm carne
uidemus esse de terra. Nubes inquit & citat ab & extremo
terrae. & pressit unde & citat nubes. Uenit ad uen-
tos quia sps hominis ignoratur. unde uenit. producent
uentos inquit de thesauris suis. Paululum ad tendit.
& & uideamus qui percussit primogenita aegypti.

ab homine usque ad pecus primogenita nostra salua
sunt domino quoniam ipse dedit ex nobis. Molesta autem poe-
na est & nimium terribilis plaga primogenitorum
mori. Quae sunt primogenita nostra. Mores istius
quibus nunc seruiamus domino. Ipsa sunt primogenita.
Primitias enim habemus ipsam fidem unde incipimus.
Ecclesiae quippe dictum est. & ueniet & pertransiet
ab initio fidei. Et nemo incipit uiuere nisi a fide. Fi-
des ergo nostra in primogenitis nostris est. quando custo-
ditur fides nostra cetera subsequi possunt. Nam quod
purgantur homines cotidie proficiendo in melius
meliusque uiuendo. Ipso interiore homine renouato
decie in diem. sicut dicit apostolus. Et si exterior
homooster corrumpitur interior autem reno-
uatur decie in diem. Ideo fit quia primogenita
fides uiuit. De qua primogenita fide. & apostolus
ait. Non solum autem sed & nos ipsi primitias spiritus
habentes. id est dantes iam deo primitias spiritus nostri.
Hoc est ipsam fidem tanquam primogenita nostra.
Tamen in nobis & in ipsis in gemescimus ad optionem
& expectari. res redemptionem corporis nostri. Si
ergo magna di gratia est ut conseruatur fides nostra
magna poena est occidere primogenita. Quando
homines in afflictione ecclesiae constituta perdunt
fidem. Adfligunt enim ecclesiam ut perdant
fidem. Nam & ipse aegyptus afflictio interpre-
tatur. Quicumque ergo adfligunt ecclesiam
quicumque scandala ecclesiae inmittunt & xpiani
appellatur. moriuntur primogenita eorum. Inuit
infideles. Et uent inanes habentes nomen tantum
& signum. In corde autem primogenitum suum
sepelierunt. Usque adeo ut quando ei aliquid dixeris
propter bonam uitam propter spem uitae & aeternae
& propter amorem ignis aeterni apud se subsannet.
Aut stultus est ut audeat cor ueritate ostorquet & dicit.
Quis huc inde reuersus est. dicunt sibi homines quod
uolunt & xpianus est. Sed quia adfligens occi-
sus est primogenitus eius mortua est fides eius.
Et hoc ab homine usque ad pecus. Dicam fratri quod
sentio homines intellegas spiritaliter significari
tamquam doctos propter rationabilem animam
quod est homo. Pecora uero indoctos sed tamen

habentes fidem. nam non haberent primoge-
nita. Sunt docti qui adfligunt ecclesiam scis-
mata & hereses faciendo. Proinde nec in illis
inuenis fidem. quoniam factus est aegyptus. id est af-
flictio populo dei. Occisa sunt primogenita eorum.
trahunt post se turbas indoctas. ipsa sunt pecora.
In hac ergo afflictione qua ecclesia adfligitur.
moriuntur in adfligentibus fides. moriuntur pri-
mogenita. & in ipsis doctis & indoctis quia occidit
deus primogenita aegyptiorum ab homine usque
ad pecus. Inmisit signa & prodigia in medio tui
aegyptiae in pharaonem & in omnibus seruis eius.
Pharaon rex aegyptiorum nomen adtendite & uidete
quemam modum ista facit deus. rex in omni gente
prior est aegyptus afflictio est. phario dissipatio.
adfluctio ergo regem habet & dissipationem. Quia illi
qui adfligunt ecclesiam dissipant adfligunt. Ut
enim adfligunt dissipantur. Quoniam rex duca popu-
lus sequitur. Praecedat dissipatio sequitur adfluc-
tio. Audite audite nomina haec in interpretatio-
ne tropica & sapientia plena. Nec inuenis unum
ex istis nominibus quod boni aliquid interpretetur
ubi & eruit de suam suam. percussit gentes mul-
tas & occidit reges fortes. Dic quos reges & quas
gentes. Seon regem amorreorum occidit occidat
plane. & nunc occidat a cordibus seruorum suo-
rum & a temptationibus ecclesiae suae. necesse est
manus eius in occidendis talibus regibus & talibus
populis. Interpretatur enim seon temptatio ocu-
lorum & amorrei interpretantur amaricantes. Re-
gem habuit temptationem oculorum. Tempta-
tio oculorum non est nisi mendatio oculorum.
habet rem ueritatem non habet. In quid mirum
si amaricantes talem habuit regem mendacem
regem. Nisi enim mendacium & simulatio
praecedat non sunt amaricantes in ecclesia.
Inde enim amaricant quia fingunt. praecedat
temptatio oculorum amaricatio sequitur.
& in ipso diabolo praecessit. nam temptatio ocu-
lorum est. quod trans figurat se uelut angelum
lucis. Occidat manus dei & illum & illos. lumine
inducat illos ut corrigantur. Et enim in uno quoque

homine occiditur ille rex quando damnat si-
mulationem & diligit ueritatem. Manus dñi
non quiescit id agere. Nam quem ammodum
egit ad litteram tunc sic agitur nunc spiritaliter.
Impleat quod tunc prophēice praenuntiavit. Oc-
cidit & iam alium regem & alium populum eius.
Ita og regem basan & hic quum malus. Og interp-
tatur conclusio. Basan interpretatur confusio.
Malus est rex qui intercludit uiam ad dñm. hoc enim
agit diabolus semper. opponendo figmenta sua.
opponendo idola sua. faciendo sine cessatione per
apreptuos. sortilogos. augures. aruspices. magos de-
moniorum concludit uiam. Quomodo per xpm id
agitur ut patet uia quae fuerat interclusa. Nam
pereum redemptus quidam dicit. & in domo trans-
grediar murum. Sic diabolus mihi nihil aliud agit
nisi ut intercludat uiam nec credatur in dñm. Si enim
creditur in dñm patet uia & ipse xps est uia. Si autē
interclusa fuerit quia non creditur. quid restat nisi
ut cum uenerit qui non credebatur. confundantur
qui non crediderunt. quare. quia conclusio prae-
cedit & sequitur confusio. Conclusio praecedit
ut rē sequitur confusio tanquam plebs. Quos modo
concludit ut non credant in xpm. quando apparuerit
xps. omnes confundentur. & transducent eos & ad-
uerso iniquitates eorum. Tunc dicent impii confusi.
quid nobis profuit superbia. magna misteria fr̄i
mei dissipatio & ad afflictione dissipantur ut adfli-
gantur. Magna misteria temptatio oculorum. id est
fallacia rex amaricantium. fallunt enim ut amaricent
conclusio. rē confusio. Concluduntur enim ne transi-
eant ad fidem. & cum uenerit in quem credimus. confun-
dentur. & omnia regna chanah occidit dñs. Chana-
han interpretatur paratus humilitati. humilitas
quasi bonum aliquid significat. sed sitit utilis humili-
tas. Nam mala humiliatio poenalis est. Si enim hu-
miliatio non pertinet ad poenam non dicitur
quae & altat humiliabitur. Non enim beneficium
illi prestatur quando punitur ut humilietur. Canaan
ergo modo superbus est. Omnis impius. omnis infide-
lis & altat cor suum. non uult credere in dñm. Sed
haec & altatio parata est humilitati in diem iudicii

tunc humiliabitur. quocirca non uult. Sunt enim uasa
irae quae perfecta sunt ad perditionem. modo & tal-
lant se garrunt & tendunt se super fideles. inride-
ant fideles. Plasmament. xpianos dicant annu-
laria sunt ista de die iudicii. Elatio eorum parata est
humiliationi quando uenerit iudex quomodo adnun-
ciatus inrideatur. Tunc ille qui modo superbit non uult
ter sed poenaliter humiliabitur. modo autem non
humiliatur sed paratur humilitati ad est paratur
damnationi paratur uictimae. Omnia ergo ista
euerit dñs corporaliter tunc quando patres nri edue-
ti sunt de terra aegypti. Euerit spiritaliter nunc
nec cessat manus eius usque in diem. Ideo nestas poten-
tias dñi tunc putat peractas cessasse. Dñe nomen
tuum inquit in saeculo. Id est non cessat misericordia
tua. non cessat manus tua in saeculo facere ista. quae
tunc praenunciasti figurando. Omnia enim illa in
figura contingebant in illis. Scripta enim sunt propter
correctionem nram. in quos finis saeculorum obuenit.
Dñe memoriale tuum in generatione & generatione.
Generatio ista & generatio alia. Generatio quasi
deles effimur & per baptismum renascimur. Gene-
ratio quae a mortuis resurgimus. & angelis conuicti
uiuemus in aeternum. Memoriale tuum dñe. &
super istam generationem quae nec nunc nos oblitus
est ut uocaret. nec tunc oblitus est ut coronet. Me-
moriale tuum in generatione & generatione. Quia
iudicabit dñs plebem suam. Compleuit certe illa
omnia in populo iudeorum. Numquid um re-
manserunt opera eius. Postquam indixit popu-
lum suum in terram repromissionis. Ad hoc plene
iudicabit dñs plebem suam. & in seruus suis aduoca-
bitur. 7 Iam iudicabit dñs ipsam plebem & cep-
to iudicio futuro iudicata est plebs iudeorum.
Quid est iudicata. separati in desunt iusti & re-
manserunt iniusti. Sicut enim mentior aut men-
tur & est timor. quia dixi iam iudicata est. Audiui
dñm dicentem. In iudicium ueni in hunc mundum
ut qui non uident uideant. & qui uident cecidant.
Excata sunt superbi. Inluminati sunt humiles.
Iudicabit ergo plebem suam. Ipsum iudicium dixit
esuas. & nunc tu domus iacob uenite. ambulemus

inlucedni. Parum est hoc. Sed quid sequitur
 dimisit enim plebem suam domum isrl
 I praest domus iacob quae est domus isrl qui enim
 iacob ipse est isrl. Nostis scilicet litteras & puto quod
 uobis ueniat in mentem. quia ipse iacob quando
 uidit angelum secum luctari. tunc accepit nomen
 ut appellaretur isrl. Unus homo est siue iacob.
 siue isrl. una persona est domus iacob & domus isrl
 Una gens una plebs. hanc inuitat & hanc dimittit
 Et nunc iam certe occidisti xpm odomus
 iacob. iam occidisti xpm. iam caput ante cruce
 agrosti. iam pendentem intrisisti. iam dixisti
 si filius di es descende de cruce. iam rogauit medicus
 profrenatus. Pater ignosce illis. quia nesciunt quid
 faciunt. certe iam fecisti ista omnia. & nunc crede
 meum quem occidisti. bibes sanguinem quem su
 disti. Et nunc tu domus iacob. testimonium ge
 seponere cupio quod hic dixit. Qm iudicabit
 dñs plebem suam & inferuis suis aduocabitur. Iudi
 casse enim intellegitur plebem suam separando
 in ipsa plebe sua bonos a malis. fideles ab infideli
 bus. Apostolos audeis mendacibus. hoc significa
 uit ut dicere caeperam per ph & dicens. iam
 post illa omnia mala. tunc domus iacob uentem
 bulemus inlucedni. Quare uobis dico uentem
 bulemus inlucedni. Ne remanendo in iudaismo
 non perueniamus ad xpm. Quare non semper
 tibi propheta est xps. sed nunc dimisit ple
 bem suam domum isrl. Veni domus iacob. quia
 dimisit plebem suam domum iacob. Veni do
 mus isrl quia dimisit plebem suam domum isrl
 Quae uenit & quae dimissa est. Nisi quia hoc e
 iudicium. ut qui non uident uideant & qui uident
 caecifiant. Iudicabit ergo dñs plebem suam
 I Separauit ergo & non tibi inueni & quos in regnu
 suum restitua & plane inueni & inferuis suis
 aduocabitur. Non repulit certe apostolus
 plebem suam quam presciuit. Et unde probat
 Nam & ego israhelita sum. Ergo iudicabit dñs
 plebem suam separando bonos a malis hoc est
 inferuis suis aduocabitur. Quibus agentibus
 quanta enim gentes credendo uiderunt.

quanta fundi. quanta loca deserta modo ueni
 unt unde nescio quanta credere uolunt. Dici
 mus eis quid uultis. Respondent nosse glo
 riam di. Credite frs mirari nos & gaudere ad
 talem uocem rusticorum. ueniunt nescio
 unde. scitatu nescio quo. quid dicam an nescio quo
 Immo quia nemo inquit ad me uenit nisi quem pater
 traxerit. Veniunt subito de silua. de deserto de re
 motissimis & arduis montibus ad ecclesiam. & hanc
 uocem habent plerique & pene omnes eorum. ut
 uideamus uere intus docentem dm. Impletur
 scriptura prophetica qua dictum est. Erunt
 omnes docibiles do quid desideratis dicimus
 illis & illi uidere gloriam di. Omnes enim
 peccauerunt & egent gloria di. Credunt con
 sectantur. clericos sibi ordinari & igitur. Nonne
 impletur & inferuis suis aduocabitur. Denique
 post istam totam dispositionem & dispensatione
 conuertat se sps di ad se probranda & inridenda
 idola quae iam inridentur a cultoribus suis.
 I Idola gentium argentum & aurum. Ista omnia
 do faciente qui in caelo & in terra omnia quaecumq
 uoluit fecit. qui iudicabit plebem suam & inferuis
 suis aduocabitur. Quid restat figmentum nisi ri
 dendum. non adorandum. Idola gentium dictu
 rus erat fortasse ut contempneremus ista omnia
 dicturus erit. Idola gentium ligna & lapides.
 grpsum & testa. non haec dico uilis materia est. illud
 quod ualde amant. uel quod ualde honorant
 Dico idola gentium argentum & aurum. Certe
 argentum. certe aurum est. Numquid quia luce
 argentum luce & aurum. Ideo quia oculos habent
 & non uident. Sic quomodo argentum est quomodo
 aurum est. Utile forte auaro non religioso. Immo
 uero nec auaro utile. sed utile bene uenti & per
 eius erogationem thesaurum caelestem adquiren
 ti. Tamen nunc cum ista insensata sint. Quid faci
 ut homines de argento & auro deos quos deos faci
 ut nonne uideat quod non uideat. Oculos ha
 bent & non uident. Aures habent & non audiunt.
 Nares habent & non odorantur. Os habent &
 non locuntur. Manus habent & non operantur.

pedes habent & non ambulabunt. Omnia
ista artifex faber argentarius aurifex facere
potuit. & oculos & aures & nares & os & manus
& pedes. sed nec lucem oculis nec auditum auri-
bus nec uocem ori nec sensum naribus nec motum
manibus nec iter pedibus dare potuit. O homo
rides iam proculdubio quod fecisti imago quod
factus es agnouisti. De illis autem qui non agnoue-
runt quid dicitur. Similes illis fiunt qui faciunt
ea & omnes qui confidunt in illis. It creditis
fratres & primus in eis quondam similitudinem idolorum.
Non quidem in carne eorum sed in interiora ho-
mini eorum. Nam aures habent & non audiunt.
Ad illos quippe clamat dominus qui habet aures audiendi
audiat. Oculos habent & non uident. habent
enim corporis oculos sed non habent oculos fidei.
Denique implentur haec propheta per omnes gentes.
Uide & quando dictum sit per prophetam nihil al-
legoricum nihil figuratum commemoro. Propria
simplicem manifestam. audite prophetiam prae-
dictam uide & completam. Praeualuit inquit
dominus aduersus eos. Propheta dicit sophonias ad-
uersus repugnantes & aduersus rebellantes & de
occisione fidelium. martires facientes sectamen-
nescentes. Praeualuit dominus aduersus eos & quomo-
do praeualuit. in ecclesia sua. uidemus quia prae-
ualuit aduersus eos. Uolebant paucos christianos
extinguere occidere. Sanguinem fuderunt de
sanguine occisorum. tanti se fecerunt quibus
illi interfectores martirum superarentur. Tam-
en modo querunt ubi abscondant idola sua qui
primo christianos propter idola trucidabant. Nonne
praeualuit aduersus eos dominus. Uide si facit quod se-
quitur. Praeualuit dominus aduersus eos. Et quid fecit.
& terminauit omnes deos gentium terrae. & ad-
orabunt eum unusquisque de loco suo. omnes in sae-
culum. Quid est hoc. nonne praedictum erat.
nonne completum est. nonne ut legitur sic uidetur.
Et illi qui remanserunt oculos habent & non uident.
Nares habent & non odorantur. Non sentiunt illum
odorem christi bonus odor sumus sicut dixit aposto-
lus in omni loco. Quid prodest si nares habent

& non odorantur tam suauem odorem christi.
Uere in illis factum est. Uere de illis dictum est.
Similes illis sunt omnes qui faciunt ea & omnes
qui confidunt in eis. sed cotidie credunt per
miracula christi domini. cotidie aperiantur oculi
caecorum & aures surdorum. Inspirantur nares
insensatorum dissoluitur oratorum. Con-
stringuntur manus paralicorum. corriguntur
pedes claudorum de lapidibus istis & citantur
filii habrae quibus omnibus iam dicitur.
Domus israel benedicite domino. Omnes filii habrae
& de lapidibus istis suscitantur filii habrae ma-
nifestum est quia illi sunt magis domus israel
qui pertinent ad domum israel qui pertinent ad
semen habraam non carne sed fide. Domus
israel benedicite domino. sed fac domus illa dicitur & po-
pulum israel uocari. Crediderunt inde apostoli
& milia circumcisorum. Domus israel benedicite
domino. Domus aaron benedicite dominum. Domus leui
benedicite dominum. Benedicite populo dominum hoc est
domus israel generaliter. benedicite praepositi hoc
est domus aaron. Benedicite ministri hoc est domus leui
quid deceretis nationibus. Quia & dominum bene-
dicite dominum. Omnes ergo una uoce dicamus quod
sequitur. Benedictus dominus & sion qui habitet in ieru-
salem. Ex sion & ierusalem sion speculatio
ierusalem uisio pacis. In qua ierusalem nunc
habitaturus est. In illa que cecidit. non sed in ma-
trem in caelis de qua dictum est. Multi filii de-
sertae magis quam eius quae habet uirum. Nunc
ergo dominus & sion quia speculamur quod ueniat.
Nunc tamen quam diu inspe uiuimus in sion su-
mus. finita uia habitabimus in illa ciuitate que
numquam ruitura est. quia & dominus habitat in ea
& custodit eam quae est uisio pacis aeterna ieru-
salem. Pacis illius firmi cuius laudae lingue non
sufficit. Ubi nullum iam hostem sentiemus nec
in ecclesia. nec extra ecclesiam nec in carne nostra
nec in cogitatione nostra. absorbeatur mors
in uictoriam. & uacabimus ad uidendum dominum.
In pace eius ierusalem facta ciuitatis di-

ac de psal c. xxxiii
de psal c. xxxiii

fraterni dno qm bonus qm in saeculum
 misericordiae eius. Psalmus iste laudem conti-
 nens & eodem modo in omnibus suis uerbis termi-
 natur. Proinde quamuis hic in laudem di mul-
 tadicantur maxime tamen eius misericordia
 commendatur. Sine cuius commendatione
 apertissimae nullum uersum claudi uoluit
 per quem sps scs condidit psalmum. Memini au-
 tem in psalmo centesimo quinto qui similiter in-
 cipit. Qm codex quem intuebar non habet in ae-
 ternum sed in saeculum misericordia eius.
 Quae fuisse quid potius intellegere debemus. In
 greco enim scriptum est istoneoma quod
 & in saeculum & in aeternum interpretari po-
 test. Sed illic ut potui differuerim. & iam hic
 r&exere longum est. In isto autem psalmo & in
 idem ipse codex non habet in saeculum quod ple-
 riq; habent. sed in aeternum misericordia eius. Quod
 & si post iudicium quod in fine saeculi uiui & mor-
 tui iudicandi sunt. missi iustis in uitam aeternam
 iniquis autem in ambustionem aeternam. Non
 sint deinceps futuri quorum ad huc miseretur
 ds. Recte tamen intellegi potest in aeternam
 futuram eius misericordiam quam suis scis fi-
 delibusq; largitur. Non quia in aeternum mise-
 rierunt. & ideo misericordia in aeternum indi-
 gebunt. Sed quia ipsa beatitudo quam mise-
 ricorditer & miseris prestat ut ee miseri desinant
 & beati ee incipiunt. Non habebit finem. Ideo
 in aeternum misericordia eius. Proinde confi-
 temini dno. Idest confitendo laudate dnm qm
 bonus. Pro hac confessione aliquid estis temporale
 sumpturi. Qm in aeternum misericordia eius.
 Idest beneficium quod uobis misericorditer prestat
 aeternum est. Quod autem habet qm bonus no-
 grecus habet agathos. Non sicut in psalmo
 centesimo quinto quod ibi est qm bonus. grecus
 habet chrestos. Ideo non nulli illud interpre-
 tati sunt qm suauis est. Agathos autem non
 utcumq; bonus. sed excellentissimae bonus est.
 Deinde sequitur. Confitemini dno qm in aeternum

misericordia eius. Qm sicut di & dno quo-
 rum deorum & dno rum sit ds & dno qui est
 uerus ds. Merito queri solent & scriptum in-
 uenimus in alio psalmo deos & iam homines
 appellatos. Sicut est in ^{hebr} in sinagoga deorum
 in medio autem deos discernit. Et paulo post
 Igo dicitis & filii & celsi omnes. Nos autem
 sicut homines moriemini & sicut unius &
 principibus cadetis. Quod testimonium
 & iam dno in euangelio commemorat dicens.
 Nonne scriptum est in lege ura quia ego dixi
 di estis & filii & celsi omnes. Illor dixit deos
 ad quos sermo di factus est & potest solui scrip-
 tura quem pater scificauit & misit in mundum
 uos dicitis quia blasphematis quia dixi filius di
 sum. Non ergo quia boni sunt omnes sed quia
 sermo di factus est ad illos appellati sunt di.
 Nam si propterea quia boni essent omnes non sic
 omnes di iudicaret. Cum enim dixisset di ste-
 tit in sinagoga deorum. Non ait in medio deos
 & homines discernit. Tamquam ostendens
 quid intersit inter deos & homines. Sed in me-
 dio inquit deos discernit. Deinde sequitur.
 Usquequo iudicatis iniquitatem. & cetera.
 Quae utiq; non omnibus dicit sed quibusdam.
 Quia discernens dicit. In medio deos discernit.
 Sed queritur si ad homines ad quos sermo nunc est
 di factus di uocantur. Utrum & angeli uo-
 candi sunt di. Cum hominibus & scis maxi-
 mum premium promittatur aequalitate angelo-
 rum. Et in scripturis quidem nescio utrum uel
 post uel facile possit repperiri. Aperte dicitur
 angelos deos. Sed cum de dno do dictum esset
 terribilis super omnes deos. cur hoc dixerit
 continuo uelut & ponendo con iunxit. Qm
 du gentium demonia super tales deos dixit
 dnm terribilem. In scis suis quos caelos fecit
 aquibus demonia terrentur sic sequitur. Dns
 autem caelos fecit. Non ergo di sine addi-
 tamento sed du gentium demonia. Superius
 tamen. Terribilis inquit super omnes deos.
 Non ait super deos gentium quamuis hoc intellegi

uoluerit addendo quod sequitur. Quoniam du-
gentium daemona. Quod quidem in hebreo
dicitur non ita esse scriptum sed du gentium
simulachra. Quod si uerum est multo magis
credendi sunt septuaginta diuinospū inter-
pretati. Quospū & illa dicta sunt quae in
hebraeis litteris sunt. Eodem namq; ope-
rante spū & iam hoc dici oportuit quod dictū
est du gentium daemona ut intellexeremus
sic & iam in hebraeo positum du gentium simu-
lachra ut demonia potius quae sunt in simu-
lachris significarentur. Nam quod atque
ad ipsa simulachra quae grece appellantur
idola quo nomine utimur pro latino.
Oculos habent & non uident. & cetera quae
de his ideo dicuntur quia omni sensu carent.
Quo circa nec terri possunt quia nisi ea quae
sentiant terri utiq; non possunt. Quomo-
do ergo de dno terribilis super omnes deos.
Quoniam du gentium simulachra. Nisi per simula-
chra intellegatur daemona quae terri
possunt. Unde ait apostolus. Scimus quia
nihil est idolum. Hoc enim retulit ad mate-
riam terrenam sensu carentem. In eam
ne quisq; putaret non esse aliquam uiuentem
sentientemq; naturam quae gentium sacri-
ficis delectetur. Adiunxit. Sed quae im-
molant. demonus inmolant & non dō. No-
louos fieri socios demoniorum. Si ergo nus-
quam in diuinis eloquijs repperitur scōs an-
gelos appellatos deos. Ecce mihi causa potis-
simum occurrat. ne isto nomine homines ad
hoc aedificentur ut ministerium uel ser-
uitium religionis quae grece liturgia uel
latria dicitur scōs angelis & siberent. Quod
nec & siberi ab hominibus uolunt nisi illi dō
qui & ipsorum & hominum dō est. Unde
multo ualidius angeli uocantur quia latine nun-
ci nuncupantur ut per nomen non substan-
tiae sed officii scōs intellegamus illum dōm
a nobis eos coli uelle quem nunciant. Totā
questionem istam breuiter apostolus soluit

ubi ait. Nam si sunt qui dicantur du siue in
caelo siue in terra. Quem ammodum sunt
du multa & dō multa. Sed nobis unus dō pater
& quo omnia & nos in ipso. & unus dō ih̄s
x̄p̄s per quem omnia & nos per ipsum. Con-
fiteamur ergo dō dōrum & dō dōrum
qm̄ in aeternum misericordia eius. Qui facit
mirabilia magna solus. Sicut in omnium
uersuum nouissimis partibus positum est
qm̄ in aeternum misericordia eius. Sicut om-
nium capitibus quam uis non sit positum sub
audiendum est confitemini. Quod in greco
evidentius appar̄t. Apparet autem &
in latino si eadem locutionem transferre
potuissent interpretes nri. Quod quidem
in isto uersu possent fidicerent facient mi-
rabilia ubi necessario confitemini subauditur.
Atq; utinam uel pronomen adderent ut dice-
rent ei qui facit uel ei qui firmavit qui & ita
sic facile intellegatur confitemini esse sub-
audiendum. Nunc uero ita obscurum factū
est ut qui codicem grecum siue nescierit inspi-
cere siue neglexerit possit putare. Qui fe-
cit caelos qui firmavit terram qui fecit lu-
minaria magna qm̄ in aeternum misericor-
dia eius. Cum ad eius misericordiam illi per-
tingant quos de miseria liberat. Non autē
ut eius misericordiae fuisse intellegamus fece-
re caelum & terram & luminaria cum illud
sit bonitas eius qui creauit omnia bona ualde.
Creauit autem ut essent omnia. hoc uero
misericordiae ut peccatis nris mundet nos
& a miseria liberet in aeternum. Ita ergo
nos ad loquitur psalmus. confitemini dō dōrum
confitemini dō dōrum. confitemini ei qui
fecit caelos in intellectu. confitemini ei qui
firmavit terram super aquas. confitemini
ei qui fecit luminaria magna solus. Cur autē
confiteamur in omnium uersuum finibus
ponit qm̄ in aeternum misericordia eius.
Sed quid est qui facit mirabilia magna solus.
an quia multa mirabilia facit per angelos & phomones.

Sunt quaedam magna quae solus d[omi]n[us] facit. ipsa
 & sequitur dicens qui fecit caelum in intellec
 tu qui firmavit terram super aquas. Qui fecit
 luminaria magna solus. Ideo & hic addidit
 solus quia c[on]tra mirabilia quae dicitur esse
 per homines fecit luminaria magna solus. quae
 sint eadem luminaria secutus aperuit. Sole
 in potestatem diei. Lunam & stellas in potesta
 tem noctis. Deinde caepit dicere quae
 per angelos uel homines fecerit. Qui per
 cussit aegyptum cum primogenitis eorum
 & c[on]tra uniuersa. Igitur creaturam non
 utiq[ue] d[omi]n[us] per aliquam creaturam solus fecit. Cuius crea
 turae quasdam partes & cellentiores comme
 morauit. Ex quibus uniuersa cogitaremus in
 tellegibiles caelos & uisibilem terram. Itq[ue]m
 sunt caeli uisibiles. Commemoratus eorum
 luminaribus totum caelestae corporeum. ut
 ab ipso factum acciperemus admonuit. Quam
 quam in quodam. Qui fecit caelos in intellec
 tu uel sicut alii interpretati sunt in intellegen
 tiam. utrum caelos intellegibiles hoc modo
 significare uoluerit. An suo intellectu uel sua
 intellegentia fecisse caelos hoc est in sua sapi
 entia sicut alibi scriptum est. Omnia in sapi
 entia fecisti. Eo modo in sinuans unigenitum
 uerbum quaeri potest. Sed sita est. ut in suo
 intellectu accipiamus d[omi]n[us] fecisse caelos. Cur tan
 tum de caelis hoc ait. Cum omnia in eade[m]
 sapientia fecerit. An ibi tantum & primen
 dum fuit ut in c[on]tra & iam tacitum possit
 intellegi ut iste sensus sit. Qui fecit caelos
 in intellectu. qui fundauit terram super aquas.
 Ut & hic subaudiatur in intellectu. Qui fecit lu
 minaria magna solus. Solem in potestatem
 diei. Lunam & stellas in potestatem noctis
 utiq[ue] in intellectu. Quomodo ergo solus si
 hoc est in intellectu uel intellegentia quod
 est in sapientia. Idest in uerbo unigenito.
 An quia trinitas non sunt tres di. sed unus d[omi]n[us]. Ad
 id refertur. quod solus d[omi]n[us] fecit. Quia creatu
 ram non per creaturam fecit. Sed quid est

qui firmavit terram super aquas. Obscu
 ra enim quaestio est. quia terra grauior uide
 tur ut non portari aquis. sed ab aquis potius
 portari credatur. De qua re ne aduersus eos
 qui seputant ista certis rationibus conperit
 se scripturas n[ost]ras defendere uideamus. Siue
 illud ita siue aliter sit. habemus quod de pro
 ximo intellegamus. Terra quae habitatur
 ab hominibus & terrestria continet animalia
 quae alio modo in scripturis arida dicitur.
 Sicut scriptum est. appareat arida & uocauit
 d[omi]n[us] aridam terram super aquas esse fundatam
 aquis circum fluentibus super emin[ent]ia. Non
 enim quae dicitur litoraria ciuitas super
 mare fundata. ita sub ea mare est. quem
 unmodum sunt. sunt aquae sub speluncarum
 cernis. Aut sub nauibus super nauibus.
 Sed ideo super mare dicitur. quia in fines primo
 maris super emin[ent]ia. Sic dicitur est p[ro]ph[et]a
 & isse super aquam. Ita enim habet grecus
 Quidam uero habent ad aquam. Sic d[omi]n[us] super
 puteum sedebat. quod ambo superiores eunt
 quam flumen & puteus. Ille iuxta nomen.
 Iste iuxta puteum. Sunt autem & iam alii
 aliquid quod ad nos magis pertinet ista dicta
 significant. fecit caelos in intellectu spiritalis
 sc[ilicet] suos. Quibus tamen credere uerum & iam
 intellegere diuina donauit. Qui nondum
 possunt & solam fidem firmissimam tenent.
 tanquam infra caelos terrae nomine figu
 rantur. It quia in baptismum quem accepe
 runt. inconcussa credulitate consistunt. Ideo
 dicitur est. firmavit terram super aquas.
 Item quia scriptum est de d[omi]no x[rist]o quod in illo
 sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae
 absconditi. haec autem duo id est sapientia
 & scientia distare aliquid inter se. Alia quoq[ue]
 scripturarum testatur eloquia. Maxime
 loquente sc[ilicet] iacob. Ubi quodam modo singu
 la desinuuntur. Dixit autem homini. ecce
 p[ro]ph[et]as & sapientia. abstinere autem a malo
 scientia est. Non incongruenter intellegimus

sapientiam in cognitionem & dilectionem eius quod semper est atq; incommutabiliter manet quod dicitur est. Nam & quod ait. Ecce pietas & sapientia. Theoseuia dicta est in greco. Quod ut totum latine exprimitur dicitur dici potest. Abstineret autem a malo quod dicitur esse scientiam quid est aliud quam in medio nationis tortuosae & peruersae tamquam in nocte huius saeculi caute prudenterque uersari. Ut abstinento quisque ab iniquitate. Non confundatur tenebris propriis muneris luce discretus. Cum ergo quodam loco apostolus concordet & gratiarum dei uarietatem in hominibus uelle ostendere. Haec in primis duo posuit dicens. Aliquidem datur per spiritum sermo sapientiae. hoc esse arbitror solem in potestatem diei. Alii sermo scientiae secundum eundem spiritum. haec luna. Deinde quodam modo stellas commemorari puto. in eo quod dicitur. Alii fides in eodem spiritu. Alii caritatum donatio in uno spiritu. Alii operatio uirtutum. Alii prophetia. Alii diuinitas spirituum. Alii generalium linguarum. Alii interpretatio sermonum. Nihil enim horum est. quod non in huius saeculi nocte sit necessarium. Quae cum transierit necessario ista non erunt. Ideo in potestate quippe ait uel diei uel noctis. Ut potestas esse diei lucere uel nocte. Quod in spiritalibus donis. sic intellegitur. Quia dedit potestatem filios dei fieri. Qui percussit aegyptum cum primo genitis eorum. Percussit & scilicet cum his quae praecipua putantur in saeculo. Qui eduxit israel de medio eorum. Educit & iam sanctos ac fideles suos de medio malorum. In manu potentis & brachio excelso. Quid potentius quid excellentius eode quo dictum est & brachium domini cui reuelatum est. Quid diuisit mare rubrum in diuisiones. Diuidit & iam ut unum atque idem baptismum. alius sit in uitam alius in mortem. Et eduxit israel per medium eius.

Educit & iam in nouatum populum suum per laucrum regenerationis. Et percussit pharaonem & uirtutem eius in mare rubrum. Celeriter interimit & peccatum suorum reatimque eius per baptismum. Qui traduxit populum suum in deserto. Traduxit & nos in huius saeculi ariditatem & sterilitatem. ne uicem peramus. Qui percussit reges magnos. & occidit reges fortes. Seon regem amorreorum. Gergem in uale uel temptatione calentem quod interpretatur amorreorum. Et occidit regem basan. Coaceruantem regem confusionis quod interpretatur basan. Quid enim coaceruat dubolus nisi confusionem. Et dedit terram eorum hereditatem israel seruo suo. Dat & iam quos diabolus possidebat hereditatem semini habere quod est christus. Quia in humilitate nostra memor fuit deus. Sanguine unigeniti sui. Et redemit nos ab inimicis nostris. Sanguine unigeniti sui. Qui dat escam omnium. Idest omni hominum generi. Non tantum israelitarum sed gentium de qua esca dicitur. Caro mea uera est esca. Confitemini deo caeli quoniam in saeculum misericordia eius. Confitemini domino de minorum quoniam in aeternum misericordia eius. Quod hic ait deo caeli credo aliter dicere uoluit. quod supra iam dixerat deo deorum. Nam quod tibi deinde subiunxit hoc & iam hic repetiuit. Confitemini domino dominorum. Sed si sunt qui dicuntur di. siue in caelo siue in terra. Quem ammodum sunt di multa ita & domini multi. Sed nobis est unus deus pater & quo omnia & nos in ipso. Et unus dominus ihesus christus per quem omnia & nos per ipsum. Cui confitemur quoniam in aeternum misericors deus.

EXPLICIT. DE PSALMO. CXXXV.
INCIPIT. DE PSALMO. CXXXVI.
Oblitas uos esse non arbitror. commendasse nos uobis immo commemorasse uos quod omnis eruditus in sancta ecclesia nosse

debe & unde ciues sumus & unde peregrine-
mur. & peregrinationis nrae causam esse
peccatum reuersionis autem munus remissi-
onem peccatorum & iustificationum gratiae
di. Duas ciuitates permixtas sibi interim
corpore & corde separatas currere per ista
uolumina saeculorum usq; in finem. Au-
distis & nostis unam cui finis est pax aeterna
& uocatur hierusalem. Alteram cui gau-
dium est pax temporalis & uocatur babylonia.
Interpretationes nominum si non fallor tene-
tis. Hierusalem interpretari uisio pacis.
Babyloniam confusionem. Hierusalem
in babylonia captiua tenebatur non tota.
Ciues enim eius angeli sunt. Sed quod at-
tinet ad homines praedestinatos in gloriam
di futuros per adoptionem coheredes xpi
quos de ipsa captiuitate redemit sanguine
suo particulam. Ergo istam ciuitatem
hierusalem captiuam teneri in babyloniam
pro peccato. Incipere autem se ite prius
corde per confessionem iniquitatis & cari-
tatem iustitiae. Deinde postea in fine
saeculi & iam corpore separandum. com-
mendauimus in eo psalmo quem primo hic
cum ura dilectione tractauimus qui incipit
ita. Te decet hymnus di in sion & tibi red-
datur uotum in hierusalem. Hodierno
autem die cantauimus. Super flumi-
na babylonis ibi sedimus & fleuimus dum
recordaremur tuis sion. Videte quia in
illo dictum. Te decet hymnus di in sion. hic
autem super flumina babylonis ibi sedi-
mus & fleuimus cum recordaremur sion.
Illam sion ubi decet hymnus di quae
sunt flumina ergo babylonis & quid est
nrm sedere & flere in recordatione sion.
Sicut enim ciues inde sumus non tantum hoc can-
tamus sed & agimus. Sicut enim sumus de
hierusalem id est de sion. & in ista confu-
sione saeculi huius. In ista babylonia non
ciues habitamus. sed captiui detinemur.

Oportet ut non tantum ista cantemus sed
& faciamus affectu cordis pio religioso de-
siderio aeternae ciuitatis. quae babylonia
dicitur. Amatores suos consulens pace tem-
porali. & nihil ultra sperantes totumq;
gaudium ibi figentes & uidemus eos pro re
publica terrena plurimum laborantes.
Sed & in ea quicumq; fideliter uer santur
si non ibi appareant superbiam & peritura
elationem odiosamq; iactantiam. Si
ueram fidem & habeant quam possunt
quam diu possunt. quibus possunt. Adquan-
tum uident terrena & ad quantum intelle-
gunt speciem ciuitatis. Non eos sinit di
perire in babylonia. praedestinauit enim eos
ciues hierusalem. Intellegit captiuitatem
eorum. Di ostendit illis aliam ciuitatem
cui uere debeant suspirare. pro qua de-
beant cuncta conari. ad quam capescenda
debeant ciues suos secum peregrinos quan-
tum ualuerint adhortari. Propter ea dnt
ihf xpi. qui in modico fidelis est & in mag-
no fidelis est. Et rursus dicit. Si in
alieno fideles non fuistis. urm quis dabit.
uobis. Tamen carissimi. ad tendite flu-
mina babylonis. Flumina babylonis
sunt. omnia quae hic amantur & transe-
unt. Nescio quis amauit uerbigratiam
agriculturam. Ipsam & ercere inde dis-
cere. Ibi occupare animum. Inde per-
cipere uoluptatem. Ad tendat se itum
& uideat illuc quod amauit non esse fun-
damentum hierusalem. sed fluuium ba-
bylonis. Alius dixit. Magnates milita-
re. Omnes agricolae formidant eos qui
militant. obsecuntur eis tremunt eos.
Si fuero agricola timebo militarem. Si
fuero militaris timebor ab agricola. O
insane in alium te fluuium babylonis pre-
cipitasti. & cum tu tamen uis aminore.
time maiorem potestatem. ipse metior
fieri subito quite tunc. Numquam

autem erit minor quem debet timere
aduocatum inquit esse magna res est
Potentissima eloquentia in omnibus habere
susceptos. Pendentem & lingua deserta pa-
tronisui & eius ore sperantes uel damna
uellucra uel mortem uel uitam uel petru-
tiem uel salutem. Nescis quate miseris.
Alius & iste fluuius babylonis est. It quod
multum sonat strepitus aquae uisaxa.
Adtende quia labitur percutit. Adtende
quia fluit & si attendis quia fluit & labit
caue quia trahit. Navigare inquit alius &
negociari magnum est. Scire multas pro-
uincias lucra undiq; capere. Non esse ob-
noxium incuitate alicui potesta. Semper
peregrinari & diuersitate notionum ani-
mum pascere & augmentis lucrorum di-
uitem remeare. fluuius est & iste babylonis.
Lucratua quando stabunt quando presump-
turus quando securus eris & his quae adqui-
ris. Quanto eris dicioꝝ tanto timidior.
uno naufragio nudus & isti. Et trecte te
plangis in flumine babylonis quia noluit
sedere & flere super flumina babylonis.
Alii ciues hierusalem intellegentes capti-
tatem. adtendunt humana uota & diuer-
sas hominum cupiditates. hac atq; illac
rapientes trahentes impellentes in mari.
Uidunt haec & non se mittunt in flumina
babylonis sed sedent super flumina babro-
nis & flent uel illos qui rapiuntur uel se
ipsoꝝ qui in babylonia esse meruerunt. Se-
dentes tamen hoc est humilitate. Super
flumina ergo babylonis ibi sedimus & fleui-
mus dum recordaremur sion. O scia sion
ubi totum stat & nihil fluit. Quis nos in ista
precipitauit? quare dimisimus conditorem
tuum & societatem tuam? Ecce inter flu-
entia & labentia constituti uix quisq;
raptus a flumine sit tenere lignum potue-
rit euadere. Humiliati ergo in captiuitate
nra. Sedeamus super flumina babylonis

Non nos audeamus illis fluminibus praecipit-
tare. Nec audeamus in nrae captiuitate
malo atq; tristitia nos super erigere. Sed
eamus & sic fleamus. Sedeamus super
super flumina babylonis. sic sit humilitas
nra. ut non nos mergat. sede super flumen
noli in flumine. Sed tamen sede humilis
loquere non quomodo hierusalem. Ibi
iam stabis quia de ipsa spe loquitur alius
psalmus & cantat dicens. Stantes erant pe-
des nri in atris hierusalem. Ibi erigeris si
te hic penitendo & confitendo humiliaberis.
In atris ergo hierusalem stantes erant peder-
nri. Super flumina uero babylonis sedi-
mus & fleuimus cum recordaremur sion.
Inde oportet fleas recordando sion. Multi
enim flent fleu babylonia quia gaudia gau-
dia & babylonis. Qui gaudent lucris & flori-
damis utrumq; de babylonia est. Flere
debet sed recordando sion. Recordando sion
fles & quando tibi secundum babyloniam
bene est oportet ut fleas. Propter ead
citur in quodam psalmo. Tribulationem
& dolorem inueni & nomen dñi inuocaui.
Quid est quod dicit inueni. nescio quam tribu-
lationem quasi querendam inuenit tanquã
questam. Et cum inuenisset quo lucro inue-
nit & nomen dñi inuocauit. Multum inter-
est utrum inuenias tribulationem an inuenia-
ris a tribulatione. Dicit enim alio loco do-
lores inferni inuenerunt me. Quid est
inuenerunt me dolores inferni. Quid est
tribulationem & dolorem inueni. Quando
te repente occupat tristitia per turbas
tibi rebus secularibus quibus oblectabar
& quibus delectabar quando te repenti-
na inuenit ipsa tristitia unde putas non
posse fieri tristem. accidit & tristis effice-
ris. inuenit te dolor inferni. Te enim
sursum putabas uerum deorsum eras.
It cum dolor inferni inuenit te ibi
inuenisti deorsum quis sursum. Inuenisti

enim te dolore adfectum grauer tristitia alicuius. aliunde forte praesumseras te non fore tristem inueniat te dolor inferni. Cum autem bene est tibi. adrident omnia saecularia. Nullus tuorum obit. Nihil in uinea tua forte uel aruit. uel grauitatum est. uel sterile apparuit. Non accit cupata. Non abortum fecit iumentum tuum. Non est honoratus es in aliqua dignitate secundum saeculum constitutus. Undique amici tui & uiuunt & seruant tibi amicitiam. Clientes non desinunt. filii obsecuntur. serui contremescunt. Coniux confort. felix dicitur domus. Ibi inuenit tribulationem. si aliquando potes ut in uenta tribulatione inuoces nomen dñi. Peruersu aliquid uidetur docere sermo diuinus. flere in lacrima & in merore lacrima. Audi in merore lacrima. Gloriamur inquit in tribulationibus. flemus autem in lacrima. Vide si inuenit tribulationem. attendat quisquam ipsam felicitatem suam qua & uoluit anima eius & timuit quodam modo gaudio & tulit se & dixit felix sum. Attendat si non fluit illa felicitas. Si potest esse certus de illa quia manet in aeternum. Si autem non est certus & uidetur fluere unde gaudet. fluit in babylonis est. Sedeat supra & flet. Sedebit autem & plorabit si recordatus fuerit sion. Opax illa quam uidebimus apud dñm. Opax illa scilicet aequalitas angelorum. Ouisio spectaculum pulcrum. ecce in babylonis pulchra que tenent non tenent non decipiunt. Aliud est solatium captiuorum. Aliud gaudium liberorum. Super flumina babylonis. ibi sedimus & fleuimus dum recordaremur sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. habent organa sua ciues hierusalem scripturam di. promissam di. praecepta di. Meditationem quandam futuri saeculi. Sed cum agunt in medio babylonis organa sua

in salicibus eius suspendunt. Salices ligna sunt infructuosa. & hoc loco ita posita ut non aliquid possit ^{boni} intellegi de salicibus. Alibi autem fortitan potest modo ligna intellegi sterilia nasci super flumina babylonis & nullum fructum ferunt. Sicut homines cupidi auari steriles in omni opere bono. Ita ciues babylonis ut & iam ligna sint illius regionis. Existis uoluptatibus rerum transeuntium pascuntur. tamquam rigata fluminibus babylonis. Queris fructum & nusquam inuenies. Quando tales patimur. uersamur cum eis qui sunt in medio babylonis. Et exteriora babylonis sunt qui non tam in medio eius sunt. Id est non tanta concupiscentia saeculi & delectationis obruuntur. ^{quod} Quod oportet & docerim & breuiter multi mali sunt in medio babylonis sunt & ligna sunt sterilia tanquam salices babylonis. Quando illos uidemus & tam steriles eos inuenimus ut difficile appareat in eis aliquid unde possit duci ad fidem rectam uel ad bonam operam uel spem futuri saeculi uel ad concupiscentiam liberationis a captiuitate mortalitatis. Scripturas nouimus quare id dicamus. Sed quia nullum fructum in eis inuenimus unde incipiamus auertimus faciem ab eis & dicimus. Adhuc isti non sapiunt. quia quicquid illis dixerimus. sinistrum aduersum habebunt. Ergo differendo circa eos scripturas suspendimus organa nostra in salicibus. Non enim dignos habemus qui organa nostra portent. Non ergo eis organa nostra inserendo ligamus sed differendo suspendimus. Salices enim sunt babylonis ligna infructuosa. Pasa temporalibus uoluptatibus tamquam flumina babylonis. It uidete si hoc sequitur psalmus. In salicibus inquit in medio eius suspendimus organa nostra. Quibus interrogauerunt nos qui captiuos dixerunt nos uerba cantuorum.

& qui abduxerunt nos in unum. Sub audis
interrogauerunt nos. qui nos duxerunt cap
tuos. **F**ri quos sensimus aliquando cap
tuatores nros. sensit quidem illa b'erusal'e
babylonios. persas caldeos & illarum regio
rum & gentium. homines captiuatores suos.
In hoc postea non quando isti psalmi canta
bantur. sed iam dixit carit' urae. om
nia quae secundum litteram in illa ciuitate
contingebant. figuras nras fuisse. Facile
potest demonstrari captiuos nos esse. Non
enim iam respiramus in auras illius libertatis.
Non enim fruimus puritatem ueritatis. & illa
sapientia quae in ipsa manens innouat om
nia delectationibus temporalium rerum
temptamur. & conluctamur cotidie cum
suggestionibus illicitarum uoluptatum.
ux respiramus uel in oratione captiuos nos
esse intellegimus. Sed qui nos captiuos dixe
runt. Qui homines. c. Quae gens. c. Qui
rex. c. Si redimimur captiuo eramus. Quis
nos redemit. c. Xpi. A quo nos redemit. c.
A diabolo. Diabolus ante & angeli ergo eius
captiuos duxerunt nos. Nec ducerent nisi
consentientes nos ducti sumus. Captiuato
res nri dixi qui sunt. Ipsi sunt & iam lae
nes. uulneratores illum uiatorem qui des
cendit ab hierusalem ad hericho. quem sau
tatum semiuuum reliquerunt. hunc
custos nri ille samaritanus. Samaritanus
enim interpretatur custos. Cui obiectum
est & dictum est auideis. Nonne ueru
dicimus quia samaritanus es & demoniu
babet. Et ille duorum obiectorum unu
respuit unum tenuit. Ego inquit de
monium non habeo. non autem dixit.
Ego non sum samaritanus. Si enim ille
samaritanus non custodierit utiq; perimus.
Samaritanus transiens uidit sautum &
uulneratum a latronibus. & sicut nostis
collegit. Sicut aliquando a latronum
nomine ponuntur. qui nobis plagas pecca

torum infixerunt. **I**m per consensione
nram captiuatis. Sic & captiuatores nri
isti dicuntur. Ista ergo qui captiuos dixe
runt nos. diabolus & angeli eius. quando
nos duxerunt. c. Et quando nos inter
rogauerunt uerba canticorum. Quide
nos interrogauerunt in quibus diabolus ope
ratur. intellegendus est ipse nos interroga
re qui in eis operatur. Apostolus ait.
Et uos cum essetis mortui in delictis & pec
catis uis. cum uiuissetis in illis secundu
saeculum mundi huius. secundum prin
cipem potestatis aeris huius. Sp's qui
tunc operabatur in filis diffidentiae.
In quibus inquit & nos aliquando conuersi
sumus. ostendit se redemptu de abro
nia. coepisse iam & ire. Sed tamen ad
huc quid dicit. Quia cum hostibus nris con
fligimus. & ne irascamur hominibus qui
nobis ingerunt persecutiones. Tult' inten
tionem nram apostolus a odio hominum
& direxit in luctam quorundam spirituum
quos non uidemus. & cum ipsis confligimus
ait enim. Non est nobis conluctatio ad
uersus carnem & sanguinem. Id est ad
uersus homines quos uidetis a quibus ui
demini mala pati. qui uobis inportant per
secutiones. Nam pro ipsis orare praecipi
sumus. Non est inquit nobis conlucta
tio aduersus carnem & sanguinem. id est
aduersus homines sed aduersus principes
aduersus potestates & rectores mundi
nebrarum harum. Quiddixit mundi de
lectorem mundi. has appellauit & tenebras.
Id est iniquos. scelestos. infideles peccatores.
Quibus iam credentibus gratulatur. hoemo
do ut dicat. fustis aliquando tenebrae.
nunc autem lux in dno. Ergo constituit
nos luctam habere. cum illis principibus.
Ipsi nos duxerunt captiuos. Quomodo aut
diabolus in corde iudae ut traderet dnm

intravit. Non autem intraret. nisi ille lo-
cum daret. Sic multi homines mali. de
media babilonia. Perlestra carnalia &
inlicita. locum dant diabolo & angelis eius
in cordibus suis. Ut in illis & de illis opere-
tur. Aliquando intertrahunt nos & dicunt
nobis. Exponite nobis rationem. Paga-
ni plerique dicunt nobis ista. Exponite no-
bistrationem. quare uenit xps. Et quid
profiuit generi humano. Nonne & quoue-
nit xps. peiora sunt in rebus humanis. qua
antea fuerunt. Et feliciores tunc erant
res humanae quam modo. Dicunt nobis
xpiani. quid boni attulit xps. Unde feli-
ciores putemus res humanas quia uenit xps.
Uider enim si theatra & amphitheatra & circi
starent incolomes. si nihil caderet de babilo-
nia. ubertas esset circum fluentium uolup-
tatum hominibus cantantibus & saltatori-
bus ad turpia cantica. Si libidus cor cantan-
tium & meretricium haberet quis em
& securitatem. si non timeret & sanem in domo
sua. qui clamat ut pantomimi uestiantur.
Si haec omnia labe sine perturbatione aliqua
fluere & esse securitas magna nugatum.
Feliciter essent tempora & magnam felicitate
nugatum. Felicia essent tempora & magna
felicitatem rebus humanis xps attulisset.
Quia creduntur iniquitates. Scilicet para cupidi-
tate plantetur caritas hierusalem. quia
miscetur amaritudines uitae temporali
ut aeterna desiderentur. Quia erudiunt
in flagellis homines. paternam accipientes
disciplinam. Ne iudicariam inueniant sen-
tentiam. Nihil boni attulit xps. & labo-
res attulit xps. Et incipis dicere homini
quanta bona fecit xps. & non capis. Pro-
ponis enim illicot quae faciunt. Quomodo
audistis in euu. angelo. Mendunt omnia sua
dant pauperibus. ut habeant thesaurum in
caelo & sequantur dnm. Dic illis. ecce quid
attulit xps. Quam multi faciunt ista. ut

distribuant res suas egenis & fiant pauperes.
Non necessitate sed uoluntate sequentes dnm.
sperantes regna caelorum. Irident isti quasi
stultos & talia inquirunt bona attulit xps.
ut perdat homo res suas. & cum dat egenis.
remaneat egenis. Quid ergo facis bona xpm
non capis. Alius te impleuit qui aduersatur
xpo. cui dedisti locum in corde tuo. Priora
tempora respicis & quasi laetiora tibi uiden-
tur fuisse tempora pristina. quae sic erant
tanquam oliuae pendentes in arbore. ducenti-
bus uentis. quasi quaedam liber taxem aurae.
perfruentes uago quodam desiderio suo. Ven-
tum est ut oliua mitteretur in torculari. Non
enim semper pendere habebat in arbore. Ia
finit est anni. Non sine causa scribuntur
psalmi. quidam pro torcularibus. In arbore
libertas. In torcularibus pressura. Cum
ergo res humanas conteruntur & premun-
tur. Ad tendis quia crescit auaritia. Ad ten-
de quia crescit continentia. Quare tan-
caecus es. ut amurcam fluentem per plateas
uideas. Oleum in gemellaria non uideas.
Et hoc non sine causa. Qui enim male uer-
santur. publice notisunt. Qui autem se
conuertunt ad dnm. & a fordibus malarum cu-
piditatum purgantur oculi sunt. Quia &
in ipso sunt uel & ipso torculari. amurca per
plateas fluit. Oleum eliquatur. Adela-
mas ad istam. & gaudetis ad istam. Quia
iam potestis sedere super flumina babilo-
nis & flere. Illi autem qui captiuos dixe-
runt nos. quando intrant in corda hominum
& interrogant nos per linguas eorum quas pos-
sident & dicent nobis. Cantate nobis uer-
ba inuicorum. Reddite nobis rationem
aduentus xpi. & quae alia uita uolo credere.
Docete rationem quare mihi imperas &
credam. Respondeo illi & dico. O homo
quomodo non uis tibi imperem ut credas.
Plenus es malis cupiditatibus. Si dicam bo-
nam illam hierusalem non capis. Oportet

ut ex inanibus quo plenus es. ut possis imple-
ri quo inanis es. Ergo nili facile huic aliquid
dicere. lignum est salicis. lignum est sterile.
Noli percutere organum ut sonet. suspende
potius. Sed ille dicturus est. Dic mihi
cantamibi. Redde mihi rationem. Non
uis inquis ut dicam. non bono animo audis
non sic pulsas. ut tibi dignum sit aperire. Ille
te impleuit. qui me captiuum dixit. Ipse
me interrogat de te. Astutus est dolo se
querit. non quaerit quid discat. sed quid
reprehendat. Ego ergo non dicam. suspen-
dam organum meum. Sed dicturus est ad
huc. Cantate nobis uerba canticorum. can-
tate nobis ^{imm}num. cantate nobis decanti-
cis sion. Quid respondimus. Babylonia
te portat. Babylonia te continet. Babylonia
te nutrit. Babylonia de te loquitur. Non
nosta capere. nisi quod fulget ad tempus.
Aeterna meditari ignoras. non capis quod
interrogas. Quomodo cantabimus can-
ticum dñi in terra aliena. Vere fr̄s sic est.
Incipite uale praedicare ueritatem. quanta
lam cumq; nostis. & uidete quam necesse sit
ut tales patiamini inrisores. Inactores uerita-
tis. Plenos falsitatis. Respondite illis & i-
gentibus auobis. quae capere non possunt.
& dicite & fiducia sci cantici ur̄i. Quomo-
do cantabimus canticum dñi in terra aliena.
Sed uide quomodo uerferis inter eos. O po-
pule dñi. o corpus xp̄i. o generosa peregrina-
tio. Non es hinc. aliunde es. Nec cum
illi qui tibi dicunt. cantate nobis uerba can-
ticorum. Dicite nobis ^{imm}num. cantate
nobis decantibus sion. quasi amantur & affec-
tas amittas eorum. & times talibus dis-
plicere. Incipiat te delectari babylonia.
& obliuiscaris hierusalem. Hoc ergo tueri
uide quid subiciat. uide quid sequatur. Pas-
sus ergo homo iste qui cantabat. & ipse homo
sumus nos. si uolumus passus est undiq; talia.
Interrogantes ad blatione. blandientes.

inordaciter reprehedentes falso laudan-
tes quod non capiunt & iquentes quod pleni
sunt fundere nolentes. Et inter turbas
talium tamquam periclitans animum e-
rexit ad recordationem sion. & confirmat
se talis anima iuratione quadam & ait. Si
oblitus fuero tui hierusalem. Inter uerba
captiuantium. & inter uerba dolo forum.
& inter uerba male interrogantium quae-
rentium & discere nolentium. Ecce ecce
inde erat cives ille. quidam interrogauit.
Magister bone. quid faciam ut uitam aet-
ernam consequar. Nonne de uita aeterna
quaerens quasi decantibus sion interrogauit.
Serua mandata & ait illi dñs. Et ille de-
fasticum audisse. Respondit. Jam omnia
inquit haec impleui a iuuentute mea. Et
dñs dixit illi quiddam decantibus & nouerat
quod non caperet. sed & exemplum nobis dicit.
Quomodo multi quaerunt. quasi consilium
ad uitam aeternam. diu nos laudent quam-
diu respondeamus quod quaerunt. Dedit
de illo documentum. tamquam nobis dictu-
rus aliquando talis hominibus. Quomodo
cantabimus canticum dñi in terra aliena.
Ecce ait. Uis esse perfectus. Uade uende om-
nia quae habes & da pauperibus. & habebis
thesaurum in caelo. & ueni sequere me. Ut
discat multa cantica decantibus sion. Prius
impedimenta reiciat. & pedibus ne ullo
onere praegravetur. & discat aliquid de
canticis sion. Ille autem contristatus recessit.
Dicamus post illum. Quomodo cantabimus
canticum dñi in terra aliena. Et ille qui-
dem discessit. Spem tamen dñs diuitibus
dedit. Nam contristati dixerunt discipuli.
Quisnam potest saluus fieri. Et respondit
illis. Quod hominibus impossibile est. deo fa-
cile est. Habent enim & diuites quendam
modum suum. & acceperunt canticum de
sion. Canticum de quo dicit apostolus. Prae-
pe diuitibus huius mundi. non superbe sapere.

neque sperare in incerto diuitiarum suarum sed in dō uiuo: qui prestat nobis omnia abundantē ad fruendum. Ad iungens quid debeant agere. Jam tangit organum non suspendit. Diuites sint operibus bonis facile tribuant communent. thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum. ut adprehendant bonam uitam. Hoc canticum de canticis sion diuites acceperunt. Primo non superbae sapere. Ex tollunt enim diuitiae. & quos & tollunt. flumina & tollunt illa. Quid ergo his praecipitur. ante omnia non superbae sapere. Quod faciunt diuitiae. hoc caueant indiuuati. Caueant indiuuati superbi. Ipsum enim malum est. Quod inportant maxime diuitiae incautis hominibus. Non enim aurum malum ē quod dī condidit. Sed homo malus est relinquent creatorem & conuersus ad creaturam. hoc ergo sibi praecauet. ne sit superbus & super flumina babilonis sedeat. Hoc enim illi dictum est. non superbae sapere. Ergo sedeat. neq; speret in incerto diuitiarum. trahatur a flumine babilonis. Si uero humiliauerit se & non superbierint. & non sperauerint in incerto diuitiarum. Sedent superfluum. suspirant ad aeternam hierusalem. Recordantur sion. & ut perueniant ad sion rogant. Ecce habes canticum quod diuites acceperunt de canticis sion. Operentur tangant organa. non uacent. Cum inuenierint hominem dicentem sibi. quid est quod facis. perdis res tuas tanta erogando thesauriza filius tuus. cū uiderit non sapere. & intellexerint lignum esse salicis. non facile dicant quare agant. & quid agant. suspendant organa in salicibus babilonis. Praeter salices autem cantent. non cessent. operentur. non enim perdunt quod rogarunt. Seruo commendant & autum est xpo commendant & perit. Audistis canticum diuitum de canticis sion. Audite

canticū plērum. Paulus loquitur. nihil intulimus in hunc mundum. sed nec auferre aliquid possumus. Habentes uictum & tegumentum. his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri. incidunt in temptationē & desideria multa & nociua quae mergunt hominem in interitū & perditionem. Haec sunt flumina babilonis. Radix est enim omnium malorum auaritia. quam quidam adpetentes naufragauerunt a fide & in seruerunt se doloribus multis. Ergo contraria sunt ista cantica. Non sunt contraria. Uide & quid diuitibus dictum sit. Non superbae sapere. neq; sperare in incerto diuitiarum. Bona operari tribuere thesaurizare fundamentum bonum in futurum. Pauperibus autem quid dictum est. Qui uolunt diuites fieri. incidunt in temptationem. Non dixit quid diuites sunt. sed qui uolunt diuites fieri. Nam si iam diuites essent. audirent alterum canticū. Diues audit ut eroget. Pauper audit ne desideret. Sed cum inter tales uersamini qui non sapiunt canticum sion. Suspendite ut dixi organa in salicibus in medio eius. Differte quae dicturi estis. Incipiunt esse ligna fructuosa. Mutantur arbores. habebunt fructū bonum. Jam licet nobis cantare in aures audientium. Sed cum istos obstrepentes. Male interrogantes. Veritati resistentes. uersamini obstringite uos. Non eis uelle placere. ne obliuiscamini hierusalem. Et dicat una anima ustra. facta una gemulus. Dicit ipsa captiua hierusalem hic agens in terra. Si oblitus fuero tui hierusalem. obliuiscatur me dextera mea. Uehementer se constrinxit fr̄s mei. obliuiscatur me dextera mea. atrociter se obligauit. Dextera nra est uita aeterna. Sinistra nra est uita temporalis. Quicquid facis propter uitam aeternam. dextera operatur. Sicaritate uitae aeternae. in operibus tuis miscueris concupiscentiam uitae temporalis. aut laudis

no

humanae. aut alicuius commoditatis saecula-
ris cognouit sinistra tua quid faciat dextera
tua. Et nostis esse in precepto euange-
lii. Nesciat sinistra tua quid faciat dex-
tera tua. Si oblitus ergo fuero tui inquit
hierusalem obliuiscatur me dextera mea
& uere sic contigit. Praenunciavit non op-
tauit. Talibus qui obliuiscuntur hierusalem
hoc contigit quod dixit. Obluiscitur illos
dextera eorum. Vita enim aeterna
manet in se. Illi remanent in delectatione
temporalis. & faciunt sibi dextrum. quod
sinistrum est. Adtendite ad ista fratres
propter dexteram insinuem hoc uobis quan-
tum dominus donat ad salutem omnium. Me-
ministis fortasse hic me aliquando tractas-
se de quibusdam. qui quod sinistrum est
dextrum faciunt. Id est qui temporalia
bona plus habent. & in istis beataudinem
ponunt. Ignorantes quae sit uera felicitas
uera dextera. Hos scriptura filios ali-
enos dicit. Tamquam ^{auis} non hierusalem.
sed babiloniae. Dicit enim quodam lo-
co psalmus. Domine libera me de manu filio-
rum alienorum. Quorum os locutum est
uauitatem. & dextera eorum dextera iniqui-
tis sequitur & dicit. Quorum filii uelut
nouelle constabunt. filiae eorum ornatae
sicut similitudo templi. cellaria eorum
plena eructantia. & hoc in hoc. Oues eo-
rum secundae multiplicantes in circuitibus
suis. Boues ^{eorum} grassati. Non est ruina saepis.
Neque clamor in plateis eorum. Numquid
habere istam felicitatem hoc est peccare.
Sed facere illam dexteram cum sit sinistra.
Propter ea secutus quid ait. Beatum dixerunt
populum cui haec sunt. Ecce unde locutus
est os eorum uauitatem. quia beatum di-
xerunt populum cui haec sunt. Tu qui-
dem auis hierusalem. qui non obliuisceris
hierusalem. ne obliuiscatur te dex-
tera tua. Ecce illi qui locuti sunt uauitate.

beatum dixerunt populum cui haec sunt.
Dic mihi tu canticum sion. Beatus inquit
populus. cui est dominus deus ipsius. Interroga
te corda uestra fratres. si desideratis bona dei.
si desideratis ciuitatem illam hierusalem
si concupiscitis uitam aeternam. omnis
ista terrena felicitas sinistra uobis sit.
Illa sit dextera quam semper habebitis.
Et si habueritis sinistram. nolite de sinistra
presumere. Nonne corripiscum. qui
de sinistra uoluerit manducare. Si men-
sae tuae iniuriam putas fieri manducan-
te conuiuia de sinistra. Quomodo non sit
iniuria mensae dei. Sed quod dextrum est
sinistrum feceris. & quod sinistrum est
dextrum feceris. Quid ergo. si oblitus
fuero tui hierusalem. obliuiscatur me
dextera mea. Adhereat lingua mea
faucibus meis nisi tui meminero. Id est
obmutescam inquit nisi tui meminero.
Ut quid enim loquitur. Ut quid sonat.
qui canticum non sonat. Ipsa est lin-
gua nostra canticum hierusalem. Canticum
dilectionis huius saeculi. lingua aliena.
lingua barbara est. quam in captiuitate
didicimus. Ergo mutus erit deus.
qui oblitus fuerit hierusalem. It pa-
rum est meminisse. Nam & hostes
meminerunt eius. uolentes eum uer-
tere. Quae est ista ciuitas dicunt.
Qui sunt christiani. & quales sunt christiani.
O si non essent christiani. Uideram captiua-
tura captiuatores suos. & tamen mur-
murant. Se uiuunt. & uolunt inter-
ficere apud se peregrinantem sanctam
ciuitatem. Sicut uoluit ipsum popu-
lum interficere pharao. quando
masculos occidebat natos. & feminas
relinquebat. ¶ Parum est ergo memi-
nisse. Uide quomodo meminisse
quaedam cum odio meminimus. quaedam
cum amore. Cum ergo dixisset.

¶ Virtutes praefocabat concupiscentiam nutritabat

Si oblitus tu fuero hierusalem. obliuiscatur me dextera mea. Adheret lingua mea faucibus meis. nisi tui meminero. Addidit statim. Sinon praeposuero hierusalem in principio iocunditatis meae. Vbi est enim summa iocunditas. ubi dō fruimur. ubi de fraternitate coherente. & ciuica sociate secutisumus. Nullus sibi nos uolabit temptator. Nullus uel ad alia qua praecellere poterit. Nihil ibi delectabit. nisi bonū. Morietur ibi omnis necessitas. Orietur ibi summa felicitas. Sinon praeposuero hierusalem in principio iocunditatis meae. It conuertit se ad dñm contra hostes ipsius ciuitatis. Memento dñe filiorum aedom. Edom ipse dictus est qui & esau. Audistis enim modo cū apostolus legeret. Iacob dilexi. esau autē odio habui. Duo filierant. in uno utero. an bogemini. Rebecce filii & isac. & nepotes abrahe. Nati sunt ambo. unus ad hereditatem. Alter ad se hereditatem. Fuit autem hostis fratris sui esau iste. quia praue nit benedictionem eius. filius minor. & impletum est. maior serui & minori. Maior ergo quis est. Maior eius cui serui & minor. Modo intellegimus. Maior uidebatur populus iudeorum. Minor & tempore xpi anorum populus. Et uidete quomodo maior serui & minori. Illi portant codices. Nos uiuimus de codicibus ipsorum. Sed ut generaliter de omnibus intellegatis. fit maior & minor. Maior dicitur homo carnalis. & minor dicitur homo spiritalis. Quia prius est carnalis & postea spiritalis. Habet apostolum aperte dicentem. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus. tales & terreni. Et qualis caelestis.

tales & caelestes. Sicut portauimus imaginem terreni. portemus imaginem eius qui de caelo est. Ibi autem supra dixerat. Sed non prius quod spiritale est. sed quod animale. postea spiritale. Animale autem eundem dicit. quem carnalem ostendit. Homo qui nascitur animale esse incipit. carnalis esse incipit. Si se conuertat a captiuitate babiloniae in reditu hierusalem. Renouatur & fit renouatio quae dādam secundū nouum & interiorem hominem. Et fit minor tempore. maior potestate. Ergo esau omnes carnales. Iacob autē omnes spiritales. Minores electi. maiores illi reprobat. Vult & ipse eligi. fiat minor. Edom autem appellatus est decibo quodam lenticulae rubro. id est roseo quodam cibo. Bene cocta erat lenticula defricata. Concupiuit iste esau a fratre suo iacob. & cessit illi primatū suum. uictus concupiscentia manducandae illius lenticulae. Ille cessit cibum uoluptatis. & sumisit honorem dignitatis. Ita & placito quodam inter eos factum est. ut ille maior. & ille minor sit. Ut maior serui & minori. It appellatus est edom. Inter praetatur autem quantum quantum dicunt quilinguam nouerunt edom sanguis. Nam & punice. edom dicitur sanguis. Noli mirari ad sanguinem pertinent omnes carnales. Caro & sanguis regnum di non possidebunt. Non illuc pertinet edom. Pertinet iacob. Quia caruit cibo carnale. & sumpsit honorem spiritalis. Ille uero factus est inimicus. Omnes carnales spiritalibus inimici sunt. Omnes tales concupiscentes praesentia insecuntur eos quos uident meditari aeterna. Contra hos iste respiciens in hierusalem. Et rogans dñm uteratur

no

de captiuitate quid dicit. Memento dñe
filiorum edom. Libera nos a carnalibus ab
eis qui imitantur illum edom. qui fratres
maiores sunt sed hostes sunt. Prius nati
sunt. sed posterius nati uicerunt ad prima
tum. Quomodo hierusalem. & filia hie
rusalem. & quomodo sion & filia sion
hoc modo appellatur ecclesia & filii eccle
siae. Propter successionem dicitur filia.
Propter relationem dicitur mater. Fuit
prima babylonia quaedam. Numquid
ipse populus in ea permansit. Per succes
sionem babyloniae. facta est filia babylonis.

1) O filia babylonis in felix tu. Beatus qui re
tribuet tibi retributionem tuam. Infelix
tu. Beatus ille. Quid enim fecisti & quid
tibi retribuetur audi. Beatus qui retribuet
tibi retributionem tuam. quam retribuisti
nobis. Quam retributionem dicit. Ad hoc
claudit psalmus. Beatus qui tenebit. &
allidet paruulos tuos ad petram. Illam
dicit infelicem. Beatus autem qui retri
buet ei retributionem. quam retribuit no
bis. Querimus quam retributionem.
Beatus inquit qui tenebit & elidet paru
los tuos ad petram. Ipsa est retributio.
Quid enim nobis fecit babylonia. Ista iam
cantaui in illo psalmo. Sermones uir
quorum praeualuerunt aduersum nos.

100 Quando enim natus sum paruulos nos inue
nit ista confusio saeculi huius & suffoca
uit nos errore diuersorum uanis opinio
nibus adhuc in fanes. Natus infans
futurus ciuis hierusalem. & in predisti na
tione dñi iam ciuis. Sed interim captiuus
ad tempus. quando discit amare. Nisi
quod susurrauerunt parentes. Instruent
& docent illum. auaritiam. rapinas men
data. cotidiana. Diuersas culturas
idolorum & demoniorum. remedia inli
cita praecantationum. & ligaturarū.
Quid facturus est adhuc infans anima

terrena. ad uidentem ad maiores quida
gent ut quod eos uiderit facere. hoc se
quatur. Babylonia persecuta est par
uulos nos. Sed dñs dedit nobis agnitionem
sui iam grandibus. ut non sequeremur
errores parentum nostrorum. Quod &
tunc commemorauit praedictum apphe
cent. Vere mendacium coluerunt pa
tes nri. Uanitatem quae illis non pro
fuit. Iam iuuenes dicunt qui occisi
erant paruuli sequendo ipsas uanitates.
Proficiendo autem & reuiuiscendo in dñm
proficient & retribuunt babyloniae.
Qualem retributionem illi retribuunt.
Quam retribuit nobis. Paruuli eius uis
sim elidantur. & moriantur. Qui sunt
paruuli babyloniae. nascentes male cupi
ditate. Sunt enim qui cum uiderem cupi
ditatem rixantur. Quando nascitur cu
piditas. ante quam robur faciat aduer
sum te mala consuetudo paruula est.
Ne enim cupiditas nequam praeue consu
etudinis robur accipiat. cum paruula
est elide illam. Sed tunc ne elisa non
moriatur. Ad petram elide. Petra au
erat xps. Fratres organa in operando
non cessent uobis inuicem cantate cantica
sion. Quam libenter audistis. tam li
bentius agite quod audistis. Sinouultis
esse salices babyloniae. pasta de flumi
bus eius & nullum ^{fructum} adferentes. Sed
suspirate in aeternam hierusalem. quo
praecedat spes ura. sequatur uita uestra.
Ibierimus cum xpo. Xps nobis modo caput
est. gubernat nos modo de super. amplex
tetur secum in illa ciuitate. aequales e
rimus angelis dñi. Non auderemus hoc
suspicari de nobis. nisi promitteret ue
ritas. Hoc ergo concupiscite fratres.
hoc die noctuq. cogitate. Quicquid
de mundo adriserit feliciter. nolite

presumere. Nolite libenter conloqui cum cupiditatibus uestris. Hostis maior occidatur ad petram. Breuis hostis est. elidatur ad petram. Et maiores in petra occidite. & minores ad petram elidite. Petra uincat. In petra edificamini. Si non uultis tolli aut a fluito. aut a uentis aut a pluuia. Si uultis armati esse. contra temptationes in saeculum. Crescat & roboretur desiderium hierusalem in cordibus uestris. Transi & captiuitas ueni & felicitas. Et cum rege sine morte triumphabimus.

EXPLICIT SERMO DE PSALMO. CXXXVI.

INCIPIT DE PSALMO. CXXXVII.

Titulus psalmi huius breuis & simplex est neque nos tenet. Scientes cuius figuram portauerit dauid & in eo & iam nos membra illius corporis sumus. Agnoscamus ergo hic ecclesiae uocem simulque gaudeamus. quod in ea emerimus. cuius uocem cantantis audiuimus. Totus titulus est ipsi dauid. Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Sol & nobis psalmi titulus indicare. quid agatur intus. Hi caui quoniam titulus non hoc indicat. Sed tantum cui canetur indicat. quid agatur in toto psalmo primus uersus adnunciat. Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Hanc ergo confessionem audiamus. Sed prius commemoro uos confessionem in scripturis cum confitemur do duobus modis dici solere. uel peccatorum. uel laudis. Sed peccatorum confessionem omnes nouerunt. Laudis autem confessionem pauci aduertunt. Nam ita nota est confessio peccatorum. ut in quocumque loco scripturarum auditum fuerit. Confitebor tibi dñe. aut confitebimur tibi. continuo iam consuetudo sit intellegendi. Manus currant ad pectus tundendum. Usque adeo non solent homines intellegere confessionem peccatorum. Sed nunquid & ipse dñs noster ih̄s xp̄s peccator fuit. qui ait in euangelio. Confiteor

^{inquit} tibi dñe pater caeli & terrae. Secutus enim ait quid confiteretur ut intellegeremus confessionem laudis non iniquitatis. Confiteor tibi inquit pater dñe caeli & terrae. qui abscondisti haec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Laudauit patrem. laudauit dñm. quia non dispicit humiles. sed dispicit superbos. Et hic talem confessionem auditari sumus. laudis dñi & gratulationis. Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Totum cor meum in aram tuae confessionis inpono. holocaustum laudis offeram tibi. Holocaustum enim dicitur sacrificium ubi totum incenditur. Grece quippe holon. latine totum dicitur. Vide quemammodum offerat holocaustum spirituale qui dicit. Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Totum inquit cor meum flamma tui amoris accendit. Nihil in me relinquatur mihi. nec quo respiciam ad me ipsum. Sed totus in te est. cum totus in te ardeam. totus diligam te. tanquam inflammatus abs te. Confitebor tibi dñe in toto corde meo. quoniam audisti uerba oris mei. cuius oris mei. nisi cordis mei. Tibi enim habemus uocem quam dñs & audit. quam prorsus auris humana non nouit. Clamantes qui susannam accusabant. & ad caelum oculos non leuabant. Illa tacebat. & corde clamabat. Unde illa meruit & audiri. illi puniri. Est ergo os intus. Ibi rogamus. Et si ostium uel domum dñi praeparauimus. ibi loquimur. ibi & audimus. Non enim est longe positus ab uno quoque nostrum. in quo uiuimus mouemur & sumus. Longe ad dñm non facit. nisi iniquitas sola. Deice medium pariter peccati. & cum illo es quem rogas. Audisti inquit uerba oris mei. Confitebor tibi. & coram angelis psallam tibi. Psalterium meum. gaudium meum. Sed gaudium meum de inferioribus coram hominibus est. Gaudium de superioribus coram angelis est. Non enim nouit impius gaudium iusti. non est

X Non coram hominibus psallam sed coram angelis psallam.

impis gaudere dicit dñs. Gaudet iniquus
in pompa gaudet martyr in catena. Quomo
do gaudebat sc̃a crispinga cuius hodie sollempni
tas caelebratur. gaudebat cum tenebatur cum
in carcerem mittebatur. cum ligata produceba
tur cum in casta leuabatur. cum audieba
tur cum damnabatur. In his omnibus gaude
bat. **X** Adorabo ad templum sc̃m tuum.
Quod templum sc̃m tuum ubi habitabimus ibi
adorabimus. Currimus enim ut adoremus.
Gravidum cor nostrum parturit. & ubi pariat
querit. Quis ille locus est ubi adorandus est
dñs. Quis mundus. & quod edificium. &
Quae deniq; sedes in caelo & inter stellas.
Querimus in scripturis sc̃is. & inuenimus in uerbis
sapientiae. Ego inquit eram cum illo. ego era
ad quem ad gaudebat cotidie. Et dicit opera
& ponit nobis sedem ipsius quam quando
uuldas faciebat inquit in summo nubes.
Quandam suam segregabat super uentos. Sedes
autem eius templum eius. Quo ergo ibimus su
per uentos adoraturi sumus. Si super uentos adora
tur aues nos uincunt. Si autem intellegamus uen
tos. id est animas. hoc est uentorum nomine signifi
catis animas. Sicut ait quodam loco scriptura. Vo
lavit super pennas uentorum. Hoc est uirtu
tes animarum. Unde & flatus dñi ^{dicitur} anima tam
quam uentus. Non ut iste intellegatur uentus
quo corpus propellente fertur. sed ut eius
nomine significetur aliquid inuisibile quod nec
oculis cerni potest. nec sentiri auribus. nec odora
tu duci. nec palatu gustari. nec manu contrectari.
Quod est utiq; uita quaedam qua uiuimus. quae
anima dicitur. Si hos uentos intellexerimus.
non est qua quaeramus pennas uisibiles ut cum
aibus uolemus adorandum ad templum dñi. Sed
super nos ipsos inueniemus dñm sedere. Sicut
fideles esse uoluerimus. Videte si hoc non est
Templum enim dñi sc̃m est. Ait apostolus. quod
estis uos. Certe tamen quod manifestum est
in angelis habitat dñs. Ergo cum gaudium nr̃m
de spiritalibus rebus. non detinet renis bonis adsumit
X Et cum miseri miseram putabant. Quae coram
angelis gaudebat.

canticum dñi ut psallat coram angelis. Ipsa
congregatio angelorum templum dñi est. Ado
ra ad templum dñi ecclesia deorsum & ecclesia sur
sum in omnibus angelis. Sed descendit ad eccle
siam deorsum angelorum dñs. Erei angeli in
terra ministrauerunt ministranti nobis. Non
enim ueni inquit ministrari. sed ministrare.
Quid nobis inquit ministrat. nisi quod hodie que
manducamus & bibimus. Cum ergo angelorum
dñs nobis ministrat & nondisperemus nos futu
ros aequales angelis. Maior enim angelis dis
cendit ad hominem. & creator angeloru susce
pit hominem. Dñs angelorum mortuus est
pro homine. Adorabo ergo ad templum sc̃m
tuum. Intellego templum tuum. non manu fic
tum. sed tu fecisti tibi. Et confitebor no
minatio in misericordia tua & ueritate tua. In
duobus istis confitemur. Sicut enim & in alio
psalmo legitur. Uniuersae uiae dñi misericor
dia & ueritas. In duobus istis confitemur. In
tua misericordia. & in tua ueritate. Miseri
cordia peccatorem respexit. ueritate pro
missionem reddisti. In tua ergo misericordia
& ueritate confitebor tibi. hostiam ergo pro
meritis uiribus reddo quae mihi donasti faciens
misericordiam & ueritatem. Misericordiã
in subueniendo. ueritatem in iudicando.
Hic adiuuatur actio his promeremur dñm. Mem
o ergo misericordia & ueritas uniuersae uiae
dñi. Non sunt aliae uiae quibus ad nos uenit.
non sunt aliae uiae quibus ad illum ueniamus.
Qm̃ magnificasti super omne nomen sc̃m tuu
Quis ista gratulatio fit. magnificauit nomen
suum sc̃m. Super abraham credidit p̃ abrahã
& deputatum est illi ad iustitiam. Ceteris om̃i
bus gentes. idolis immolabant demonibus
seruebant. Natus est & abraham isaac
magnificatus est super illam domum dñi. Inde
iacob magnificatus est. qui dicit. Ego sum dñs
abraham. & dñs isaac & dñs iacob. Inde duobus
filii. Inde populus isrl̃ liberatus ab aegypto
ductus per mare rubrum & erit in heremo

congregatio angelorum
templum dñi est
ecclesia deorsum & ecclesia sursum
in omnibus angelis
Sed descendit ad ecclesiam deorsum
angelorum dñs
Erei angeli in terra ministrauerunt
ministranti nobis
Non enim ueni inquit ministrari
sed ministrare
Quid nobis inquit ministrat
nisi quod hodie que manducamus
& bibimus
Cum ergo angelorum dñs nobis ministrat
& nondisperemus nos futuros
aequales angelis
Maior enim angelis descendit
ad hominem
& creator angelorum suscepit
hominem
Dñs angelorum mortuus est pro
homine
Adorabo ergo ad templum sc̃m tuum
Intellego templum tuum
non manu fictum
sed tu fecisti tibi
Et confitebor nomini
in misericordia tua & ueritate tua
In duobus istis confitemur
Sicut enim & in alio psalmo
legitur
Uniuersae uiae dñi misericordia
& ueritas
In duobus istis confitemur
In tua misericordia
& in tua ueritate
Misericordia peccatorem respexit
ueritate promissionem reddisti
In tua ergo misericordia & ueritate
confitebor tibi
hostiam ergo pro meritis
uiribus reddo quae mihi donasti
faciens misericordiam & ueritatem
Misericordiam in subueniendo
ueritatem in iudicando
Hic adiuuatur actio his promeremur dñm
Memento ergo misericordia & ueritas
uniuersae uiae dñi
Non sunt aliae uiae quibus ad nos
uenit
non sunt aliae uiae quibus ad illum
ueniamus
Qm̃ magnificasti super omne nomen
sc̃m tuu
Quis ista gratulatio fit
magnificauit nomen suum sc̃m
Super abraham credidit p̃ abrahã
& deputatum est illi ad iustitiam
Ceteris om̃ibus gentes
idolis immolabant demonibus
seruebant
Natus est & abraham isaac
magnificatus est super illam domum
dñi
Inde iacob magnificatus est
qui dicit
Ego sum dñs abraham
& dñs isaac & dñs iacob
Inde duobus filii
Inde populus isrl̃ liberatus ab aegypto
ductus per mare rubrum & erit in heremo

eiectis gentibus in terram promissionis
 conlocatus. Magnificatum est nomen
 di super isrl. Sed inde uirgo maria. Inde
 dñs xps. mortuus est pro peccatis nostris.
 Resurgens propter iustificationem nr̄am
 implens fideles sp̄s sc̄o. mittens praedica
 ri per gentes agite paenitentiam ad pro
 pinquabit regnum caelorum. Et ecce
 magnificauit super omnes suum nomen.
 In quacumq; die inuocauerote cito & audi
 me. Quare cito. Quia tu dixisti. Adhuc
 loquentes te. Dicam ecce adsum. Quare cito.
 Quia iam non peto felicitatem terrenam. Didi
 ci sc̄m desiderium de testamento nouo. non
 peto terram. non fecunditatem carnalem. non
 salutem temporalem. non inimicorum sub
 iectionem. non diuitias. non honores. Ni
 hil horum peto. Ideo cito exaudime. Quia
 docuisti quid petam ad quod peto. Dica
 mus huic aliquid petis. Audiamus nos.
 petitionem suam & uideamus quid petat.
 & discamus per eum petere. ut mereamur
 accipere. Ueneras ad ecclesiam nescio
 quid hodie petaturus. Quid putamus uene
 ras petaturus. ueneras cum desiderio tuo
 nescio quo. utinam innocenti. It sicar
 nalis sed remoue iniquitatem. discite quid
 petas. Quid hodie celebras ad tende. Na
 talium sc̄ae & beatae feminae caele
 briae & forte felicitatem terrenam desi
 deras. Illa propter desiderium sc̄m di
 misit felicitatem quam habebat in terra.
 Dimisit filios fletus tanquam crudelē
 matrem dolentes. quia uelut perdiderat
 humanam misericordiam quae ad diuinā
 festinabat coronam. Nesciebat uero illa
 quid desideraret & quid calcaret. Immo uero
 nouerat psallere coram angelis dñi. eorumq;
 desiderare consortium amicitiam sc̄am & pu
 tam ubi ulterius non moritur. ubi uidi
 com nosse. aput quem ualere non posset
 mendatum. Quid ergo in illa uita nullas imbo

na. Immo uero ibi solasunt. non malis mixta
 bona. Securitates in quibus gaudeas quan
 tumuis. & nemo tibi dicat temperate. hic ^{no hoc}
 autem de bonis terrenis gaudere molestum est
 & periculosum nimis. Nescis gaudeas ut hereas
 & gaudendo male hereas. Nam unde dñs
 misit & tribulationes gaudis terrenis nisi tribu
 lationem sentientes & amaritudinem. discimus
 aeternam desiderare dulcedinem. Quid ergo
 petit uideamus. Quo merito dixerit. cito & au
 dime. Quid enim petis. ut cito & audiaris.
 Multiplicabis me. Multis modis multiplicatio ^{no}
 intellegi potest. Est multiplicatio terrenae
 generationis. Secundum primam benedictionē
 nr̄ae naturae quam audimus. Crescite & multi
 plicamini & replete terram & dominamini eius.
 sic illene uolebat multiplicari quid dicebat cito
 & audime. Et ista pline multiplicatio fructuo
 sa est. & non uenit nisi ex benedictione dñi. Iam
 quid dicam de aliis multiplicationibus. Multipli
 catus ille auro. ille argento. ille peccorā. ille fami
 lia. ille possessionibus. ille his omnibus. Multe
 sunt terrenae multiplicationes. Felicior autem
 filiorum quā hominibus. Quia ipsa fecunditas
 molesta est. Timent enī ne pauperes relinquan
 tur. qui multi nasci potuerunt. Sollicitudo ^{no}
 plerq; ad impietatem coegit. ut obliuiscerentur
 quod parentes essent. omniq; affectu humanita
 tis & poluti. exponerent filios suos & eos face
 rent alienos. Proiceret quae peperit. collige
 ret quae non peperit. Illi contempneret illa
 diligeret. illa frustra mater carne. Illa uerior uo
 luntate. Cum ergo sint multae multiplicatio
 nes. & multa genera multiplicationum. quon mal
 tiplicationem quaerit qui dixit. Cito exaudime.
 At enim. Multiplicabis me. Expectamus audire.
 in quibus. Audi ergo. In anima mea. Non in carne
 mea. sed in anima mea. Multiplicabis ^{me} in anima mea.
 Est quod addatur ne adhuc. ne forte & multiplicatio
 in anima continuo felicitatem significet. Et em
 curus homines in anima multiplicantur. Mul
 tiplicatus uidetur in anima in quo & iam multi

plicata sunt uita. Ille tantummodo auarus est. Ille tantummodo superbus est. Ille tantummodo luxuriosus. Ille & auarus & superbus & luxuriosus. Multiplicatus est in anima sua sed malo suo. Multiplicatio ista aegrotans est non ubertatis. Ergo quid tu quid dixisti cito & audime. It abstulisti ab omni corporea ab omni terrena re ab omni desiderio seculari ut diceres dō. Multiplicabis me in anima mea. Adhuc & plana quid desideres. Multiplicabis me inquit in anima mea uirtutem. Expressum uocum. Expressum desiderium. Ab omni confusione circumcisum. Si diceret multiplicabit me terrena. Nescio qua cogitares addidit in anima. Rursus ne in anima uita cogitares in uirtute. Nihil est quod ad plus desideret. Si uis bona forte dicere cito & audime. Confiteantur tibi dñe omnes reges terrae. Ita fit & ita fit cotidie fit. It ostenditur non frustra dictum nisi qui aeternum futurum. Confiteantur tibi dñe omnes reges terrae. Sed & ipse tibi cum confitentur cōlaudant te non terrena desiderent a te. Quid enim desiderant sunt reges terrae. Nonne iam habent ipsius imperium. quicquid aliud desiderauerit homo in terra usque ad imperium est desiderium eius. Quid amplius potest altior sublimitas necessaria est. Sed fortasse quanto altior tanto periculosior. Ideoque reges quanto sunt in maiori felicitate terrena tanto magis humiliari dō debent ut quid faciant. Quia audierunt omnia uerba oris tui. O dñe omnia uerba oris tui in nescio qua gente abscondita erunt. Lex & prophetae. Sed uigente iudeorum sola erant uerba oris tui omnia. Quam gentem laudans apostolus ait. Quid ergo amplius est iudeo. Aut quae utilitas circumcisionis multum per omne modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia dī. Ibi erant uerba dī. Sed da mihi illum gideon quemdam scōm uirum tempore iudicium. Videte quale signum pōtuit ad dñm. Ponam inquit uellus in area. conpluatur uellus area sicca sit & factum est. Uellum solum conplutum est. area sicca erat. Pōtuit rursus signum. Area tota conpluta sit & solum uellus sicca

inueniatur. & hoc factum est. Conpluta est area sicca uellere. Quid uobis uidetur aratris nonne orbis terrarum. Quid gens iudaea in medio orbe terrarum habens gratiae sacramentum non in manifestatione. Sed in nubere & in reatranquam in uelamento pluuiam in uellere. Uenit tempus quando reuelaretur pluuiam in area manifesta est non oportet. factum est ergo quod dicam est. Confiteantur tibi dñe omnes reges terrae. quia audierunt omnia uerba oris tui. Quid est istud quod abscondebatur. Expressum uellus & genuit de te pluuiam. Solum xpi suauitas pluuiam. Ipsum solum non cognoscas in scripturis propter quem factae sunt scripturae. At uero omnes reges terrae. Confiteantur tibi dñe quia audierunt omnia uerba oris tui. It content in uis dñi quia magna gloria dñi. Contenti uis dñi reges terrae. In quibus uis contentis. De quibus supra dictum est. In misericordia tua & ueritate tua quia uniuersae uiae dñi misericordia & ueritas. Non sint ergo reges terrae superbi sed humiles sint. Tunc contenti in uis dñi sibi humiles sint. Amant & cantabunt. Nouimus uiatores cantatores. Cantant & peruenire festinant. Sunt canticamala tanquam ueris hominis. Sed canticum nouum per inel ad hominem nouum. Ambulant ergo & reges terrae in uis dñi. Ambulant & contenti in uis dñi. Quid contenti. Quia magna gloria dñi non regum. Uide quo modo reges uolunt cantare. humiliter portantes dñm. Non se & tollentes addñm. Nam se & tulerunt. quid sequitur. Quia excelsus dñs & humiliare respicit. Uolunt ergo reges respici humiles sint. Quid si se & tulerint in superbiā. Latere illis oculos possunt. Ne forte quia audis humilia respicit. Superbus uelis esse & dicas in animo tuo humiles respicit dñs me non respicit faciem quod uolo. quis enim me uidet. Hominem latet dñs non uult me uidere quia non sum humilis. Ille autem humilia respicit quod uolo facio. In portane. numquid hoc diceret si se res

quid amare deberes. Ecce si nollas te uidere dñs. hoc ipsum non times quia te non uidet. Si salutes aliquem maiorem patronum tuum. & intentus in aliud non te uidet. quomodo tibi animo dolet. Si autem dñs non te uidet. securum te putat. non te uidet saluator & uidet depredator. & tamen ipse dñs uidet. Non te putas non uideri. imo roga ut merearis uideri a quo uideris. Dicitur enim. Oculi dñi super iustos. & quia non super iniustos. Faciant ergo quod uolunt iniusti. Oculi dñi super iustos. Sequatur adhuc. & aures eius ad preces eorum. Iniusti ergo qui securos se putant quia non erant oculi dñi super eos. Non timent quia non sunt & aures eius ad preces eorum. Nonne melius & oculi eius super nos & aures eius ad preces nostras. sed cum facis ea super que uis esse oculos dñi. Tunc mereris preces tuis & aures dñi. Et tamen male faciendo non te auertit oculos dñi. Quidem ibi sequitur. Uultus autem dñi super facientes mala. sed ad quid. ut perdat de terra memoriam eorum. Ut des te uideri. uides te latere non posse. Cum ergo quicquid feceris uideris. quare non hoc facis. unde placere mereris. Ergo & hic quoniam magna gloria dñi. Quoniam excelsus dñs & humilia respicit. Excelsa autem quasi non respicit. humilia enim respicit. Excelsa quidem a longe cognoscit. Quid sibi prestat ergo superbus. Nisi ut a longe uideatur. Non ut non uideatur. nec puteste ideo securum esse debere quoniam minus bene te uidet. quia a longe te uidet. Iueni quando a longe uides. non bene uides. Si a longe te uidet. perfecte te uidet. & tecum non est. Hoc agis. non ut minus perfecte uidearis. sed ut non sis camillo a quo uideris. At uero humilis quid sibi prestat. Prope est dñs his qui obtruerunt cor. Inga se ergo superbus quantum uoluerit. Certe in alto habitat dñs. In caelo est dñs uis tibi propinquas. humiliare. Nam tanto erit altior. quanto tu elatior. Excelsa autem a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. Uerum est. in quacumque fueris tribulatione. confitere. in uoca. liberat te. uiuificat te. Sed tamen aliquid hic debe-

mus melius intellegere. quoniam familiarius inbestamus dō. Dicamusque illi. cito & audime dñe. Dixerat enim. excelsa a longe cognoscit. Et excelsa superba. non norunt tribulationem. Non norunt inquam tribulationem de qua dicitur alio loco. Tribulationem & dolorem inueni & nomen dñi in uocau. Quidem magnum. si tribulatio te inueniat. si aliquid patas. Tu inueni tribulationem. & quis est inquit. qui inueniat tribulationem aut quis illam uel quaerit. In medio tribulationis est & nescis. uita ista parua tribulatio est. Si non est tribulatio. non est peregrinatio. Si autem peregrinatio est. Aut parum patriam diligis. aut sine dubio tribularis. Quis enim tribuletur non esse cum eo quod desiderat. unde tibi non uidetur ista tribulatio. quia non amat. Ama alteram uitam & uidebis quia ista uita tribulatio est. Quacumque prosperitate fulget. quibuslibet diuitiis habundat atque circum floreat. quando nondum est illud gaudium sine ulla temptatione certissimum. quod nobis in fine seruat dñs. sine dubio tribulatio est.

Ergo intellegamus huius tribulationem fratres. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. Non sicut tamquam diceret. Si forte eueniret mihi tribulatio aliqua liberas indeme. Sed quomodo si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. Id est aliter me non uiuificabis. nisi in medio tribulationis uiuificabis me. Uae ridentibus. beati lugentes. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam. & saluum me fecit dextera tua. Sauiant inimici. quid possunt facere. Pecuniam tolle. te. spoliare. proscribere. in exilium mittere. doloribus tormentisque cruciare. Ad extremum si permissi fuerint & occidere. Numquid amplius. Tu autem dñe super inimicorum iram extendisti manum tuam. Super id quod mihi possunt facere inimici. tu extendisti manum tuam. Non enim inimici possunt me separare a te. tu autem amplius uindicas. quia adhuc differes me. Super iram inimicorum extendisti manum tuam. Si uat quantum potest inimicus non sepeccat me adō.

Tu autem dñe adhuc non me respicis. Adhuc
me in peregrinatione coneris. Adhuc gaudi
um dulcedinemq̄ tuam non praebes. Non
dum inebriasti ab ubertate domus tuae & tor
rente uoluptatis tuae. nondum potasti. Apud
te est fontanae & in lumine tuo uidebimus lu
men. Sed ecce deprimisti sp̄s & credidi in
te. & mente seruo legidi. Tamen in nobis m̄ & ip̄s
adhuc ingemescimus adoptionem & expectantes
redemptionem corporis nr̄i. Hanc uitam no
bis peccantibus dedit d̄s. ubi & iam necesse est
ut coneratur adam in sudore & labore uultus
sui. cum terra ei tribulos & spinas parit. Nū
quid aliquid plus potuit procurari. Super iram
inimicorum & tendisti manum tuam. Sed t̄m̄
non addisperationem. sequitur enim & saluum
me fecit dextera tua. Potest & sic intellegi
super iram inimicorum & tendisti manum tuam.
Ira sebat in inimici. uindicasti me de inimicis.
Peccator uidebit & irascetur dentibus suis fremet
& tabescet. Ubi sunt qui dicebant perire nomen
xp̄ianorum de terra. Certe aut moriuntur. aut
conuertuntur. Ergo sciendisti manum tuam
super iram inimicorum. Quamdiu enim diceretur
quod scriptum est. Inimici mei dixerunt mala mihi
quomodo morietur & peribit nomen eius. Quando
delebitur nomen xp̄ianorum de terra. cum ista
partim crediderunt. partim perierunt pauci timi
di remanserunt. Quanta inimicorum ira. Scie
bant quando sanguinem martirum fundebatur.
Quomodo se putabant nomen xp̄ianum delere de ter
ra. Super iram inimicorum & tendisti manum tuam
& saluum me fecit dextera tua. Ecce hi qui mar
tires per sequebantur memoriam martirum inquit
aut ubi adorent. aut ubi se inebrient. quaerunt
tamen. super iram inimicorum & tendisti manū
tuam. & saluum me fecit dextera tua. Secundum
desiderium saluum me fecit dextera tua. Est quae
dam salus in dextera tua. Nam est alia salus in si
nistra. Salus temporalis carnalis in sinistra est.
Salus aeterna cum angelis in dextera. Ideo iam
in ipsa immortalitate positus xp̄s. Dicitur sedere
ad dexteram di. Non enim in se habet d̄s dexteram

& in sinistra. sed dextera di dicitur felicitas illa. quae
qm̄ oculis ostendi non potest. tale nomen accepit.
Hac dextera me saluum fecisti. non secundum salutē
temporalem. nam crispinā occisa est. sed numquid
deseruit illam d̄s. Non illam fecit saluam in si
nistram. sed fecit in dexteram. Machabei quanta
tormenta perpassi sunt. Tres autem pueri in me
dit ignibus deambulando laudauerunt d̄m. Illo
rum salus in dextera. Istorum & iam in sinistra.
Aliquando ergo non saluat in sinistra sc̄os suos.
Sed semper saluat in dexteram. Impios autem plerūq̄
saluat in sinistra. non saluat in dexteram. Nam
illi qui per sequebantur crispinam. sumerant in cor
pore. Illa occisa est. illi uiuunt. Illorum in si
nistra salus. illius in dextera. Et saluum me fecit
dextera tua. Dñe retribues pro me. Ego
non retribuo. retribues pro me. Sequuntur inimi
ci quantumlibet. tu retribues quod ego non possum.
Dñe retribues pro me. in ip̄o nr̄o capite attendit.
Reliquit nobis & exemplum. ut sequamur uestigia
eius. Qui peccatum non fecit. nec inuentus est
dolos in ore eius. Qui cum malediceretur. non re
maledicebat. Dicens. Dñe retribues pro me. Cum
iudicatur. non comminabatur. Commenda
bat se ille. iuste iudicanti. Quid dñe retribues
pro me. Ego inquit non quaero gloriam meam.
est qui quaerat & iudicet. Non uos m̄ & ip̄s ui
dicantes carissimi. Apostolus dicit. sed date lo
cam irae. Scriptum est enim. Mihi uindictam
ego retribuam dicit dñs. Dñe retribues pro
me. Xp̄e. ego enim si reddam rapui. Tu quod
non rapuisti. soluisti. Dñe retribues pro me.
Uide illam retribuentem pro nobis. uenerunt qui
tributum sequebantur. Exigebant tributum
didragmas. id est dragma in mano homine. Uen
tum est ad dñm. ut solueret tributum. Immo
non ad ipsum. sed ad discipulos. & dicitur est illis.
Magister ur̄ non dat tributum. illi reuoluerunt ad eū
& ille. Reges terrae a quibus sequeuntur tributu
a filius tuus. an ab alienis. Responderunt. ab
alienis. Ergo inquit liberi sunt filii. Sed ne
scandalizemus eos. Tamen ait p̄ & ro. Uade
ad mare. & mitte animum. & qui p̄sim uspiras

ascenderit aperit os eius & inuenies ibi staterem
 id est duas didragmas. Statera ponderis genus est
 habens quatuor dragmas. Inuenies ibi. da illis prome & re
 Dne retribuere prome. Merito habemus primum pis
 com amocaptum. amocprehensum. Primum sur
 gentem demari. primogenitum amor-tas. In eius
 ore inuenimus duas didragmas. id est quatuor drag
 mas. In eius ore inuenimus quatuor euangelia. Itis
 quatuor dragmis. ab seactione huius saeculi liberamur
 per quatuor euangelia. debitores non remanebimus
 Ibi enim omnia peccata nra soluntur. Rtribuit
 ergo pro nobis. Gratias misericordiae ipsius nihil
 debet. Pro se non reddidit. sed pro nobis reddidit.
 Ecce inquit uenit princeps mundi huius. & in me nihil
 inuenit. Quid est nihil in me inuenit. nullum peccatu
 in me uenit. Quare me occidit non habet. sed ut sciam
 omnes aut qm uoluntatem patris mei facio. Surgi
 te exi hinc. Quid est surgite exi hinc. Id
 est non necessitate. sed uoluntate patris. Reddens
 quod non debeo. Dne retribuere prome. Dne mi
 sericordiam in aeternum. Quid desiderem diem
 hominum. non laborau sequens te dne. & diem ho
 minum non concupiui. tunc. Ecce sciam maria
 crispina si desiderare diem hominum negare xpm
 Plus hic uiuere. sed in aeternum uiuere. Maluit
 in aeternum uiuere. Quam paulo amplius tempo
 ralter uiuere. Deniq. misericordiam in a
 eternum. qua martires liberaisti sicut de hac uita
 abtulisti. Dne misericordiam in aeternum. Dne
 opera manuum tuarum nespicias. Non dico
 dne nespicias opera manuum mearum. non me
 uaco de operibus meis. Exquisiui quidem dm ma
 nibus meis nocte coram eo & non sum deceptus
 Sed tamen non commendo opera manuum mearum
 Timeo ne cum insperis inuenias plura peccata qua
 merita. hoc solum dico. hoc rogo. hoc impetrare
 desidero. Opera manuum tuarum nespicias.
 Opus tuum in me uide. non meum. meum si uide
 ris damnas. Tuum si uideris coronas. Quia
 & quaecumq. sunt opera bona. opera mea absit
 sunt mihi. & ideo tua magis sunt quam mea.
 Audio quippe ab apostolo tuo. Gratia salui facti estis

per fidem. & hoc non uobis. sed di donum est
 Non & operibus. ne forte quis & tollatur. Ipsi
 enim sumus si gmentum creati in xpo ihu inope
 ribus bonis. Ergo siue in eo quod homines su
 sumus. siue in eo quod & nra impietate muta
 ti. & iustificati sumus. Dne opera manuum
 tuarum nespicias.

EXPLICIT DE PSALMO CXXXVII.

PRINCIP. DE PSAL. CXXXVIII.

Psalmm nobis breuem paruerauimus. quem
 mandaueramus cantari alectore. sed ad horam
 quantum uidetur perturbatus. alterum pro
 altero legit. Maluimus nos in errore lectoris
 sequi uoluntatem di quam nram in nro posito.
 Si ergo uos in eius phytate aliquam diu tenuer
 rimus. nobis non imputetis. sed credant dm nos
 non infructuose laborare uoluisse. Neq. eni
 frustra in primo peccato nro poenam accepimus.
 ut in sudore nri uultus panem manducemus
 & tantum si panis est ad uandite. Panis est autē
 si xps est. Ergo inquit sum panis uiuus quidescen
 di de caelo. Quem manifestatum habemus in e
 uangelio. ipsum quaeramus & in proph. & s.
 Hunc ibi non uident. super quorum cor ad huc
 uelamen positum est. Unde audiuit caritas uia
 hesternodie. Nobis autem quia sacrificium uesp
 ritum crucis dni confidit uelum. ut pateant
 iam templi secreta. Quam diu uobis xpi prae
 dicatur. sicut labore & sudore manducandus ē
 panis. Loquitur autem dn nri in proph. & s.
 Aliquando & per sona capitis nri. qui est ipse sal
 uator sedens ad dexteram patris. quidē iam propter
 nos natus de uirgine. & sub pontio pilato qualu nos
 ut passus est. Fuso innocenti sanguine. quod est
 precium nrm. Redemit nocentes ac ptiuitate
 in qua detinebamur a diabolo. donando nobis delicta.
 & ipso p xio nro sanguine suo delens et rographum
 quo. debitores tenebamur. Ipse est rector & spon
 sus & redemptor ecclesiae caput nostrum. Itaq.
 sic caput est. habet corpus. Corpus autem eius
 scī ecclesiae. quae & iam conuenerit. caudicet

apostolus. Vos autem estis corpus xpi & membra. Totus itaque xps caput & corpus tamquam integer uir. quia & femina & uir facta est. & ad uirum pertinet. Et dictum est de primo coniugio. Erunt duo in carne una. Hoc autem ad misterium interpretatur apostolus. Non frustra esse dictum illis duobus hominibus. nisi quia in eis iam figurabatur xps & ecclesia. Nam hoc sic se ponit apostolus. Erunt inquit duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in xpo & in ecclesia. Dicit & iam ipsum adam formam futuri. Quid est inquit forma futuri? Si ergo ad am formam futuri. Quomodo de latere dormientis eua facta est? Sic & latere dni dormientis. Idest dormientis in passione. & in cruce percusso de lancea manauerunt sacramenta quibus formatur ecclesia. Nam de futura eadem passione sua sic dicit in alio psalmo. Ego dormiui & somnum coepi. & surrexi ^{dn̄s} qm̄ suscipiē me. Ergo dormitio intelligitur passio. Eua de latere dormientis. ecclesia de latere patientis. Loquitur ergo dn̄s nr̄ ih̄s xps in prophēis aliquando se uoce nr̄a quia unum se facit nobiscum. sic dictum est erunt duo in carne una. Unde dicit & ipse dn̄s in euangelio. cum de coniugio loqueretur. Igitur iam non sunt duo sed una caro. Una caro quia de nr̄a mortalitate carnem suscepit. Non autem una diuinitas. quia ille creator. nos creatura. Quicquid dicitur loquitur dn̄s se per sona susceptae carnis. & ad illud caput pertinet quod iam ascendit in caelum. & ad ista membra quae adhuc in terrae peregrinatione laborant. Pro quibus laborantibus membris. cum ea saulus insequeretur clamauit de caelo. saule saule quid me persequeris. Audiamus ergo loquentem dn̄m nr̄m ih̄m xpm̄ in prophēia. Cantati enim sunt isti psalmi longe ante quam dn̄s de maria nasceretur. non antequam dn̄s esset. Semper enim creator omnium. aliquando autem & natus se creatura. Diuinitatem autem illam credamus & quantum possumus intellegamus aequalem patri. Sed illa diuinitas aequalis patri. facta est particeps mortalitatis nr̄ae. Non de suo sed de nr̄o. ut & nos efficieremur participes diuinitatis eius. non de nr̄o sed de ipsius. **D**ñe probasti me & cognouisti me.

Dicat hoc ipse dn̄s ih̄s xps. Dicit & dn̄s patri. Non enim dn̄s eius pater eius. Nisi quia dignatus est nasci secundum carnem. Pater est dn̄s dn̄s hominis. Ut nosse cui pater est. aequali sibi filio. Apostolus dicit. Qui cum in forma di esset. non rapinā arbitratus est esse se aequalem dō. Huic formae pater est dn̄s aequali sibi formae unigenito filio. nato de substantia sua. Propter nos autem ut reficeremur ^{& efficeremur} participes diuinitatis eius. Reparati ad uitā aeternam. Quia ipse ut dixi factus est particeps mortalitatis nr̄ae. Quid de illo ait apostolus ubi dixerat. qui cum in forma di esset. non rapinā arbitratus est esse se aequalem dō. Sed se ^{inquit} & ipsum inaniuit formam serui accipiens. In similitudinem hominum factus. & habitu inuentus ut homo. Erat autem in forma di aequalis patri. & accepit formam serui. quam uior esset pater. Unde utrumque dicit in euangelio. Ego & pater unū sumus. & qm̄ pater maior me est. Ego & pater unum sumus. secundum formam di. pater maior me est. secundum formam serui. Ergo quia & pater & dn̄s est. Pater formae di. dn̄s formae serui. Dicit ergo ipse. nec miremur. nec scandalizemur. quia filius di unicus dicit. Dñe probasti me & cognouisti me. Probasti & cognouisti. Non quia non nouerat. Sed quia notum alius fecerat. Probasti inquit me. & cognouisti me. Tu cognouisti sessionem meam. & resurrectionem meam. Quid hic sessio? Quid resurrectio? Qui sedet & humiliat se. Sedit ergo dn̄s in passione. surrexit in resurrectione. Tu inquit hoc cognouisti. Idest tu uoluisti. Tu ad probasti. Secundum uoluntatem tuam factum est. Si autem uolueris accipere uocem capitis se per sona corporis. Dicamus & nos. Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Sed & enim & homo. quando se humiliat in paenitentia. Surgit autem in remissis peccatis. Quando erigitur in pernitentia ad letitiam. Propter ea & in alio psalmo dicitur. Surge postquam sederis qui manducatis panem doloris. Panem doloris paenitentes manducant. quia cantant in alio psalmo. Factae sunt mihi luctumae.

mare panes die ac nocte. Quid est ergo surge
 te post ea quam sedisti. Nolite saltari nisi
 humiliati fueritis. Multi enim uolunt surge
 re. antequam sederint. Volunt se iustos uideri
 antequam peccatores se esse confessi sint. Ergo
 si persona captus nri accipis. sic intellexisti. Tu cognos
 tiffessionem meam & resurrectionem meam. Si
 persona corporis. Tu cognosisti sessionem meam
 & resurrectionem meam. Coram oculis tuis & pec
 cata confessus sum. & tua gratia iustificatus sum.
 Intellexisti cogitationes meas delonginquo. Longe
 Semitam meam & limitem meum inuestigasti.
 & omnes uias meas praeuidisti. Quid est delon
 ginquo. Cum ad huc in peregrinatione sum. an
 tequam ad illam patriam ueniam. cognouisti
 cogitationem meam. Ad uide illum filium
 minorem quia ipse etiam factus est corpus xpi
 ecclesia de gentibus ueniens. Ierat quippe in lon
 gina filius minor. Duos enim filios habebat qui
 dam pater familias. maior non longe ierat sed in
 agro operabatur. Et significat scos in lege fa
 cienda opera & praecepta legis. Genuit humanu
 quod defluerat in idolorum cultura in longin
 quo fuerat peregrinatum. Quid tam longe ab
 eo qui fecit te. quam figmentum. quod tibi ipse
 fecisti. Profectus est ergo filius minor in regio
 nem longinquam. portans secum substantiam sua.
 Et sicut nouimus in euangelio dissipauit eam uiuens
 prodige cum meretricibus & fame passus applicuit
 se cuidam principi regionis illius. & ille eum porcis
 putandis praeponit. De quorum reliquiis cupie
 bat saturari & non poterat. Post laborem &
 trituram & tribulationem & egestatem. Venit
 pater in mentem. & uoluit redire. & sic ait. Sur
 gam & ibo ad patrem meum. Surgam dicit. sede
 re enim. Hic ergo uocem agnosce dicens. Tu
 cognouisti sessionem meam & resurrectionem mea.
 Sedi in egestate. surrexi in desiderio patris tui.
 Intellexisti cogitationes meas delonginquo. Longe
 enim profectus eram. Sed ubi non est quem dese
 rueram. Intellexisti cogitationes delonginquo
 propter ea sic dicit dñs in euangelio quia occurrit

illi pater ueniens. Vere quia intellexerat cogita
 tiones eius delonginquo. Semitam meam & limitem
 meum inuestigasti. Semitam inquit meam quam
 nisi malam. quam ille ambulauerat ut patrem de
 sereret & quasi occultus esse possit ab oculis iudicantis.
 Aut uero in illa egestate conuersetur aut porcos pas
 cere poneretur. Nisi pater uellet flagellare longin
 quum ut reciperet propinquum. Ergo tanquam
 deprehensus fugitiuus sequente se uindicta legitu
 madi uindictantis in affectiones nras quacumq
 uerimus. & quocumque progressi fuerimus tam
 quam ergo deprehensus fugitiuus loquitur.
 Semitam meam & limitem meum inuestigasti.
 Quid est semitam meam. qua profectus sum. Quid
 est limitem meum. quousq. perueni. Semitam
 meam & limitem meum inuestigasti. Limes meus
 ille longinquus non fuit longe ab oculis tuis.
 Mutam ieram & tu ibieras. Semitam meam
 & limitem meum inuestigasti. Et omnes
 uias meas praeuidisti. Non dixit uidisti sed
 praeuidisti. Antequam eas irem. antequam
 eas ambularem praeuidisti eas. Et permisisti
 me in labore ire uias meas. ut si nollem laborare
 redirem in uias tuas. Qm non est dolus in lingua
 mea. Quare hoc dixit. quia ecce fateor tibi
 ambulauit semitam meam factus sum longin
 quis. ut discessit. cum quo mihi bene erat.
 & bono meo male mihi fuit sine te. Nam si mihi
 bene esset sine te. nollem forsitan redire ad te.
 Ergo iste confitens & peccata sua dicens corpus
 xpi iustificatum. Non in se sed in illius gratia
 dixit. non est dolus in lingua mea. Ecce
 dne tu cognouisti omnia nouissima & antiqua.
 Cognouisti nouissima mea. quando porcos pau
 Cognouisti antiqua mea. quando a te partem sub
 stantiae meae petiui. Antiqua mihi fuerunt
 scordia nouissimorum malorum. Antiquum
 peccatum. quando lapsus sum. nouissima poena
 quando in istam mortalitatem laboriosam pe
 riculosamq. peruenimus. atq. uitam ista sit
 nouissima. Irit ista nouissima si iam redire uo
 luerimus. Est enim alia quibusdam impus

nouissima quibus dicitur. Itē in aeternum ignē.
qui praeparatus diabolo & angelis eius. Nos
autem sicut huc usque deseruimus dñm usque ad huius
uitae mortalitatem. Sufficiat labor noster.
Recordemur panem patris nri. recolamus beati
tudinem domus patris nri. Non nos delectent
reliquiae porcorum doctrinae demoniorum. Ec
cetudine cognouisti omnia nouissima & antiqua.
Tu finxisti me & posuisti super me manum tuam.
Finxisti me ubi. In ista mortalitate iam ad labo
res ad quos omnes nati sumus. Non enim quisquam
nascitur nisi quem dñs finxerit in utero matris suae.
Aut ulla creatura est cuius non est ille plasmat.
Sed finxisti me in isto labore & posuisti super me
manum tuam. Vindicem manum grauantem
superbum. Ita enim salubriter deicit elatum
ut erigat humilem. Tu finxisti me & posuisti
super me manum tuam. Mirificata est sci
entia tua & me. Inualui non potero ad illam.
Aliquid quod obscurum quidem est sed cum non
parua dulcedine intellegitur aduertentes
audite. Moyses scilicet famulus cum quo loque
batur dñs per nubem quia temporaliter loquens.
Utiq; per adsumptam creaturam loquebatur
seruo suo. Id est non per substantiam
suam sed per adsumptam aliquam corporalem
creaturam. Per quam uoces illa effigerent
& humanis atq; mortalibus auribus personarent.
Sic enim loquebatur tunc dñs non quomodo lo
quitur in substantia sua. Quomodo enim loqui
tur in substantia sua. Loquutio dñi uerbum dñi
est. Uerbum dñi xpi est. Uerbum illud
non sonat & transit sed semper incommu
tabiliter manet uerbum per quod omnia fac
ta sunt. Cui uerbo dicitur. Ipsa est sapientia
dñi. Mutabiscia & mutabuntur. Tu autem
idem ipse es. Et alio loco de sapientia cum
scriptura diceret. In se ipsa manens atq;
In nouit omnia. Illa ergo sapientia stans
sidi debet uel stans. Dicitur autem ppter
incommutabilitatem non propter immo
bilitatem. Et eodem modo se semper habent.

Nulla loco nullo tempore uariata nusquam
aliter quam hic aut ibi. Numquam aliter
quam hunc aut uita? ipsi locumodi. Locu
tio uero illa quae fiebat ad moysen ad homi
nem fiebat per syllabas per transeuntes sonos.
Non autem fierent ista nisi dñs adsumeret
talem creaturam per quam huiusmodi ser
monem & uoces emitteret. Moyses scilicet noue
rat istam locutionem dñi adsumptis quibusdam
corporeis creaturis fieri & desiderauit & con
cupiuit uidere ipsam speciem dñi. Et loquen
ti secum dñs dixit. Si ueni gratiam amittes
ostende mihi te & ipsum. Cum hoc uehe
menter concupisceret. & hoc quadam si
dicendum est amica familiaritate quae ipse
dignatus est. Ex torquere uelle dñm ut
uideret eius maiestatem & faciem quomodo
dici potest facies dñi aut illi. Non potes uide
re faciem meam. Nemo enim uidit faciem
meam & uixit. Sed ponam te in specula pe
tre & transibo & ponam super te manum
meam. Cum autem transiero posteriora mea
uidebis. Et & his uerbis natum est alteru
enigma. Id est obscura quaedam figurarum.
Cum transiero posteriora mea uide
bis dicit dicit dñs. Quasi & alia parte habeat
faciem & alia dorsum. Absit a nobis
tale aliquid de illa maiestate sentire.
Nam qui hoc sentit de dño quid ei prodest
quia templa cluisa sunt idolum in corde
suo fabricat. Sunt ergo in illis uerbis
magna mysteria. Loquebatur dñs ut dicitur
per creaturam quomodo uelle & famulosuo.
Intellecta est illic persona ipsius dñi & salua
toris nri ihu xpi qui quidem secundum
formam dñi quae aequalis patri. Similiter
oculis humanis inuisibilis est sicut & pater.
Si enim sapientia humana uideri oculis non
potest uirtus & sapientia dñi uideri carnis
oculis potest. Sed quia erat dñs oportuit
tempore carnem suscipitur ut oculis
carnis propter salubritatem curandae

intus mentis appareret. Quando ita appa-
 rere opus esset hoc praedicentis morisi figura
 te ait. Faciem meam uidere non poteris. poste-
 riora mea uidebis sed cum transiero. Ut
 autem non uideas faciem meam manus mea
 erit super te. Transire quid fuit dno. nisi
 quod dicit euangelista. Cum autem ue-
 nisset hora ut transiret ibi de hoc mundo ad
 patrem. Nam ipsum transitum significat
 pascha. Quod enim hebraico uerbo dicitur
 pascha. Latine transitus interpretatur. -
 Quid est faciem meam non uidebis. postero-
 ra mea uidebis. cuius personam gerebat
 ille moyses quando ei dictum est faciem mea
 non uidebis sed posteriora mea uidebis & hoc
 cum transiero. Ut autem non uideas faciem
 meam ponam super te manum meam. Fa-
 ciem suam dixit prima sua & quodammodo
 posteriora sua. transitum passionis suae de
 hoc mundo. Apparuit iudaeis. non eum cog-
 nouerunt. Eorum personam gerebat moyses
 quando ei dicebatur. faciem meam non poteris
 uidere. Unde autem non uiderunt dnm in
 carne positum. quia grauata erat super eos
 manus dni. De illis enim dixerat esaias. In
 crassa cor populi huius & oculos eorum grauata.
 Et eorum uox est in alio psalmo. Qm grauata
 est super me manus tua. Ut ergo non cognos-
 cerent tunc diuinitatem xpi. Si enim cogno-
 uissent numquam dnm gloriae crucifixi sent-
 Non crucifixo autem dno. sanguis illius non re-
 dimeret orbem terrarum. Quid ergo dicit nisi
 quod dicit apostolus. Altitudinem diuitiaru
 sapientiae & scientiae di. Ubi & clamat. O alti-
 tudo diuitiarum sapientiae & scientiae di.
 quam inconprehensibilia sunt iudicia eius.
 & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cogno-
 uit sensum dni. Aut quis consiliarius eius fuit.
 Aut quis prior dedit illi. & retribuatur ei. Qm
 & ipso & p ipsum & in ipso sunt omnia ipsi glo-
 ria in saecula saeculorum. Apostolus hoc
 dicit. quia superius dixerat. Caecitas & parte

ista facta est ut plenitudo gentium intra-
 re & sic omnis ista saluus fieret. In caeca
 t sunt ergo & parte iudaei merito superbiae
 suae. quia seruatos dicebant. Et caecati
 crucifixerunt dnm. Posuit super eos manu
 suam ne uiderent eum donec transiret. scilicet
 de hoc mundo ad patrem. Videamus si postea
 quam transiret uiderunt posteriora eius. Re-
 surrexit dnm apparuit discipulis suis & om-
 nibus qui in eum iam crediderant. non eis
 a quibus crucifixus erat quia super illos ma-
 num posuerat donec transiret. Ascendit
 autem in caelum quadraginta diebus factis
 cum discipulis suis. Impleto die pentecostes.
 misit eis spm scm. Repleti sco spm coeperunt
 linguis omnium loqui. qui in una nati erant
 & unam solam didicerunt. Expauerunt
 & horruerunt tantum miraculum. mira-
 eorum qui crucifixerant dnm. Conpuncti
 corde & tanto miraculo. quaesierunt consiliu
 ab apostolis quid facerent. Postea quam eis
 praedicatus est xps. Mirantibus unde
 idiotae homines linguis omnibus loquerentur.
 Per petrum igitur apostolum adnuntiato eis
 xpo quem in cruce contempserant quem
 tanquam hominem mortalem intulerant.
 Cui propter ea insultabant. quia de cruce non
 descendebat. Cum utiq. multo magis fuerit
 quod fecit de sepulchro surgere. quam de cruce
 descendere. Adnuntiato ergo sibi xpo dixer-
 quid faciemus. Illi qui saeuierunt in dnm
 quem uidebant. iam consilium p & unt salutis.
 Et dictum est eis. Agite paenitentiam & bap-
 tizentur unusquisq. urm in nomine dni
 nri ihu xpi. & dimittuntur uobis peccata
 ura. Ecce uiderunt posteriora eius cuius
 faciem uidere non potuerunt. Manus eni
 eius erat super oculos eorum. non semper.
 sed donec transiret. Postea quam transiit.
 abstulit manum ab oculis eorum. Ablata
 manu ab oculis suis dicunt discipulis. quid
 faciemus. Primo saeu. Post ea pn. Primo

irati. Post ea timidi. Primo duri. Post ea
flexi. Primo caeci. post ea inluminati.
Puto quod agnoscamur. & in hoc psalmo uoces
huiusmodi. & iam gentium recordantium in
fidelitatem suam. Concluserunt enim dñi omnes
in infidelitate. ut omnium misereatur. Tu
fixisti me & posuisti super me manum tuam.
Mirificata est scientia tua & me. Inualuit non
potero ad illam. Ueluti posuisti super me
manum tuam. mirus mihi factus es. non te con
praehendo. cum quo eram. Quam facilis mihi
erat uultus patris quando dixi. Da mihi substan
tiam meam quae me contingit. Ecce profecto
in regione longinqua & fame contrito. multum
mihi est & labor est ante me. non possum percipe
re quod dimisi. Mirificata est enim inquit sci
entia tua & me. Ex peccato meo factum est ut
mirificata mihi esset. & inconpraehensibilis
mihi & istis. Nam erat mihi facilitas conte
plandite. quando non superbia reliqueram te.
Mirificata est scientia tua & me. inualuit non
potero ad illam subaudis & me. Non potero
ad illam & me. Cum potero. nisi & tenon potero.
Ecce inuenies in longinquo futiuum. non latero
oculis eius a quo fugit. Et quo turus est iam
cuius limes inuestigatus est. Uidete quid dicit.
Quo ibo a spu tuo. Sp̄ enim dñi repleuit orbem
terrarum. Quis potest fugere in mundo ab
illo sp̄u quo plenus est mundus. quo ab ibo a spu
tuo & quo a facie tua fugiam. Locum quere
quo fugiat a bitadi. quis est locus recepturus
fugiuum dñi. Homines qui suscipiunt fugiuos
quaerunt ab eis a quo fugerint. Et quem serui
inuenierint alicuius domini minus potentis. Ta
quam sine ullo timore suscipiunt dicentes in cor
de suo. Non habet iste talem dominum
a quo possit inuestigari. Cum autem audierint
dominum potentem. Aut non suscipiunt. Aut
cum magno timore suscipiunt. Sed homo
potens falli potest. Ubi non est dñs. Quis
fallit dñm. Quem uidet dñs. A quo fugiuum
suum non rep̄at dñs. Quo ergo ibit fugiuus

iste a facie dñi. Uertit hac atq. illac quasi
quaerens locum fugae suae. Si ascende
ro inquit in caelum. tibi est. si descendero
in infernum a des. Tandem cognouisti male
fugiuum. nullo pacto te posse longe fieri ab
eo a quo longinqua reuoluisti. Ecce ille ubiq.
est. tu quo turus es. Inuenit consilium &
hoc ab illo qui eum iam reuocare dignatur in
sp̄u tuo. Si ascendero in caelum. tibi est.
si in infernum descendero a des. Si me & tol
lero te inuenio repressoem. Si me absconde
ro. te inuenio inquisitorem. It non inqui
sitorem tantum. sed & inuestigatorem. Si
enim in superbia ierod. e iustitia mea. tibi
es cuius est uere iustitia. Si peccando ue
nero in profundum malorum. & confiteri
contempsero dicens quis me uidet. In in
fernum enim quis confitebitur. & iam illic
ades ut iudices. Quo ergo turus sum.
ut a facie tua fugiam. Id est ut iratum
te consentiam. Hoc consilium inuenit. sic
fugiam inquit a facie tua. fugiam a spu tuo.
Ab ultore sp̄u. a iudice facie. sic fugiam. Quo
modo. Si recipiam pennas meas indirectum.
& habitabo in extrema maris. Sic possum
fugere a facie tua. Si in extrema maris uult
fugere a facie dñi. ibi non erit ille a quo fugit.
De quo dicit. Si descendero in infernum a des.
Mirum si in extremis maris non est. qui nec apud
inferos deest. Sed noui inquit quomodo fu
giam a bita tua. Recipiende sunt pennae meae.
non in prauum sed in directum. ut nec in super
biam erigat praesumptione. nec in perditam
mezar desperationem. Quas pennas uult
adsumere. nisi duas alas. duo praecepta cari
tatis. In quibus duobus praeceptis. tota
lex pendet & prophetae. Has inquit alas.
has pennas si recipiam sic. & habitabo in
extrema maris. Possum fugere a facie
tua ad faciem tuam. A facie irati ad fa
ciem placati. Quid enim est extremum
maris. nisi finis saeculi. Illuc iam uolent

spe & desiderio . habentes alas gemi-
nae caritatis . Non sit nobis requies .
nisi in extremo maris . Nam si alibi
requiem uouerimus . in mare praeci-
pabimur . Uolemus usque quofinia-
tur mare . Suspendamus nos pennas gemi-
nae dilectionis . Ad deum interim spe^{temptationum}
uolemus . & illum finem maris spe fideli
praemeditemur . Quis autem nos perducit
ad eum . Ille ipse cuius faciem irati uolu-
mus fugere . quidem sequitur . Sidescen-
dero in infernum ades . Si recipiam pen-
nas meas in directum . Recipiam inquit .
Ergo amiserat . Si recipiam pennas in directum .
& habitabo in nouissima maris . Etenim
illuc manus tua deducet me & tenebit me dex-
tera tua . Hoc meditemur fratres carissimi .
haec sit spes nostra haec sit consolatio nostra .
Recipiamus pennas per caritatem . quas amise-
rimus per cupiditatem . Cupiditas enim uis
cum facta est pennarum nostrarum . Hinc nos
delibetate aeris nostri . Id est aurarum illarum
liberarum spiritus dei . Inde elisi perdidimus pen-
nas . & fuimus quodammodo captiuati in au-
cupis potestate . Inde nos sanguine suo re-
demit quem fugimus ut caperemur . Nu-
trit pennas nobis de praeceptis suis . erigimus
eas iam sine uisco . Non amemus mare sed
uolemus in extrema maris . Nemo trepidet
sed nemo de peccatis suis praesumat . Qui &
pennatos nisi ipse deducat . praecipitabimur
in profundo maris lassati & fatigati quasi
praesumentes de uiribus nostris . Opus est ergo
ut habeamus pennas . & opus est ut ipse dedu-
cat . Ad iutor enim noster est . habemus libe-
rum arbitrium . sed ipso illo arbitrio quantum
possumus nisi nos adiuuet ille qui iubet .
Etenim illuc manus tua deducet me . & adducet
me dextera tua . Et considerans longinqui-
tatem uiae . quid sibi dixit . Et dixit fortas-
se tenebrae conculcabunt me . Ecce enim iam
credidi in christum . iam erigor duabus alis geminae

caritatis . & habundat iniquitas huius saeculi .
& quoniam habundauit iniquitas refrigescit caritas
multorum . Sic dixit dominus quoniam habundauit
iniquitas . refrigescit caritas multorum .
Instantia . inter tanta scandala . Inter tam
multa peccata . inter tantas turbas cotidiana-
rum^{rum} . & cotidianarum suggestionum malarum .
quid facio inquit . quomodo perueniam ad
extrema maris . Audio terribiliter ad nos
quoniam abundauit iniquitas refrigescit caritas
multorum . Deinde subiicit . qui perseveraue-
rit usque in finem hic saluus erit . Ad tendens
longitudinem uiae dixi mihi . Fortasse tene-
brae conculcabunt me . & nox in illuminatione
deditus meis . Facta est^{noctis} nox in illuminatione . quia
innocentiae me desperaueram posse transire tan-
tum mare & tantam uiam superare & ueni-
re ad extremam perseverando usque in finem .
Gratias illi qui me quaesivit fugitiuum . Qui
tergema flagelli plaga percussit . qui me uoca-
do ab interitu reuocauit . Fecit mihi in lumina-
tam noctem . Nox enim est quamdiu ista
uita agit . Quomodo est nox in illuminatione
quia christus descendit in noctem . Accepit carnem
christus de isto saeculo & inluminauit nobis noctem .
Perdiderat enim dragmam mulier illa . accen-
dit lucernam . Sapientia dei perdiderat dragmam .
Quid est dragma . nummus . In quo nummo
imago erat ipsius imperatoris nostri . Factus est
enim homo ad imaginem dei & perierat . Et
quid fecit mulier sapientis . accendit lucernam
Lucerna deluto est . sed habet lucem quam ueni-
atur dragma . Lucerna ergo sapientiae .
caro christi . Deluto facta est . sed uerbo suo lucet .
Inuenit perditos & nox in illuminatione in dilectis .
Dilectiae nostrae christi . Videte quem ammodum
de illo modo gaudemus . clamores istius gaudi-
a ista uia unde sunt nisi de dilectis . Unde
autem iste dilectiae . nisi quia^{noctis} inluminata est .
nisi quia nobis christus dominus predicatur . Qui quaesi-
uit uos ut quaereret & inuenit uos . ut in-
ueniret uos . & nox in illuminatione in dilectis meis .

Qm̄ tenebrae non tenebrabuntur ate. Tu ergo
noli tenebrare tenebras tuas. Dñs illas non
tenebrat sed magis inluminat. Quia illud
tum est ipsi cantato in alio psalmo. Tu inlu
minabis tenebras meas dñe dñs meus. inlumi
nabis tenebras meas. Qui autem tenebrat
tenebras suas quas dñs non tenebrat. Homi
nes mali. homines peruersi. Cum peccant.
utiq; tenebrae sunt. Dum non confitentur
peccata quae fecerunt. sed insuper defendunt
tenebrant tenebras. Ergo iam si peccasti.
intenebris es. Sed confitendo tenebras tuas
mereberis inluminari tenebris tuis. Defen
dendo autem tenebras tuas. teneberis tene
bris tuis. & quando euades ad duplicibus tene
bris. qui in simplicibus laboras. Unde dñs
non tenebrat tenebras nr̄as. quia non nos sunt
inpunita habere peccata. Flagellat nos in
istis laboribus & erudit nos tota ista miseria
generis humani in qua gemit mundus. No
ueritis fr̄s quia dolor medicinalis est non
sententia poenalis. Uide & quia dolor ubiq;
ubiq; metus. ubiq; necessitas. ubiq; labores.
crescit auaritia sed in malis. Si ad hoc dñs his
talibus flagellis erudit nos. ut non tenebrent
tenebrae nr̄ae. Agnoscamus nos sub poena
flagelli esse. & benedicamus dñm misericordie
amaritudines dulcedine uitae temporali. ne
temporalium deliciarum delectatione cecati.
Non desideremus delicias ad aeternas. nec uelimus
finire mare & habitare in nouissima maris.
Seuiant ergo fluctus maris. quantum plus
saeuunt fluctus maris. tanto se illa cum pen
nis columba suspendit. Non ergo tenebrat
dñs tenebras nr̄as. quia miserae flagella peccatis
nr̄is. & amaritudines prauis dulcedinibus nr̄is.
Non nos tenebremus tenebras nr̄as. defenden
do peccata nr̄a. & nox inluminatio in iudicis
nr̄is. Qm̄ tenebrae non tenebrabuntur
ate. & nox tanquam dies inluminabitur.
Nox tanquam dies. Dies prosperitas nobis sc̄ti.
Nox nobis aduersitas seculi. Sed sic cognosca

mus merito peccatorum nr̄orum nos aduer
sitates pati. & dulcia sint nobis flagella
patris. ne sit amara sententia iudicis. Sic
habebimus tenebras noctis huius. quomo
do lumen noctis huius. Si nox est. quomo
do ibi lux est. Nox est. quia erratur hic
a genere humano. Nox est. quia non dñs
uenimus ad illum diem quem ^{non} coartat hester
nus & crastinus. sed est dies per se & uis.
Sine ortu. quia sine occasu. Nox est ergo
hic. sed quandam lucem suam nox ista
habet & tenebras suas. quare sit genera
liter nox diximus. Quae lux noctis
huius. prosperitas & felicitas seculi huius.
Gaudium temporale. honor temporalis.
quasi lux est noctis huius. Aduersitas
autem & amaritudo tribulationum uel
ignobilitas. tanquam tenebrae sunt noctis
huius. In hac nocte. In hac mortalitate uitae
humanae. habent homines lucem. habent
tenebras. Lucem prosperitatem. tenebras
aduersitatem. Sed ubi uenerit xps dñs.
& habitauerit animam per fidem. & pro
miserit aliam lucem. & inspirauerit & do
nauerit patientiam & moderit hominem
non delectari prosperis. ne frangatur aduer
sis. Incipit homo fidelis indifferenter
uti mundo isto. nec & tolli quando res pro
spere accedunt. nec frangi quando res ad
uersae sunt. sed ubiq; dñm benedicere.
Non solum quando habundat. sed & iam quan
do amittit. Non solum quando sanus est
sed & iam quando egrotat. ut sit in illo uera
illa cantatio. Benedicam dñm in omni tem
pore. semper laus eius in ore meo. Si ergo
semper & quando lux & nox ista. & quando
obscura est nox ista. Quando ad id & pro
spertitas. quando tristis est aduersitas. semp
sit laus eius in ore tuo. Et sic tibi quomodo
dictum est. Sicut tenebrae eius. ita & lumen
eius. Non me colant tenebrae eius. quia
non me & tollit lumen eius. Ecce habet

lumen eius in iob. habundabat omnibus rebus. Lux noctis in illius diuitiis prima describitur. Quantis rebus & quanta copia reclinabat. lux erat noctis eius. Putauit inimicus propter ea illum talem aurum colere dñm quia illa omnia dona uerax ei & p̄c̄uit ut aufererentur ab eo. factae sunt tenebrae noctis illius quae primo habebat lucem. Nouerat tamen ille siue lux ibi esset siue tenebrae illum nocte esse in qua peregrinaretur ad d̄o suo. Et habebat interiorem lucem ipsum dñm suum. Perquam lucem interiorem indifferenter habere siue tenebras noctis illius siue lucem. Propterea quia in luce noctis. id est in rerum habundantia colebat dñm. ablati sunt illi omnibus rebus. Postea quam factae sunt illius. Quid dixit ille. Dñs dedit dñs abstulit sicut dño placuit ita factum est sit nomen dñi benedictum. In nocte sum quodam uitae huius. dñs m̄s inquit habitat cor meum. Inluminauit mihi solatus quibusdam noctem istam. quando dedit copias rerum temporalium. Subtraxit ipsam lucem temporalem & quasi tenebras noctis. sed quia tenebrae eius ita & lumen eius. Dñs dedit & dñs abstulit sicut dño placuit ita factum est sit nomen dñi benedictum. Non sum tristis in nocte hac. quia sic tenebrae eius sic & lumen eius. Utrumque transit. Et qui gaudent tamquam non gaudentes sint. & qui flent tamquam non flentes. Qm̄ sicut tenebrae eius sic & lumen eius. Qm̄ tu possedisti renes meos dñe. Non sine causa sic tenebrae eius sic & lumen eius. Intus est possessor. non solum cor tenet. sed & iam renes. Non solum cogitationes. sed & iam delectationes. Ipse ergo possidet unde me delectat & aliquid lucis in nocte. Ipse tenet renes meos. Non noui delectari nisi de luce interiore sapientiae ipsius. Quid

ergo non delectaris de prosperitate rerum. de felicitate temporum. de honoribus de diuitiis de familia. Non delector inquit. Quare. Quia sicut tenebrae eius sic & lumen eius. Unde tibi ista in differentia ut sicut tenebrae eius sic sit tibi & lumen eius. Unde. Qm̄ tu possedisti renes meos dñe. Suscepisti me & utero matris meae. Dum essem in utero matris meae non indifferenter habebam tenebras noctis illius & lucem illius noctis. Et enim uterus matris meae consuetudo ciuitatis meae fuit. Quae est illa ciuitas quae nos genuit in captiuitate. Nouimus babiloniam illam de qua hesternodie locuti sumus. Unde proficiscuntur omnes qui credunt & suspirant illi luciferi salem caelesti. Ego ergo dixi & utero matris meae susceptus sum ad dñm. Inde mihi tenebrae huius noctis & lux huius noctis indifferenter factae sunt. Qui autem in utero matris illius babiloniae gaudet & prosperis seculi frangitur aduersitatibus saeculi. non nouit gaudere nisi aliquid prosperum eueniat secundum tempus. nec nouit contristari nisi aliquid aduersum eueniat secundum tempus. Iam & in deuterio babiloniae. Incipe cantare innum dño. Egredere & nascere suscipit te dñs & utero matris tuae. Quis dñs. Dñs ille apostoli pauli qui dixit. Cum autem placuit dō. qui me segregauit de utero matris meae praedicare filium suum in me. Quae enim uenerat mater eius. Sinagoga. Et ibi quid didicerat nisi quod habebant ipsi iudaei & ipse populus nomen. In illis remanserat laus dñi. facta autem non in eis inueniebantur. Erant in eis uerba dñi. quasi folia in arbore. & fructus non uenit. Talem arborem fici sicut nostis cum dñs inuenisset. maledictio are fecit. Inuenit enim in ea folia. & fructum non uenit. Quaedam nobis arborem figurabat. Nam fructuum illorum tempus non dum erat. Quod homines omnes nouerant. Artifex caeli & terrae non

nouerat. Ergo ille qui paulum segregauit
ab utero matris suae ipse & nos segregauit ab utero
matris nostrae. Cuius matris nostrae. illius ba
biloniae. Suscepti ergo & utero illo. iam in
cipiamus habere aliam spem. Profiti fratres qua
re gaudetis. Fructus facite positi in alia spe.
Iam non nouimus malum. nisi offendere deum.
& non per duci ad illa quae promisit. Nec
nouimus bonum. nisi promereri deum. & per
duci ad illa quae promisit. Quid illa bona
mundi huius. & mala mundi huius. In dif
ferenter habeamus. quia iam suscepti ab utero
illius matris nostrae. Indifferenter ea
habentes dicimus. Sicut tenebrae eius. sic
& lumen eius. Nec felicitas huius saeculi
nos facit beatos. nec aduersitas miseros. Opus
est uti uiam tenere. fidem diligere. sperare in deo
diligere deum. diligere proximum. Post istos
labores habebimus indefessam lucem. habebi
mus diem sine occasu. Transit quicquid est
in ista nocte lucidum & tenebrosum. Quoniam tu
possedisti renes meos domine. suscepisti me & utero
matris meae. Confitebor tibi domine quo
terribiliter magnificatus es. Terribiliter
mirificatus es eo ipso quod te miramur. Terribi
lites. Cum tremore gaudemus. Timemus enim
ne donis tuis nos & tollentes. superbiam mereamur
amittere quod humilitate percepimus. Con
fitebor tibi domine quoniam terribiliter mirificatus es.
Mira operata dei & anima mea cognoscit ualde
Iam cognoscit anima mea ualde quoniam suscepisti
me & utero matris meae. Antea uero miri
ficata est scientia tua & me. in ualuerat nec
poteram ad illam. Ergo & me in ualuerat
nec poteram ad illam. Unde modo anima mea
cognoscit ualde. nisi quia nox in luminatio in
delicis meis est. Nisi quia uenit mihi gratia
tua. & in luminauit tenebras meas. Nisi
quia tu possedisti renes meos. nisi quia tu me
suscepisti & utero matris meae. Non est
absconditum os meum quod fecisti in abscondito.
Ossum dicit quod uulgo dicunt ossum latine os

dicitur. Hoc in greco inuenitur. Nam
possemus hic putare os esse ab eo quod sunt
ora. Non os correpte ab eo quod sunt ossa.
Non ergo absconditum inquit os meum atque
quod fecisti in abscondito. Habeo in abscon
dito quoddam ossum. Sic enim potius loqua
mur. Melius est re praehendare nos
grammatici. quam non intellegant po
puli. Ergo est inquit quoddam ossum
meum intus in abscondito. In fecisti
intus ossum mihi in abscondito. & non est
absconditum atque. In abscondito enim fe
cisti sed numquid & tibi hoc abscondidisti.
Hoc ossum meum factum atque in abscondito
homines non uident. homines non nouerunt.
Tu autem nosti quid fecisti. Quod ergo
os dicit fratres quaeramus illud in abscon
dito est. Sed quia christiani in nomine domini
christiani loquimur. Modo inuenimus
quod sit ossum huiusmodi. firmitas quae
dam interior est quia in ossibus firmitas &
fortitudo intellegitur. Est ergo anima
quaedam interior firmitas. ubi non frangi
tur quae libet tormenta quae libet tribu
lationes quae libet huius saeculi aduersita
tes undique saeuant. illud quod dicit in ab
scondito fecit firmum in nobis. frangi
potest non cedit. Ad domino enim factae
quaedam firmitas patientiae nostrae.
De qua dicitur in alio psalmo. Uerum tam
de subicietur anima mea. quoniam ab ipso est
patientia mea. Ead tunde apostolum
paulum habentem intus hoc genus fir
mitatis. Quasi tristes inquit. semper autem
gaudentes. Unde quasi tristes. contu
melus obprobrius. persecutionibus. flagel
lis plagis. lapidationibus. carceribus. cate
nis. Quis non eos tunc miseros aestimaret.
Nec illi ipsi persecutores saeuirent in eos.
nisi putarent eos miseros fieri. persecutionibus
suis. Illi enim eos & sua in firmitate conici
ebant. qui non habebant ossum absconditum

interius. Illi uero qui habebant. hominibus
 foris tristes uidebantur. Intus autem gau
 debant dō cui non erat absconditum os ipso
 rum quod fecerat in abscondito. Apertit
 autem hoc os in abscondito factum ad nō
 idem apostolus paulus his uerbis. Non so
 lum autem inquit sed & iam gloriamur in
 tribulationibus. Parum est quia non es
 tristis & gloriaris. Sufficiat tibi tristem
 non esse. Parum est inquit xp̄ianus tale
 os fecit mihi in abscondito. ut parum
 sit non frangi. nisi & iam gloriar. Unde
 gloriaris. In tribulationibus scientes quia
 tribulatio patientiam operatur. Vide
 quomodo formata sit illa firmitas intus
 in corde. Scientes qm̄ tribulatio patientia
 operatur. Patientia probationem. Pro
 batio spem. Spes autem non confundit.
 Qm̄ caritas dī diffusa est in cordibus nr̄is p̄
 sp̄m sc̄m qui datus est nobis. Sic formatū
 atq; firmatum est os illud absconditū.
 ut faciat nos & iam gloriari in tribulationi
 bus. Sed uidemur hominibus miseri
 quia absconditum est eis quod habemus in
 trinsecus. Non est absconditum os meum
 atq; quod fecisti in abscondito. & substantia
 mea in inferioribus terrae est substantia
 mea. Et habeo tamen os in trinse
 cus quod formasti. quod faciat me non cede
 re omnibus persecutionibus inferioris
 huius regionis. ubi est adhuc substantia mea.
 Quidem magnum est si fortis est angelus.
 magnum est si fortis caro. It unde fortis
 caro. Unde forte uas fictile. Nisi quia
 factum est os in abscondito. & substan
 tia mea in inferioribus terrae. Quid de
 illis qui minus firmi sunt. Loquitur enī
 ut iam comendat uis xp̄i. Sed multa dic
 ta sunt & persona corporis. Audi & per
 sona capitis. & non quasi distinguit ut indu
 cat ipsas personas. modo caput modo corpus.
 Si enim distinguit ut inducat ipsas personas.
 Ecce in carne est substantia mea. In inferioribus terrae.

modo caput modo corpus. Si enim distinguit
 quasi diuidit. non erunt duo in carne una. Si
 enim duo sunt in carne una. noli mirari si duo
 sunt in uoce una. Quando dñs nr̄ ih̄s xp̄s
 passus est. discipuli nondum habebant illud
 os in abscondito. Nondum illis erat firma
 tum robur patientiae. & latebant se nesciebant
 uires suas. Et ausus est p̄crus promitte
 re societatem mortis cum dñi passione. & non
 se nouerat egrotus. medicus autem nouerat
 egrotum. Quid autem factum est. Mecum
 inquit usq; ad mortem. Amen dico tibi
 priusquam gallus cantet ter me negabis. Re
 sponso medicatiōis uerior inuenta est
 quam egroti praesumptio. De his ergo dicit
 non est absconditum os meum atq; quod fecisti
 in abscondito. In quibus est ipsum os fir
 matum in trinsecus. & maxime robdr passio
 nis ipso dño dō nostro & saluatore ih̄u xp̄o.
 Qui cum uoluit sedit. cum uoluit surrexit
 cum uoluit dormiuit. cum uoluit euilauit.
 Quia potestatem inquit habeo ponendi anima
 meam. & potestatem habeo iterum sumendi
 eam. Quid de illis in quibus non erat fortitu
 do illa formata atq; firmata. Quid de illis.
 Vide quid dicat patr̄ dō. In perfectum meum
 uiderunt oculi tui. In perfectum meum.
 p̄crum meum. Pollicentem & negantem.
 praesumentem & deficientem. Uiderunt
 tamen eum oculi tui. Nam quod eum & ipse dñs
 respexit. sicut scriptum est in euangelio.
 Iam post tertiam negationem commotus quid
 ei praedixerit dñs. Sicut foras & fleuit amare.
 Fletus ille de respectione dī fuit. Quia in perfectū
 meum. inquit uiderunt oculi tui. Nam ille
 imperfectus titubans in dñi passione. procul du
 bio periret. sed uiderunt eum oculi tui. Non
 solum ipsum. sed & omnes qui imperfecti fuerunt.
 donec xp̄i resurrectione firmarentur. Ap
 paruit enim oculis eorum non perisse in dño
 quod mortuum erat. & factum est os illud in ab
 scondito eorum. ut nec ipsam timerent mori.

In perfectum meum uiderunt oculi tui. & in li-
bro tuo omnes scribentur. Non soli perfecti
sed & iam imperfecti. Non timeant imperfecti
tantum proficiant. Nec quia dixi non timeant
ament imperfectionem & ibi remaneant ubi in-
uenti sunt. Tantum proficiant quantum in
ipsis est. Cotidie addant. cotidie accedant.
Iamen a corpore dñi non recedant. Ut in uno corpo-
re & in his membris conpaginati possint mereri
de se dictam esse istam uocem. In perfectum
meum uiderunt oculi tui. & in libro tuo omnes
scribentur. Per diem errabunt & nemo in eis.
Dies hic erat dñs n̄r ih̄s xp̄s. unde dicebat. Am-
bulate dum diem habetis. Sed per diem errabunt
imperfecti ipsius. Putauerunt & ipsi dñm n̄m
ih̄m xp̄m tantum modo hominem esse. non habe-
re in se occultam diuinitatem. non esse occulte dñm.
Sed hoc solum esse quod uidebatur. hoc & ipsi putau-
erunt. Nam & ipse p̄trus. de illo enim potissi-
mum loquimur. In quo & iam nobis non despera-
te firmitatis & exemplum propositum est. Dixe-
rat dño idem p̄trus. cum interrogasset quid illi
dicerent homines. Tu es xp̄s filius diuini. Dixe-
rat ei dñs. Beatus es simon bariona. quia non tibi
reuelauit caro & sanguis. sed pater meus qui in cae-
lis est. Quare. quia dixerat illum filium di-
i. Ibi paulo post eodem loco. In ipsa contextione
uerborum. coepit dñs de passione sua futuradicere.
Ille autem p̄trus qui iam illum confessus fuerat
filium di. timuit ne sicut filius hominis moriturus.
Erat filius di. erat & filius hominis. Filius di
informa di. aequalis patri. Filius hominis
informa serui. quo pater maior sit. Venturus
erat ad passionem. utiq; & forma serui. Quid
timuit p̄trus. ne informa serui periret & forma
di. & non potius praesumpsit. quia & forma di
reuiuisceret & forma serui. At illi. absit ate dñe.
propitius tibi esto. Et dñs qui illum beatum dixe-
rat in illa uoce. Uade post me inquit satanas.
Neq; enim sapis quae di sunt. sed quae hominum.
Iam dudum quia dixerat. tu es xp̄s filius diuini.
Audiuit non tibi reuelauit caro & sanguis. sed pater

nis qui in caelis est. Ideo p̄tra. ideo beatus.
Modo autem quia non ex patris reuelatione
sed & carnis infirmitate responderat sata-
nas appellatus est. Non sapis quae di sunt.
sed quae hominum. Et hic erat xp̄s fr̄s. In-
ter illos ambulauerat. ante oculos ipsorum
fluctus calcauerat. uentus imperauerat.
Ante oculos ipsorum qui in diuini mortui
suscitauerat. Ante oculos ipsorum tanta
mirabilia fecerat. & tamen trepidauerunt
in passione eius. quasi amisissent eum. de quo
frustra praesumpserant. Sed per diem er-
rabunt. & nemo in eis. Nemo profusus. nemo
nec ipse qui dixerat. tecum usq; ad mortem.
Dixerat enim illis. ueni & hora ut me relinqua-
tis solum. & exat unusquisq; uiam suam.
Sed non solum quia pater mecum est. Cum
illo erat pater. & ipse cum patre. Et in illo
pater. & ipse in patre. Et ipse & pater unū.
Et illi timuerunt cum moriturus. Quare.
nisi quia per diem errauerunt. & nemo fuit
in eis. Per diem errabunt & nemo in eis.
Sed quid est errabunt per diem. Numquid
peribunt. & ubi est. In perfectum meum
uiderunt oculi tui. & in libro tuo omnes scri-
bentur. Ergo quando per diem errauerunt.
Cum hic positum dñm non intellexerunt. Et
quid sequitur. Mibi autem ualde hono-
rificatis sunt amicitui dñi. Idem ipsi qui
per diem errabunt. & nemo fuit in eis. Amici-
tui facti sunt. & ualde mibi honorificatis sunt.
Factum est in eis os illud post resurrectione
dñi in abscondito. & pro eius nomine passi
sunt. In cuius passione trepidauerunt.
Mibi autem ualde honorificatis sunt amicitui
dñi. Ualde confortati s. principatus eorū.
Facti apostoli facti duces ecclesiae facti
arietes ducentes greges. ualde conforta-
ti sunt principatus eorum. Et numera-
ti sunt boes & super arenam multiplicabuntur.
Per illos qui per diem errauerunt. & nemo
erat in eis. Ecce nata est tanta multitudo

quae iam sicut harena numerari non potest
 nisi dō. Dixit enim super harenā multipli-
 cabuntur. Et tamen dixerat di nume-
 rabo eos. Illi ipsi numerati super harenā
 multiplicabuntur. Et quippe harena
 numerata est. cui numerati sunt capilli ca-
 pituli. Di numerabo eos. & super harenā
 multiplicabuntur. Exsurrexi
 & adhuc tecum sum. Exsurrexi &
 adhuc tecum sum. Quid est? Iam pas-
 sus sum inquit. sepultus sum. ecce sur-
 rexi & adhuc me non intellegunt. Sed
 cum adhuc tecum sum. Idest nondum
 cum ipsis quia nondum agnoscunt. Sic
 enim legitur in euangelio. Quia post
 resurrectionem dñi nri ihu xpi sibi appa-
 rentem non continuo cognouerunt. Est
 & alius sensus. Exsurrexi & adhuc tecum
 sum. Ut hoc tempus significare uolue-
 rit. quo adhuc in occulto est ad dexterā
 patris. Antequam reueletur in clar-
 itate. qua uenturus est ad iudicandum
 de uiuis & mortuis. Et deinde dicit
 quid interea per hoc totum tempus du-
 iam resurrexit. & adhuc cum patre est
 patitur hic per commixtionem peccato-
 rum. In corpore suo quod est ecclesia
 & per separationem hereticorum. Sequit̃
 enim & dicit. Si occideris dñs peccatores
 uiri sanguinum declinate ame. qm̃ dici-
 tis incogitatione accipient in uanitate
 ciuitates suas. Uidetur sic coniecti ordo
 uerborum. Si occideris dñs peccatores. accipi-
 ent in uanitate ciuitates suas. Sicut enim
 occisos uult intellegi. cum per superbum
 qua tumescunt. amittunt gratiam qua
 uiuunt. Sed enim sp̃s disciplinae effu-
 git & fictum. & auferet se a cogitationib.
 quae sunt sine intellectu. Si occidunt
 peccatores. quia obscurati intellegentia
 alienantur a uadi. Amittunt enim
 confessionem propter elationem.

Atq̃ in eis occisis. fit quod scriptum est. A mor-
 tuo homine. tamquam qui non sit. perit con-
 fessio. & sic accipiunt in uanitate ciuitates suas.
 Idest populos suos uanos eorum uanitatem sec-
 tantes. Cum inflati iustitiae nomine persua-
 dent. ut dirupto uanitatis uanitatis uinculo
 eos tamquam iustiores caeci & imperiti sequantur.
 Et quia plerumq; hinc inueniunt occasionem
 separandi se ab unitate xpi. Dum malos accusant
 cum quibus se communionem nolle habere con-
 fingunt. Equia fieri potest ut non tantum
 infament innocentes quos tamquam malos se
 fugere simulant. Sed & iam uera dei quibus
 malis. sui similibus dicunt. Inter quos triticū
 xpi seruato unitatis uinculo gemit. propterea
 inter posuit. Uiri sanguinum declinate ame.
 qm̃ dices incogitatione accipient in uanitate
 ciuitates suas. Idest idiose ducent. in sepa-
 ratione propria populos suos. uanitate propria
 corrumpeudos. quia tu incogitatione dices. uiri
 sanguinum declinate ame. Ut scilicet merito
 super bue peccatores. In sp̃u occisi propter ea
 ciuitates suas hoc est populos suos in uanum
 accipiant. hoc est in erroris uanitatem separan-
 do deducant. Et quasi offensi commixtione
 palearum. dirupta uanitate triticum dese-
 rant. Quia ipsum triticum. idest bonos fide-
 les mones. Ut ante uentilationem quae
 nouissima uentura est. Non aperte se a malis
 segregent. ne adhuc eis commixtos deserat bonos.
 Sed per bonam conuersationem. & dissimilitu-
 dinem uitae. quodam modo tacite illis dicat
 corpus xpi. Uiri sanguinum declinate ame.
 hoc enim eis uoce dñi dicit. Quae uox incogita-
 tione sc̃i populi sui. Uiri autem sanguinum
 qui sunt. nisi qui oderunt fr̃s. Sicut iohan-
 nes dicit. Qui odit fratrem suum homicida est.
 Hoc ergo non intellegentes occisi peccatores
 quomodo dicat dñs malis incogitatione bono-
 rum. Uiri sanguinum declinate ame. accu-
 sant in eis communionem malorum. & se per
 has calumnias separando. accipiunt in uanitate

& Sicut eam dñs dicit incogitatione

ciuitates suas. Haec uox quae modo incogita
tione bonorum dicitur. Malis aperta erit in illa
die quando eis dicetur ab ipso capite nro. Num
quam noui uos. Discedite a me qui operamini
iniquitatem. Nunc autem dicit corpus xpi
quod est ecclesia. Quid est quod mihi calum
niantur super bis. quod quasi me maculent
aliena peccata & propterea separando se acci
piunt in uanitate ciuitates suas. Nonne eos
qui oderant te odio habui. Ut quidame peio
res & iungunt & iam corporalem a malis sepa
rationem. Ut ante tempus messis simul cu
zizanis eradicetur & triticum. Ut ante
tempus uentilationis. per dam sustentiam
tolerande paleam. Ut ante quam omnia gene
ra piscium ad finem seculi tanquam ad litus se
paranda perueniant recuperatis unitatisq; distru
pam. Numquid malorum sunt sacramenta
que accipio. numquid eorum uitae factisq; con
sentiendo communico. Nonne eos qui oderant
te dñe odio habui et super inimicis tuis tabescebam.
Nonne cum zelus domus tuae comedere me ui
debam in sensator et tabescebam. Nonne tedi
um deanebat me a peccatoribus relinquentibus
legem tuam. quoniam sunt inimicitui. nisi
qui uita sua indicunt quia oderant legem tuam.
Hos ergo cum odis sem cur mihi calumniatur
qui accipiunt in uanitate ciuitates suas.
Quod mihi imputari possint eorum peccata quos
oderam et super quibus zelus domus di tabesce
bam. Sed ubi est. Diligite inimicos uestros.
Anqui a uestros dixit non di. & benefacite his
qui oderunt uos. Nonne qui oderunt dñm.
Ideo securus iste dixit. Nonne eos qui ode
rant te dñe odio habui. Non dixit qui oderant
me & super inimicis tuis tabescebam. Tuis
dixit non meis. Sed qui nos propterea oderunt.
& propterea nobis inimici sunt. quia dō ser ui
mus. quid aliud quam eum oderunt. & eius ini
mici sunt. Numquid ergo tales inimicos nros
diligere non debemus. Aut non propter dñm per
secutionem patiuntur. quibus dicitur orate

pro persequentibus uos. Ergo adtende
quod sequitur. Perfecto odio oderam
illos. Quid est perfecto odio oderam
illis iniquitates eorum diligebam condi
tionem tuam. hoc est perfecto odio odis
se. ut nec propter uitia homines oderis.
Nec uitia propter homines diligas. Nam
ecce uide quid adiungit. Inimici facti sunt
mihi. Non iam tantum di. sed suos inimi
cos ostendit. Quomodo ergo implebit
& quod ipse dixit. Nonne eos qui oderant
te odio habui. Et quod dñs praecepit
diligite inimicos uros. Quomodo implebit
hoc nisi illo perfecto odio. ut hoc meis
oderit quod iniqui sunt. hoc diligat quod
homines sunt. Nam & tempore ueteris
testamenti quod uisibilibus supplicis
carnalis populus cohercebatur. Homo
ad nouum testamentum per intelligentiam
pertinens famulus di moyses. Quomodo
oderat peccantes cum pro eis orabat. Quo
modo non oderat cum eos occidebat. Et nisi
quia perfecto odio oderat eos. Et namq;
perfectione. Sic oderat iniquitatem
quam puniebat. ut diligere & humanitate
pro qua orabat. Cum autem corpus xpi
ab impiis & iniquis iam corporaliter in fine
separandum. Nunc inter eos interim ge
mat. cum illi occisi peccatores. tanquam
de malorum communionem bonis calumni
ando. Et se quasi per occasionem malo
rum. magis a bonis & innocentibus sepa
rando. Sic accipiant in uanitate ciuitates
suas. Ut multi mali adhuc restant qui eorū
separationem non sequantur. Sed a bonis
usq; in finem tolerandi. in eadem permix
tione remaneant. quid inter haec agit
corpus xpi. siue centenum. siue sexagenum
siue tricenum. fructum afferens cum to
lerantia. Quid agit proxima xpi in me
dio filiarum. sicut lilium in medio spina
rum. Quae sunt uoces eius. quae conscientia

Quae spes filiae regis intrinsecus. Ecce
 iudi quid dicat. Probabit & scito cor meum.
 Iudex tu probatus scito non homo non here-
 ticus quinec probare nouit nec scire potest
 cor meum. Ubi tu probas & scis quia non
 consentiam factis malorum. & illi me pu-
 tant contaminari posse peccatis aliorum.
 Ut dum ego in longinqua peregrinatione
 mea facio quod in alio psalmo gemo. Id est
 cum his qui oderunt pacem sum pacificus.
 Donec perueniam ad illam uisionem pacis.
 quod inter praedatur hierusalem. quae est
 mater omnium nr̄m. ciuitas aeterna in cae-
 lis. Ipsa litigando & calumniando. seque-
 separando accipiant non pla^{ne}
 in aeternitatem sed in uita^{ta}
 te ciuitates suas. Probame d̄s ergo &
 scito cor meum. **Scrutare me & cognos-
 ce semitas meas.** Ut quid hoc. Adtende
 quid sequitur. **Et uide inquit si uia in-
 quitatis sit in me. & deduc me in uia aet-
 na.** Scrutare inquit semitas meas. Id
 est consilia & cogitationes meas. Et uide
 si uia iniquitatis sit in me. siue faciendo.
 siue consentiendo. Et deduc me in uia
 aeterna. Quid aliud dixit quam deduc me
 in xpo. qui est enim uia aeterna aeternus
 est enim qui dixit. Ego sum uia ueritas
 & uita. Si ergo aliquid in ueneris in uia mea
 quod displiceat oculis tuis qm̄ uia mea morta-
 lis est. tu deduc me in uia aeterna ubi nulla
 est iniquitas. Quia & si quis peccauerit
 aduocatum habemus ad patrem ihm xpm̄
 iustum. ipse est & oratio pro peccatis nr̄is
 ipse est uita aeterna sine peccato. ipse est
 uita aeterna sine supplicio. Magna sa-
 cramenta fr̄s quomodo nobiscum loquitur
 sp̄s d̄i. Quomodo nobis facit in hac nocte
 delicias. Quid est rogamus uos fr̄s. Unde
 dulciora quo obscuriora. Conficit nobis
 potionem ad amorem suum quibusdam
 modis miris. Mirificat ipse dicta sua.

ut cum ea diceremus quae iam noueratis. ta-
 men quia & illis locis seruabantur quae obscu-
 ra uidebantur. tamquam noua fieret ipsa
 cognitio. Numquid non noueratis fr̄s.
 quia in ecclesia diu tolerandi sunt mali. & scis
 mata non sunt facienda. Numquid iam non
 sciebatis quia intra illa r̄gia quae capit bo-
 nos & malos pisces. per durandum est usq̄
 ad litus. nec r̄giarum p̄ amur. Quia in
 litore separabuntur boni ad uasa. & mali
 proicientur. Iam ista noueratis. Uersus
 autem istos psalmi huius non intellegebatis.
**Expositum est quod non intellegebatis &
 in nouatum est quod noueratis. EXPT. DE PSAL.
 CXXXVIII.**
INCIPIT DE PSALMO CXXXVIII.
Iusserunt domni fr̄s & in ipsis d̄s omniu
 ut istum psalmum afferam ad uos. intellegen-
 dum quantum d̄s donat. Adiuu & oratio
 nibus uestris ut ea dicam quae oportet & me dicere
 & uos audire. ut omnibus nobis utilis sit sermo
 diuinus. Non enim omnibus utilis est quia
 non est omnium fides. Fides autem sic est
 in anima. ut radix bona pluuiam in fructu
 ducit. Perfidia uero & error diabolicus
 & cupiditas mala. Radix omnium malorum
 sicut radix spinarum. & iam dulcem pluuiam
 ad punctiones conuertit. Quid habet psalmus
 iste. credo cum cantatur & ur aduertisse uos.
 qm̄ conqueritur & gemit & praecem fundit d̄o
 inter malos constitutum corpus xpi. Eius eni
 uox est in omni tali propheta. tamquam illius
 in opis. Id est aegentis nondum satiati. aesuri-
 entis & sitientis iustitiam. Cui quaedam
 promissa saturitas. in fine seruat. Interim
 nunc hic sicut & aesuriat. gemit. pulsatur & quae-
 rat. Peregrinationis inlecebris non delec-
 tetur. Non putat patriam saeculum unde
 ut liberetur xps aduenit. Quia xps caput nr̄m
 esse uoluit. caput scilicet cuiusdam corporis.
 Non enim potest dici caput. ubi corpus nullum
 est. cui sit caput. Proinde sic caput xps
 & alicuius corporis caput est. xps. Corpus

illius capitis. scilicet ecclesia est. in cuius nos
membris sumus. sic apud nos diligimus.
Audiemus ergo uoces corporis christi. hoc uoces
nras. si sumus in christi corpore. Quia quis
quis ibi non fuerit. in eis erit. inter quos
illud corpus gemit. Proinde aut in illo
corpore eris. ut gemas inter malos. aut
non eris in illo corpore. & in eis eris inter
quos malos gemit corpus quod gemit inter
malos. Aut membrum christi. aut hostis
christi. Nec isti inimici & aduersari
corporis christi. uno modo intelleguntur
aut uno modo agunt. Uer si pellis est
enim qui in eis regnat. & qui in eis utitur
tamquam uasis suis. Ceterum multi ab
illo liberantur. & in corpore christi transeunt.
Et qui sint & quod futuri sint. nouit ille
qui illos redemit sanguine suo nescientes.
Sunt autem quidam perseuerantia in mali
tia sua. ad christi corpus non pertinentes. & ipsi
notici utique. nihil ignotum est. Interim
illi qui iam conpaginatis sunt cum membris
eius nondum habentes resurrectionem fu
turam. In qua perit ^{omnis} gemitus & laus succe
dit. In qua omnis tribulatio morietur.
& erit sine fine exultatio. Nondum ergo
habentes hoc in re. sed tamen tenentes in spe.
Genuunt & desiderio quodam & orant se
liberari ab hominibus malis. inter quos
necesse est uiuere & bonis. Non enim
separatio iam cuique tota est. Illius enim
erit separatio. qui non nouit errare. Quid
est qui non nouit errare. ut nec malum
traiciat ad dexteram. nec bonum ad sinistra.
Nos autem ^{in hac} uita difficile est ut nos ipsis noue
rimus. quanto minus debemus de quoquam pro
prie ferre sententiam. Quia si hodie malum
nouimus. Cras qualis futurus ignoramus.
Et forte quem uehementer odimus frater
noster est. & nescimus. Securi ergo odimus
in malis malitiam. & diligimus creaturam.
Ut quod tibi fecit deus amemus. quod tibi fecit ipse

homo odiremus. Fecit enim deus ipsum
hominem. fecit autem homo peccatum.
Dilige quod fecit deus. oderis quod fecit
homo. Sic enim persequeris quod fe
cit homo. ut liberetur quod fecit deus.
In finem psalmi ipsi dauid. Finem non
intendas aliter quam tibi ab apostolo
praestitutum est. Finis enim legis
christus ad iustitiam omni credenti.
Ergo cum audis psalmum dicere in fine.
corda conuertantur ad christum. Tam
quam enim praeco psalmi est. titulus
psalmi. Ueluti dicens. Ecce ueni
& inde dicturus sum. de christo cantatu
rus. Nam & ipse dauid
non intellego nisi ipse
qui factus est & semine dauid
secundum carnem. Interim propter
genus congruit nomen. Genus car
nale ad dauid. genus spiritale supra da
uid. Et non solum ante dauid sed uita
habebam. Nec ante abraham tantum.
sed ante adam. Nec ante adam tantum.
sed ante terram & caelum. Ante omnes
angelos. ante omnes potestates & uirtutes.
ante omnia uisibilia & inuisibilia.
Quare quia ut haec essent. omnia per
ipsum facta sunt & sine ipso factum est
nihil. Ergo quia & semine dauid non
secundum diuinitatem qua creator est
ipsius dauid. sed secundum carnem de
dignatus est. uocari in propheta. In
ipsum finem intende. quia ipse dauid
psalmus canitur & corporis eius uocem
audi. & esto in corpore eius. Vox qua
audisti tua fiat. & ora & dic quod se
quitur. Eripe me domine ab homi
ne malo. Non uno sed ab ipso genere
nec uasis tantum. sed ab ipso principe.
Id est ab ipso diabolo. Quare enim
ab homine si a diabolo. quia & ipse
in figura homo dictus est. Uenit

inimicus & super seminauit zizania
 & cum dixissent serui ad patrem fami-
 lias. Nonne bonum semen seminasti.
 unde apparuerunt zizania. Respon-
 sum est. Inimicus homo hoc fecit. Ab-
 isto ergo homine maligno ora quantum
 potest ut libereris quia non est tibi con-
 luctatio aduersus carnem & sangui-
 nem. sed aduersus principes & potesta-
 tes & rectores mundi tenebrarum ha-
 rum. Idest rectores peccatorum. quod
 quidem & nos fuimus. Nam au-
 diuimus modo uocem apostoli. fuistis
 aliquando tenebrae. nunc autem
 lux in dno. Jam ergo lux facti non
 in nobis sed in dno. Oremus non tan-
 tum contra tenebras. Idest contra pec-
 catores quos adhuc possidet diabolus. sed
 & iam contra ipsum principem eorum
 diabolum. qui operatur in filis diffi-
 dentiae. Auro iniusto erue me.
 Hoc est ab homine maligno. quod est
 auro iniusto. Malignum enim
 ideo dicit. quia iniustum. Ne for-
 te putes aliquem iniustum bonum esse.
 Sunt enim multi iniusti. quasi non no-
 cent. Non sunt saeu. non sunt asperi.
 non sunt persequentes & praesuras homi-
 nibus facientes. Sed tamen unde iusti
 alio quodammodo. Luxoriosi. ebriosi.
 uoluptatibus dediti. Quomodo nulli
 nocet. qui sibi non parcat. In nocent
 enim ille est qui non nocet. non autem
 qui sibi nocet. Tibi autem quomodo
 potest non nocere. qui sibi nocet. Sed
 responder. In quo mihi nocet. Non
 enim inuasit rem meam. aut adpoc-
 uit salutem meam. Luxuria sua
 pascitur. suis uoluptatibus delectatur.
 Sed inquinatos habet uoluptates. ipse
 inquinatur. mihi quid per tunc. cui
 molestus non est. Nocet tibi saltim

uel exemplo qui uiuit tecum. & ad quod
 agit inuitat. Nonne cum eum uides
 forte in illis sordibus prosperari. ducere
 talium delectationes factorum. Et si
 non consentis. saltim inuenisti quod &
 pugnes. Quomodo ergo tibi non nocebat.
 qui labores uincere quod fecit in corde
 tuo. Malignus est ergo omnis iniustus.
 & necesse est noxius sit. siue sit blandus
 siue sit ferox. Quisquis illum incurre-
 rit. quisquis laqueis eius fuerit captus.
 Inueniet quam sit noxium quod putabat
 lenem. Etenim frs & spine non pun-
 gunt in radicibus. Erue spinam de
 terra. contracta radices ipsarum.
 & uide si sentis dolorem. Tamen illud
 unde dolorem sentis in superficie. de
 illa radice processit. Itaque non uobis
 placeant homines quasi lenes & blandi.
 amatores tamen carnalium uoluptatum.
 & inquinatarum cupiditatum secta-
 tores. non uobis placeant. It si adhuc
 uidentur lenes. radices spinarum sunt.
 Nam talibus factis per luxuriam. plerumque
 effundunt quod habebant. & quomodo
 quaerunt implere quod effuderunt.
 Numquid iam parcunt rapinis & cogita-
 tionibus fraudum omni generi maligni-
 tatis & quirendae. Iam uides hominem
 malum quem putabas antea lenem.
 Quando illum uidebas inebriari bonis seruat.
 Modo iam furem uides. Latronem times.
 Proceperunt spinae de illis radicibus. Quan-
 do sentiebas lenes radices spinarum. tunc
 si posses incenderes. & non esset unde
 prodiret quod te modo pungeret. Pro-
 inde frs mei corpus xpi. uel membra
 xpi. gementia inter malos quoscumque
 inuenitis pro cluere fieri in malas libidi-
 nes & inperniciosas uoluptates. tunc
 reprobate. & tunc castigate. & tunc
 urite. Incendatur radix & non est

unde spina procedat. Si autem non potu-
eritis certi estote quod eos habebitis ini-
micos. Tacere possunt. occultare inimi-
citas suas possunt. amare uos non pos-
sunt. Sed quoniam amare uos non possunt.
& necesse est ut qui uos oderunt mala uobis
quaerant non uacua lingua & cor uestrum
dicere deo. Eripe me domine ab homine malo.
& a uiro iniusto libera me. Qui cogitau-
erunt iniustitias in corde. Quid enim
quia non audent proferre in lingua. &
seruant in corde. Propter eos dixit.
qui plerumque in labiis bona locuntur.
Audis uocem iusti sed non est cor iusti.
Nam quid fuit hoc addere ut diceret
qui cogitauerunt iniustitias in corde.
Aberis me libera. ibi sit potentissima ma-
nus tua ad eruendum me. Facile est eni-
deutare apertas inimicitias. Facile est
auerti ab inimico prompto & manifesto.
cuius iniquitas iam etiam in labiis est. Ille
est molestus. ille occultus. Ille difficile
uitatur qui in labiis bona portat. & in cor-
de occultat mala. Qui cogitauerunt in-
iustitias in corde. tota die constituiebant
bella. Quid est bella contra quae pugna-
rem tota die mihi constituiebant. Inde hic
enim nascitur de talibus cordibus. quicquid
est contra quod pugnat christianus. Si seditio-
sissima. si heresis. si contradictio turbulen-
ta. Non hoc erumpit nisi de cogitationibus
illis quae tegebantur. Et quando labia
bona loquebantur. tota die constituiebant
bella. Paucata audis uerba. sed belli
constitutio a cordibus non discedit. Quod
enim dictum est tota die. sine intermissio-
ne significat. Id est toto tempore. Acue-
runt linguas suas sicut serpentes. Si
adhuc quaeris hominem. aspice similitudi-
nem. In serpente maxime astutia est.
& dolus nocendi. propter eam etiam serpit.
Non enim uel pedes habet ut eius uestigia

cum uenit audiuntur. In eius itinere
uelud est lenis tractus sed non est
rectus. Ita ergo repunt & serpunt
ad nocendum habentes occultum uene-
num. & sublem contactu. & ideo sequi-
tur. Uenenum aspidum sub labiis ege-
tur. **E**cce est illud sub labiis. ut alius sub la-
biis. alius in labiis aduertamus. Quos
& iam aperte manifestat alio loco ubi
dicit. qui locuntur pacem cum proxi-
mo suo. mala autem sunt in cordibus ege-
tur. **C**onserua me domine de manu peccatoris
ab hominibus iniustis erue me. Ipsa
sunt. nota sunt. Non hic opus est intel-
lere sed agere. Orare opus est non
quaerere quaesit. Sed quomodo oref
aduersus huiusmodi homines aperit
tibi inconsequenti. Multi enim ad-
uersus malos in perite orant. Quid cogi-
tauerunt inquit. supplantare gressus
meos. Adhuc potest carnaliter accipere.
Habet quisque inimicum in negotio. Cogitat
ei fraudem facere. & ei auferre pecuniam
qui uersatur in communi negotio. Ha-
bet quisque inimicum uicinum. & cogitat
malum ingerere domui eius. Aliquid
dere ipsius minuere. Et utique dolo cogi-
tat. fraude cogitat. Machina mentis
diaboli haec ipsa gestit implere nemo
dubitatur. Sed tamen non propter ista
ista cauendi sunt. sed ne insidiando tibi
adducant te ad se. Id est separent te
a corpore christi. & faciant te a corpore suo.
Sicut enim bonorum caput christus. sic illorum
caput diabolus. Qui cogitauerunt in-
quit supplantare gressus meos. Quid
est supplantare gressus meos. Non qua-
si ut erres in negotio quodcum illo habes
& decipiat te in causa quae tibi cum illo
communis est in foro. Gressus tuos
supplantauit. si te impedierit in iudi-
ut illud quod rectum intendebas tibi

Aut labatur a uia. aut cadat in uia. aut
 remaneat in uia. aut cedat a uia.
 aut retro reuertatur unde uenerat.
 Quicquid tibi tale fecerit. subplantauit te
 decepit te. Contra huiusmodi insi
 dias ora ne perdas caeleste patrimoniu
 ne amittas xpm coheredem. quia uic
 turus es in aeternum cum eo qui te fecit
 heredem. Non enim talis te fecit
 heredem. cui mortuo succedas sed cum
 quo in aeternum uiuas. Absconde
 runt superbi. muscipulam ibi. Totu
 corpus diaboli breuiter & plicauit cu
 m superbi. Inde est quod & iustos
 plerumq; seducunt. cum sint iniqui.
 Inde est quod nihil illis tam noxium
 est. quam confiteri peccata. Ipsi sunt
 quicum sint falsi iusti. necesse est ut
 inuideant ueris iustis. Nemo enim
 inuidet alteri in eo quod non uult uel
 esse uel uideri. Alius tibi inuidet
 quia diues es. aut diues uult esse. ut tibi
 inuideat. aut putari uult diues.
 Alius tibi inuidet quia clarus es & nobilis.
 aut hoc esse affectat. aut hoc se putari
 capit. Et sic omnia qua putantur
 & uidentur bona in saeculo. quod quisq;
 uult habere. & in quo uult & cellere
 uel cuius rei famam captat. in eo tibi
 inuidet. Isti autem qui falsi iusti sunt.
 uideri uolunt iusti cum non sint. Ne
 cesse est ut quem uiderint uerum
 iustum inuideant illi. Et hoc cu
 illo agant. quomodo amittat unde
 gloriatur. Inueniunt omnes seduc
 tiones & supplantationes. hoc prior
 ipse diabolus uoluit. qui cadens stanti no
 homini inuidit. Et quia ipse amisit
 regnum caelorum. hominem illuc per
 uenire noluit & non uult. Itid agit
 nunc. ut homo illuc non perueniat.
 unde ille deiectus est. Quia ergo

superbus est ipse & ideo inuidus quia
 superbus omne corpus ipsius talium cor
 pus est. Sed nos oremus contra illum
 qui corrigi non potest. & pro istis qui pos
 sunt. ut dicamus homini iniusto. quare
 inuides iusto. O homo iniuste quia
 uis uideri iustus. Cito fac quod me
 lius est. & facilius eris quod uis uideri.
 Esto ita dilige cui inuidebas. quia quod
 illum doles esse eris & tu. & amabis
 in eo te & ipsum in te. Etenim
 si inuideres diuiti. non esset in potesta
 te tua ut diues esses. Si inuideres
 honesto alicui senatori nobili. non esset
 in tua potestate ut nobilis tu esses & cla
 rus. Si inuideres pulchro. num
 quam te pulchrum faceres. Si inui
 deres forti & ualido. numquam tibi
 uires daret. Si inuides iusto res in
 uoluntate est. esto quod doles esse
 alterum. Non enim empturus es.
 quod tu non es & alius est. Gratis
 constat. cito constat. Pax in terra
 hominibus bonae uoluntatis. Illi aut
 superbi absconderunt muscipula.
 quaerunt supplantare gressus rectos.
 & quid fecerunt. Et restes & tenderunt
 muscipula pedibus meis. Quas restes.
 notum est hoc uerbum in scripturis.
 Inuenimus alibi quid significant restes.
 Dns flagellum de resticula fecit. Unde
 & pulit de templo eos qui ibi male uer
 sabantur. Et significauit nobis quo
 modo intellegamus restes. Quia crini
 culis peccatorum suorum unusquisque
 constringitur. Dicit enim alia scriptu
 ra. & aperte esaias. Uae his qui trahunt
 peccata sicut restem logam. Quare au
 tem dicitur restis. quia omnis peccator
 per se uerans in peccatis suis. addit pecca
 ta peccatis. & cum debet & accusatione
 peccati sui corrigi. defensione duplicat.

quod confessio ne possit auferti. Et
plerumque alius peccatis uult munitus esse
propter illa quae commisit. Fecit ad
adulterium & ne occidatur. Parat ho-
miciidum. addit peccatum peccato.
Rursus si contigerit facere homicidium.
Iam qui unum crimen timebat. duo ti-
met. Et utique cum uideat se plura
timere quam antea timebat. Non
cogitat minuere quod fecit. sed addere
quod nondum fecit. quaerit fore &
maleficum. tria ecce habet. Inde iam
quis cogitat. quis finiat restem peccato-
rum. Et optime dicitur restis. ut uen-
torqueatur restis additur. & non addun-
tur recta fila. sed torta. Prauitas
sibi conexa ducitur in longum. & non co-
gitat praecidere quod male texuit.
sed addere producere in longum pro-
tendere. ut habeat in fine unde illi ligen-
tur manus & pedes. & proiciatur in te-
nebras & terrores. Haec autem peccata
sua tendunt iustis. Quando eis suadent
facere mala quae ipsi faciunt. Ideo
dixit restes & tenderunt mihi pupula pe-
dibus meis. Idest de peccatis suis me
deicere uoluerunt. & ubi hoc. Iuxta
semitas scandala posuerunt mihi. Non
in semitis sed iuxta semitas. Semitae
 tuae praecepta dei sunt. Illi scanda-
la iuxta semitas posuerunt. Tu nolire-
cedere a semitis. & non intrues in scanda-
la. Non uolo dicas & prohibet & illos
disponere scandala mihi iuxta semitas
& non ibi ponerent. Immo permisit
disponere scandala illos iuxta semitas.
ut tu non recedas a semitis. Iuxta semi-
tas scandala posuerunt mihi. et quid
restat quod remedium inter tanta mala
in istis temptationibus in istis periculis
Dixi domino deus meus est. Illi homines sunt
& non mei tu & deus es & meus. Dixi

domino deus meus est. Magna uox oratio-
nis mouet fiduciam. Numquid illorum
non est deus cuius non est deus qui est uerus
deus. Sed tamen proprie eorum est. qui
eos fruuntur qui ei seruiunt qui liben-
ter sub illo sunt. Nam & mali quae
uis in uita sunt. Illi appellant dominum a quo
coronantur. Illi fugiunt a quo damnen-
tur. Et inimicus qui non uult habe-
re dominum dominum suum. quo fugi & dominum omnium.
Bonum est illi ergo ut conuertatur ad dominum
omnium. faciatque illum conuersione
suum. Et positus inter tales pecca-
tores. seductores. hypochritas. superbos.
dicat ad dominum quem sibi conuersione fecit
dominum suum. Dixi domino deus meus est.
Percipe auribus domine uocem deprecationis
meae. Simplex quidem sententia
est. & facilis ad intellegendum. sed ta-
men delectat forte cogitare quare non
dixerit. percipe auribus deprecatione
meam. sed uelut euidentius exprimens
affectum animi sui. ait uocem depraec-
cationis meae. Vitam deprecationis
animam deprecationis meae. Non
quod sonat in uerbis meis. sed unde ui-
uunt uerba mea. Ceterum stre-
piti sine anima. sonidici possunt uo-
ces non possunt. Uox propriae ani-
matorum est. uiuorum est. Quam
multa autem depraecantur dominum. & non
sentiant dominum nec bene cogitant de deo.
Sonum deprecationis habere possunt.
uocem non possunt. Quia uita tibi
non est eius. qua uiuebat quid dominum suum
intellegebat. & a quo liberat & ur uide-
bat. & a quibus liberat & ur sentiebat.
Ipsa uox deprecationis eius ipsam com-
mendans auribus dei dicit. Domine domine
tu domine domine. Idest uerissime domine.
Non quales domini homines. non quales
domini sacello. sed qualis dominus quem tu
sanguine.

Dne dne uirtus salutis meae. Idest
quidam uirtus salutis meae. Quid sibi
uult uirtus salutis meae. Conquire
batur scandalis & insidus peccatoru
decum latrantibus & circum insidi
antibus malignis hominibus uasis dia
boli desuper bis inuidentibus iustis.
Inter quales necesse est uitam ducere cu
hic uiuimus in hac peregrinatione nra.
Talia uero scandala abundantia futura
dnt praedixit & ait. abundauit iniqui
tas. Sed adiunxit statim solatium.

Qui per seuerauerit usq; in finem hic sal
uus erit. Adtendit iste timuit &
abundantia iniquitatum turbatur.
Respexit spem quia qui perseueratusq;
in finem hic saluus erit. Extendit
se perseuerata. & uidit longanimitatem.
Et quia perseuerare magnum est & diffi
cile ipsum orauit ad perseuerantiam sua.
a quo illi iussum est ut perseueraret.

Certe saluus ero si perseuerauero usque
in finem. Sed perseuerantia ad uirtu
tem pertinet ut merear salutem. Uert
uirtus salutis meae. Tunc facit perse
uere ut perueniam ad salutem.

Dne dne uirtus salutis meae. Et un
de spero. quia uirtus salutis meae.
Obumbrasti super caput meum in die bel
li. Ecce modo adhuc pugno. Pugno
foras contra fictos bonos. pugno intus
contra concupiscentias meas. Quia ui
deo aliam legem in membris meis re
pugnantem legi mentis meae & capti
uum me ducentem in lege peccati quae
est in membris meis. Miser ego homo
quis me liberabit de corpore mortis
huius. gratia di per ihm xpm dnm
nrm. Igitur laborans in hoc bel
lo respexit ad gratiam di. Et qui
am coeperat aestuare & arescere tam
quam umbram inuenit sub qua uiuet.

Et quia abundauit iniquitas refrigescet caritas.

[multoz]

Obumbrasti super caput meum in die
belli. Idest in aestu nefatigato ne
arescerem. Ne tradas me dne ad desi
derio meo peccatori. Ecce quomibi
ualebit umbraculum tuum ut aestus
non patiar a me ipso. Et quid mihi pec
cator ille faceret quantum libet saeuire.
Saeuierunt enim in martires iniqui
traxerunt eos. catenis ligauerunt.
carceribus incluserunt. Gladio ferie
runt. bestis subreuerunt. Ignibus
consumpserunt. haec omnia fecerunt
& non eos tradidit ds peccatoribus quia
non sunt traditi ad desiderio suo. Illud
ergo ora quantum potes ut ad desiderio
tuo non te tradat ds peccatori. Tu
erum desiderio tuo facis locum diabolo.
Ecce enim diabolus proposuit lucrum
& inuitauit ad fraudem lucrum habere
si poteris nisi fraudem feceris. sed lucru
aescas est. fraudis laqueus. Sic adtende
aescam ut uideas & laqueum. Quia
lucrum habere non potes nisi fraudem
feceris. Fraudem autem si feceris ca
pieri. Non ideo dico capieri quia
inuenis. Aliquando enim non inue
neris. sed ab hominibus. Ado autem
capieris & traheris & occideris. Om
nis enim qui talia facit. perimit se ipso.
Ibi ergo est aescas. ibi & laqueus. Frena
desiderium & non cadis in laqueum.
Si autem uiceris desiderium aescas
mittit tibi collum in laqueum & capiti
te ad capsum animarum. Ne tradas me
ad desiderio meo peccatori. Inde inum
bratur in die belli. Desiderium enim
aestus facit. umbraculum autem dni
temperat desiderium ut possimus fre
nare quod rapiebamus. ut non ita
se aestuemus ut ad laqueum per duca
mur. Cogitauerunt aduersum me
ne derelinquas me ne forte & altertur.

Habet alio loco quime praemunt & ulta
bunt simotus fuero. Tales sunt
& isti quia talis est & ipse diabolus
quando seduxerit hominem gaudet
triumphat de illo & ultatur ipse qui
ille humiliatus est. Quare autem
ille humiliatus est quia male & ulta
tus fuit et ille qui de illo triumphat
humiliabitur. Tales sunt enim omnes
qui gaudent de malo. Videntur sibi
ad tempus gloriari super bire ceruice
erigere. Non uos delectat & exultatio
eorum aescam habent in faucibus &
anum. Ibi est quo delectantur
Ibi est quo trahantur. Nede relin
quas me ne forte & alienentur. Idest
n̄deme triumphent. nondeme gaudeant.
Caput circuitus eorum labor labiorum ip
sorum tegat eos. Me inquit umbra
alarum tuarum tegat. O bumbra sti
enim mihi in die belli. Ipsos qui tegat
caput circuitus ipsorum. Ut circum
eant & non stent. In girum eant erroris
ubi iter est sine fine. Qui enim in
lozum it. alii unde incipit. alicubi
finit. Qui in girum it. nusquam finit.
Ipsa est labor impiorum qui demonstran
tur alio psalmo euidentius. In circuitu
impu ambulat. Sed circuitus illoru
caput superbia est. Quid nitiuum omnis
peccati superbia. Vnde autem super
bia labor labiorum ipsorum. Omnis
enim superbus fictus est. omnis fictus
mendax. Laborant homines loqui
mendatum. Nam ueritatem tota
facilitate loquerentur. Ille laborat
qui fingit quod dicat. nam qui uult uerū
dicere non laborat. Ipsa enim ueritas
sine labore loquitur. De homine
ergo hoc dixit dō. De protegat um
braculum tuum. ipsos tegat mendatum
ipsorum. Sed ipsum mendatum

ipsorum. labor est labiorum ipsorum.
Ecce parturit iniustitiam concepit
laborem & peperit iniquitatem. In
omni enim opere malo labor est. &
omne opus malum cogitatum. menda
tum ducem habet. Non enim ue
ritas nisi in opere bono. Et propter
ea quia homines laborant in mendatio.
ueritas quid clamat. Venite omnes
ad me qui laboratis & honorati estis &
ego uos reficiam. Ipsa uox est in alio
psalmo clamans ad laborantes. Filii
hominum usquequo graues corde ut
quid diligitis uanitatem & quaeritis
mendatum. Aperte audi alio loco
laborem in mendatio docuerunt lin
guas loqui mendatum. ut inique age
rent laborauerunt. Caput circui
tus ipsorum. labor labiorum ipsorum
tegat eos. Decident super eos carbo
nes ignis in terra & deties eos. Quid
est in terra. hic adhuc in bacuta.
hic supra illos decident carbones ignis
& deties eos. Quis sunt carbones
ignis. nouimus istos carbones. An alii
sunt isti & alii illi de quibus dicitur sumus.
Istos enim uideo ad poenam ualere. illos
autem quos commemoraturus sum ad
salutem. Dicitur enim de quibus
dam carbombus cum homo peccet ad
uersus linguam subdolum auxilium.
Quid dicitur tibi aut quid adicitur tibi
ad linguam dolosam. Sagittae po
tentis acutae. cum carbonibus uastato
ribus. Idest uerba di cor transfigen
tia & ue rustatem perimentia. amo
remque gignentia. & exempla hominu
qui mortui erant & reuixerunt & in
grierant & fulgentes effecti sunt.
Carbones enim tenebrae sunt. calor indi
cat. Sed cum ad eos accesserit flamma
caritatis & mortuis reuixerunt. au

diert ab apostolo. fuistis enim aliquan-
 do tenebrae nunc autem lux in dño. Ipsi
 sunt carbones fr̄i quos intuemus quan-
 do uolumus mutare uitam. trans fixa
 gitta di. & impediunt nos malelinguae
 hominum. De qualibus hic modo quae-
 rebatur. & uolunt seducere a uera ueri-
 tatis potiusq; inducere ad erroressuos.
 & dicere nobis quia si professi fuerimus
 non implebimus. Adtendimus carbo-
 nes illos. Qui erat heri ebriosus. hodie
 sobrius est. Qui heri erat adulter. ho-
 die castus est. Qui erat heri raptor.
 hodie largitor. Omnes isti carbo-
 nes sunt. Ignis sunt. accendunt & em-
 pla carbonum uulnus sagittarum.
 Non enim timeam dicere uulnus. cum
 clamat ipsa sponsa uulnerata caritate
 egosum. Et fit ibi uastatio foeni.
 propter quod & dicuntur carbones uaste-
 tori. Vastatur faenum. sed purga-
 tur aurum. It mutatur homo & mor-
 te uitam & incipit esse & cum ipse carbo
 flagrans. Qualis carbo erat apostolus
 qui prius fuit persecutor & blasphemus.
 & iniuriosus niger & exunctus.
 Misericordiam uero consecutus. accensus
 est de caelo. Uox xpi accendit illum.
 Perit in eo tota nigritudo. coepit fer-
 uens spū quo accen debatur accendere.
 Tales ergo & hic intellectus sumus carbo-
 nes ignis qui cadunt super istos malos &
 decidunt illos. Plene non prohibemur
 hunc habere intellectum. Uideo hic nob̄
 elucescere non in probabilem & reprobam
 bensibilem sententiam. Intellego
 illos carbones cadere super istos ut deici-
 antur. In alios enim ueniunt ut accen-
 dantur. In alios ut decendantur. Ipse
 enim carbo dicebat. quibusdam sumus
 odor mortis in mortem. quibusdam su-
 mus odor uitae in uitam. Uident enim

iustos flammantes spū. candentes lu-
 ce. & eis inuidendo cadunt. Hoc est
 quod super ueniunt eis carbones ignis
 in terra & deciduntur. Quid est in
 terra. Ad hoc hic sunt in hac uita.
 & cepta illa poena quae seruatut impiis.
 carbones isti illos decidunt. Antequā
 ueniat ignis ad eternus. decident carbo-
 nes ignis super eos in terra & decident
 eos. In misericordiam non subsistunt. Ue-
 nit illis miseria & non tolerat. iustus
 autem subsistit. Quomodo ille sub-
 sistit qui dicit. sed & iam gloriamur in
 tribulationibus. hoc scientes quia tri-
 bulatio patientiam operatur. Patientia
 probationem. probatio spem. spes autem
 non confundit. qm̄ caritas di diffusa est
 in cordibus nr̄is. per spm̄ scm̄ qui datus est
 nobis. At uero super illos cum ceciderit
 aliqua praesura. aliqua miseria. non
 subsistunt cadunt. Quando enim tales
 patiuntur huiusmodi praesuras non ua-
 lent tolerare. Decidunt iniquita-
 tes malas. qui traduntur ad desiderio suo
 peccatori. Uir linguosus non dicitur
 & ur super terram. Uir linguosus amat
 & mendicia. Quid enim est uoluptas
 nisi loqui. Non enim adtendit quid
 loquatur dum loquatur. Non enim
 potest fieri ut iste dirigatur. qualis ergo
 debet esse seruus di accensus illis carbo-
 nibus & ipse carbo salutaris effectus.
 qualis esse debet. Ut optet magis
 audire quam dicere. sicut scriptum est.
 sit autem omnis homo uelox ad audien-
 dum. tardus autem ad loquendum.
 Et si fieri potest hoc cupiat non habere
 necessitatem ^{loquendi} & dicendi & docendi. Ecce
 enim fr̄i mei dico caritati urae. Loqui-
 mur nos modo ad uos. ut aliquid doceamus
 uos. Quanto melius omnes sci-
 remus. & nemo doceret alterum. ut non

esse alius loquens. alius audiens. sed omnes audientes unum illum cui dicitur. **A**uditui meo dabis exultationem & letitiam. Unde & ille iohannis non tam gaudebat quia praedicabat & quia loquebatur. sed gaudebat quia audiebat. ait enim. Amicus autem sponsi stetit & audit eum. & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Itaque fratres. cito dixerim caritati uestrae. ubi unusquisque probet se ut non loquatur. sed de illo locutionis officium figat. gaudium autem tacetur nitius in uoluntate. habeat uocem doctrinae in necessitate. Quando enim opus est uocem doctrinae. quando pateris in peritium. quando pateris in doctum. Si semper te delectat & docere. semper uis habere in peritium que doceas. Si autem beniuolus es & uis omnes doctos esse. non uis semper habere quos doceas. & non erit in uoluptate & exercitium. uel probatio doctrinae tuae sed in necessitate. Gaudium tibi sit in auditione dei. necessitas tibi sit in locutione tua. & non eris uir linguosus ne non dirigaris. Quare loqui uis. audire non uis. semper foras & intro redire de tractat. Quod enim te docet in tuis. quando docet tamquam foras & ad eos qui foras sunt. Ab interiore enim audiimus ueritatem. & ad eos qui foras ante corde sunt loquimur. Quod enim dicimus eos in corde habere de quibus cogitamus secundum quandam imaginem dicimus. quam de illis habemus in praesentia. Nam si omnino intus ipsi essent. scirent utique quid in corde tuo esset. atque ita ut eis loqueremur non opus esset. Si autem hoc te delectat quod foras agit. uide ne tunc cas foras & non possis redire per angustum & non possit tibi dicere deus tuus intra in gaudium domini tui. Sed dicat tibi quia foras

quia fortinsecus erat quodamasti. Ligate illi manus & pedes. & mitte eum in tenebras exteriores. Ubi enim ostendit malum esse in tenebras exteriores. Ubi ostendit bonum esse in tenebras interiores. Nam bono seruo quid dicit intra in gaudium domini tui. De malo autem seruo. proicite illum in tenebras exteriores. Non enim amemus magis exteriores. sed interiores. De interioribus gaudeamus. in exterioribus autem necessitatem habeamus non uoluntatem. Uir linguosus non dirigetur super terram. uirum iniustum mala uenabuntur in interitum. Ueniunt mala & non subsistunt. Ideo dicit uenabuntur in interitum. Multis enim bonis multis iustis euenerunt mala. & tamquam in uenerunt eos mala. Nam ideo dicit uenabuntur quia unusquisque abscondere se uult a malo. Sed cum inuenitur a malo. quasi factus est in uenationem. Numquid autem soli mala fugiunt a malis. quando quaeruntur a malis. Nonne & bonis dictum est. si uos persecuti fuerint in hac ciuitate fugite in aliam. Ergo quando mali persequerentur bonos. Id est martires nostros. cum eos conprehenderunt uenati sunt illos. sed non ad interitum. Conprehensa est enim caro. coronata est anima. Et eiecta anima de carne nec carni aliquid factum est quod obesset in posterum. Incensa sit caro. percussa sit caro. laniata sit caro. Numquid ideo subtracta est creatori. quid data est in manus persecutori. Ille qui creauit & eo quod non erat. non reparabit melius quam erit. Ergo quando cumque capti sunt iusti. uenati sunt quidem illos mali. sed non ad interitum. At uero illi qui non dirigentur & linguosus sunt. mala eos uenabuntur ad interitum. Quare

quia in misericordia tua non subsistent. Cognovimus quia facies domini iudicium egentis. Egens iste non est linguosus. Qui enim linguosus est. habundare vult esuri renescit. Illi autem egentibus sunt quibus dicitur. Pulsate & aperietur vobis. quærte & inveniatis. petite & dabitur vobis. Ille egens de quo dicitur. Beati quiescunt & sitiunt iustitiam. quia ipsi saturabuntur. Gemunt inter scandala malorum. ipsi praecantur caput suum ut eruantur ab homine malo & ab homine maligno liberentur. & de manibus iniustorum eruantur. Ipsi ergo sunt quorum causam dominus non neglegit. & si modo praesuras sustinent. apparebit gloria ipsorum. cum appaerit caput ipsorum. Tali bus enim hic constitutus dicitur. mortui enim estis. & vita vera abscondita est cum christo in deo. Ergo pauperes sumus abscondita est vita nostra. Clamemus ad panem. Est enim panis vivus qui de caelo descendit & qui vivus reficit nos. in patria saturabit nos. Modo enim durescimus reficiemur. Nam necesse est esuriamus. quoad usque faciemur. Cognovimus quoniam facies domini iudicium egentis. Certus eras iste quoniam facies domini iudicium egentis & causam pauperum. Ostendit iniquis quomodo diligit iustos suos. ostendit divitibus quomodo diligit pauperes suos. Diuites dixi super bos. pauperes dixi humiles. Diuites dixi per abundantiam non quærentes. Pauperes dixi per desiderium suspirantes. Facies domini causam ipsorum. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo. Et quando reges causam ipsorum. & quando facis iudicium ipsorum. tuo nomini confitebuntur. Meritis suis nihil tribuunt. non tribuent totum nisi

misericordiae tuae. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo. Et quia confitebuntur nomini tuo. ut quantum cumque iusti fuerint. nihil sibi adsumant de suo. nil. sibi tribuant de suo. quid faciat ut dirigant cor. Quia quando ad se flectunt. torquent cor. Quando autem in deum intendunt dirigunt cor. Et ubi erit voluptas. ubi requies. ubi gaudium. ubi beatitudo. Num quid in se non. sed in quo sunt lux. Nunc autem lux in domino dixit. Ideo uide quid sequitur. Uide quo concludit. In habitabunt recti cum uultu tuo. Male enim illis fuit in uultu suo. bene illis erit cum uultu tuo. Quando uultum suum amauerunt. in sudore uultus sui panem manducarunt. Redierunt & deteres sudore finitis laboribus. pereunte gemitu. ueniat illis facies tua. habundans sufficientia. Nihil quærant amplius quia melius non habent amplius. non timebunt deserere. nec deserentur a te. Etenim post resurrectionem de domino quid dicitur me adimplebis me laetitia cum uultu tuo. Sine uultu suo non nobis daretur laetitia. Ad hoc purgamus uultum nostrum. ut gaudeamus ad uultum ipsius. Filii enim sumus sed nondum apparuimus quidem sumus. Sumus quia cum apparuerit similes erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est. Quia in habitabunt recti cum uultu tuo. Putamus ne cum uultu patris & non cum uultu filii. An cum uultu filii & non cum uultu patris. An unus quodammodo uultus patris & filii & ipsi sancti. Videamus si non nobis ipse filius promittit uultum suum. unde nos laetos faciat. Modo hoc capitulum in euangelio. quod hinc psalmo ad testatur. dominus deus inspirauit ut legeretur. At enim ipse dominus. Qui audit praecepta mea & custodit ea ipse est qui diligit me

Et qui diligit me. diligitur a patre meo
et ego diligam eum & ostendam me ipsum
illi. Quale praemium promisit dilectis
suis. Num quidem non uidebant. quibus
se ostendere promittebat. Nonne ante
illo seruat. nonne facies carnis illius adhaere
bat oculis eorum. Quid est quod uolebat
ostendere uidentibus. Sed quia talem
uidebant discipuli. Qualem crucifixerant
iudaei. erat autem deus in illa carne occultus.
Hominem autem possent uidere homines
deum autem non possent quam uis in homi
ne. Quia beati mundi corde. quoniam ipsi
deum uidebunt. Dedit formam hominis
& puri & impuri. Seruauit formam dei
mundatis & puri. ut iacundemur in illo.
& bene nobis sit in aeternum cum uultu
ipsius amen. **EXPLICIT DE PSALMO CXXXVIII.**

INCIPIT DE PSALMO CXL.

Audistis fratres admonitionem & precationem
Annam & ore apostoli. cum eius modo episto
la legeretur. ait enim. Orationi instantes.
uigilantes. ^{in illa} Orantes simul & pro nobis. ut
deus aperiat nobis hostium uerbi. ad loquendum
mysterium eius. ut manifestem illum sicut
oportet & meloqui. Haec uerba & iam mea
deputare dignamini. Sunt enim inscriptu
rissis profunda mysteria. quae ad hoc abscon
duntur ne uilescant. ad hoc quaeruntur ut
& erceantur. ad hoc aperiantur ut pascant.
Psalmus quem modo cantauimus in multis
sententis sub obscurus est. Cum ad iuuari
te deo. ea quae dicta sunt erui & exponi coe
perint. uidebitis uos hoc audire quod iam no
ueratis. Sed ideo multipliciter dicta sunt.
ut uarietas locutionis. fastidium tolleret ue
ritatis. Quid enim amplius fratres uel silu
brius audituri & cognitur estis quam dili
gere deum deum tuum & toto corde tuo & tota
animata tua. & diliges proximum tuum tam
quam te ipsum. Sed nec putetis haec duo

praecepta parua esse. in his duobus praeceptis
tota lex pendet & prophetae. Quae quid
ergo salubriter mente concipitur uel ore pro
fitetur uel de qualibet diuina pagina sculpi
tur. non habet finem misericordiam. Haec
autem caritas. non qualis cumque est. Nam
& male uiuentes in se uiuant sibi socia & re per
ditae conscientiae & dicuntur amare se nol
le discedere ab inuicem. suis conlocutioni
bus conuolari desiderare se absentes. gaude
re ad praesentiam suam. Amor iste tar
tareus est. uis cum habet quod eiat in pro
fundum non pennas quibus leuatur in caelum.
Quae est autem caritas. ut accideris quae ap
pellatur caritate segregare. tur. & distin
gueretur ea quae caritas dicitur uera christi
anorum. A paulo definita est atque ita
suis quibusdam terrenis circum scripta.
cum sit diuinitate infinita ut omnino dis
cernatur accideris. Finis enim praecepti
est inquit caritas. Possit hoc usque dicere
Nam alius locis ubi tamquam scientibus lo
quebatur hoc usque dixit. Plenitudo le
gis est inquit caritas. Et non dixit qualis
caritas. Ideo alibi non dixit. quia dixit
alibi. Non enim ubique omnia dici
aut possunt aut debent. Ergo hic pleni
tudo legis caritas. Quaerebas forte.
quae caritas. qualis caritas. audis alio
loco. finis praecepti est caritas. decor de puro
Iam uidete utrum inter se habeant latrones
caritatem decor de puro. Purum cor inca
ritate hoc est quando diligit hominem
secundum deum. quia & te ipsum. sic debet
diligere ut non erret regula. Diligit
proximum tuum tamquam te ipsum.
Si enim male te diligit & in utiliter. Ita
& proximum diligendo quidem consulis.
Quomodo autem male te diligit. quomo
do inuenit scriptura quae neminem palpat
& conuincit quia non te diligit. Immo
conuincit quia & odisti te. Quae autem

diligit inquit iniquitatem. odit animam suam. Si ergo diligis iniquitatem. putas quod te ipsum diligas. erras. Ita & proximum diligens ad iniquitatem ducet. & dilectione tua laqueus erit dilecti. Caritas ergo decor de puro est. quae est secundum deum. & conscientia bona. & fide non ficta. Ita caritas definita ab apostolo habet duo praecepta dilectionis dei & dilectionis proximi. In nullis scripturis aliud requiritur. Nemo uobis aliud praecipiat. Quicquid obscurum in scriptura. haec ibi occulta est. Quicquid ibi planum est. haec ibi aperta est. Sinus quae aperta esset. non te pasceret. Sinus quae occulta non te & erceret. Haec caritas clamat decor de puro. decor de talium in his uerbis. qualis hic modo orat. et quis iste sit ut dixerim. Christus est. audituriam estis uerba quae de deo nostro ihesu christo indigne accipiuntur. Et putauit parum intellegens temere me dixisse christi esse personam in hoc psalmo. Quomodo enim potest de deo nostro ihesu christo de illo agno immaculato de illo in quo solo est inuentum peccatum. quis solus uerissime dicere potuit. ecce uenit princeps huius mundi & in nihil inueniet. Id est nullam culpam. nullum reatum. Quis solus quod non rapuit & soluebat. quis solus in nocentem sanguinem fudit. filius dei unicus carnem accipiens. non quia ipse minueretur. sed quia nos augetur. Quomodo ergo de ista persona recte accipitur. Pone deum custodiam oris meo. & ostium continentiae circum labia mea. ut non declines cor meum in uerba maligna. ad excusandas & excusationes in peccatis. Manifestissime quippe iste sensus est. Custodit deum os meum ianua quadam & hostio praecipit ut in uerba maligna non declinetur cor meum. Quae uerba maligna quibus excusantur peccata. Ne inquit

peccata mea malim & excusare quam accusare. Haec uerba in ipsum deum nostrum ihesum christum non cadunt. Quae enim ille peccata commisit. quae confiteri potius quam defendere debuisse. Nra ista uerba sunt. certe christus loquitur. Sintra uerba sunt. quomodo christus loquitur. Et ubi est caritas de qua loquebar. Nescitis quia ipsa unum nos fecit in christo. Caritas clamat ad christum de nobis. caritas clamat de christo pro nobis. Quomodo caritas ad christum de nobis. Iterum omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo caritas de christo pro nobis. Saule saule quid me persequeris. Vos inquit apostolus estis corpus christi et membra. Si ergo ille caput nos corpus. unus homo loquitur. Siue caput loquatur. siue membra. unus christus loquitur. Et capitis est proprium loqui. Etiam in persona membrorum ipsam nostram consuetudinem aduertite. primo quomodo loqui in membris nostris non potest nisi caput. Iam uero caput nostrum quomodo loquatur in persona omnium membrorum aduertite. In angustia tibi pedem calcas. calcas me dicit caput. Vulnerabit tibi aliquis manum. uulnerasti me dicit caput. Caput tuum nullus tetigit sed loquitur unitas conpaginis corporis tui. Omnium membrorum tuorum persona. illa quae in capite est. lingua suscepta. Ipsa pro omnibus uerbo fungitur. Si ergo audiamus christum loquentem. Sed unusquisque agnoscat ibi uocem suam. tamquam herens in christi corpore. Aliquando enim dicturus est uerba. In quibus nullus nostrum inueniat personam suam. Sed ad solum caput pertinet non se tamen se parat & uerbis nostris. & ad sua propria tollit. uel a suis proptius non ad nostra redit. De ipso enim & de ecclesia dictum est. erunt duo in carne una. Unde & ipse in euangelio dicit. De hac ipse. Igitur iam non sunt duo sed

una caro. Haec noua non sunt uobis
semper audita sunt sed per occasiones
necesse est commemorentur. Primo
quia ipse scripturae quas tractamus ita sibi
sunt innexae ut multa in multis repetan-
tur. Et utile est. Cura enim mundi spi-
nas habet & offocit semina. Oportet
sepius adno commemorari quod cogit
mundus obliuisci. Dne clamaui ad te
& audime. Hoc omnes possumus di-
cere. hoc non dico totus xps dicit sed
magis & persona corporis dictum est.
Quia & cum hic esse carnem portans o-
rauit & persona corporis orauit pa-
trem. Et cum orare globis sanguinis
detoto eius corpore distil labant. Scrip-
tum est in euangelio Orauit ihs inten-
ta oratione & sudabat sanguine. Quid
est detoto corpore sanguinis effluxio nisi
detota ecclesia martirum passio. Dne
clamaui ad te & audime. Inde uoci de-
precationis meae dum clamaui ad te
Iam finitum negotium clamandi puta-
bas cum diceret clamaui ad te. Cla-
masti iam noliste securus. Si fini-
ta est tribulatio finitus est clamor.
Si autem manet tribulatio ecclesiae
& corporis xpi usq. in finem saeculi.
non tantum dicat clamaui ad te & audime.
Sed intende uoci deprecationis meae
dum clamaui ad te. Dirigatur oratio
mea tamquam ^{incensu} in conspectu tuo. Eleua-
tio manuum mearum sacrificium uesper-
tinum. Hoc de ipso capite solere intel-
legi. omnis xpianus agnoscit. Declinan-
te enim iam diem in uesperum. dns in
cruce animam deposuit recepturus
non amisit inuitus. Sed tamen & ibi nos
figuratisumus. Quid enim illius pependit
in ligno. nisi quod denobis accepit. Et
unde fieri potest ut aliquando ds pater
dimittat & deserat unicum filium.

quiuatq. cum illo unus ds est. Et tamen
nrām infirmitatem figens in cruce. Ubi
u&us homo nr sicut dicit apostolus con-
fixus est cruci cum illo. & uoce ipsius homi-
nis nr clamauit. Ds meus ds meus ut
quid me dereliquisti. Illud ergo est sacri-
ficium uesperinum passio dñi. crux dñi
oblatio uictimę salutaris. holocaustum
acceptum dō. Illud sacrificium uesp-
tinum fecit in resurrectione munus
matutinum. Oratio ergo pure directa
de corde fideli. tanquam de arasa surgit
incensum. Nihil delectabilius odori
dñi. Sicoleant omnes qui credunt. Ve-
tus ergo honoris apostoli uerba sunt. con-
fixus est cruci cum illo. Ut euacuaretur
inquit corpus peccati. & ultra non seruamus
peccato. Inde & in ipso psalmo cum dicitur
est. Ds ms ds meus ut quid me dereliquisti.
longe a salute mea. Statim subiunctum
est uerba delictorum meorum. quorum
delictorum sic apit ad tendas. Et tamen
eius fuisse uocem in psalmo ipse testatus est.
In cruce ipsa uerba dixit. ipsum uersum pro-
nunciauit. Non est relictus humanae
coniecturae locus. Nullus negandi ad-
itus qualicumq. xpiano. Quod lego in psal-
mo. hoc audio adno. In ipso & iam psal-
mo agnosco. quod in euangelio lego. Foder-
manus meas & pedes. dinumerauerunt
omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt
& conspexerant me. diuiserunt sibi uesti-
menta mea. & super uestem meam miser-
sortem. Haec omnia sicut praedicta ita
facta. Sicut audiuimus. ita & uidimus.
Ergo si dñs nr ihs xps. nos figurans in carna-
te corporis sui. quam uis esse & ipse sine pec-
cato dixit. uerba delictorum meorum.
Dixit autem hoc. & persona corporis sui.
Qui audet in membris eius dicere. non se ha-
bere peccatum. Nisi qui fuerit ausus se
false iustitiae nomine efferte. & xpm

falsitatis arguere. Fatere ergo omnem
 brum. quod pro te pronunciauit caput
 tuum. Quod ut fateamur. quod ut fa
 ciamus. nec nos iustificemus ante conspec
 tum solius iusti. qui iustificat impium. sub
 iecti sui corporis uocem. Pone dñe custodia
 oris mei & ostium continentiae circum labia
 mea. Non dixit claustrum continentiae.
 sed ostium. Ostium & aperitur & claudi
 tur. Ergo si ostium e& aperiat. & clau
 ditur. aperiat ad confessionem peccati.
 clauditur ad excusationem peccati. Ita
 enim erit ostium continentiae. ^{non} fuit
 Quid nobis prodest hoc ostium continentiae
 quid orat & persona corporis xpi. Ut n̄
 declines cor meum in uerba maligna.
 Quid est cor meum. cor ecclesie meae. cor
 utiq; corporis mei. Verba illa ad tendit
 ubi nos regula figitur. Saule saule quid
 me persequeris. cum ipsum nemo tetigisset.
 Esuriui & abastis me. Sitiui & potum de
 distis mihi & cetera. & illi. quando te ui
 dimus esurientem. aut sitientem. Et ille
 cum uni & minimis meis fecistis. mihi fe
 cistis. Haec xpianis inusitata esse de
 bent. maxime in quibus regulae fixae sunt.
 Ceterorum intellegendorum. & aut non
 turbabuntur. aut cito corrigentur.
 Sicut ergo ibi dicitur sunt iusti. Dñe quare
 dixisti. esuriui & dedistis mihi manducare.
 Quando te uidimus esurientem. Et ille
 responsurus est. cum uni & minimis
 meis fecistis mihi fecistis. Sic & b̄ dicit
 mus in xpo in uis in interiori homine n̄ro.
 qui ubi perfidem habitare dignatur.
 Non enim absens est a nobis. & non est cui di
 camus. cum ipse dicat. Ecce ego uobis
 cum sum usq; ad consummationem saeculi.
 Dicamus illi ergo & nos qm uocem eius in hoc
 psalmo accepimus. Cuius enim uox est
 quod nemo negat. eleuatio manuum mea
 rum sacrificium uesperinum. Dic ergo

consequenter. Pone dñe custodiam oris mei
 & ostium continentiae circum labia mea.
 Ut non declines cor meum in uerba maligna.
 ad excusandas & excusationes in peccatis.
 Quare sic oras dñe. Quae peccata tua & excu
 turus es. Responde. cum unus & mem
 bris meis sic orat. ego sic oro. Sicut ibi
 respondit. Cum uni & minimis meis fecistis
 mihi fecistis. Cum autem declinatum
 fuerit cor tuum. Omne membrum xpi. cum
 cor tuum non fuerit declinatum in uerba
 maligna ad excusandas & excusationes in
 peccatis. Cum hominibus operantibus
 iniquitatem non communicabis cum elec
 tis eorum. ^{illorum} hoc enim sequitur. & non
 communicabo cum electis eorum. Qui
 sunt electi eorum. Quis se ipsos iustificat.
 Quis sunt electi eorum. quis sibi iusti uident
 & contempnunt ceteros. Sicut pharisaeus
 ille in templo dicit. Ds gratias ago tibi.
 quia non sum sicut ceteri homines. Qui
 sunt electi eorum. hic homo si propheta
 esset. sciret quae mulier illi accessit ad pe
 des. Agnoscat uocem alterius pharisaei
 quid dñm inuitauerat. quando mulier
 illa quae erat in ciuitate peccatrix. uenit
 & accessit ad pedes eius. Illa in pudica
 quaedam frontosa. ad fornicationem /
 frontosior ad salutem. Inrupit in domū
 alienam. Sed ille qui discumbebat. non
 erat alienus. Non & tranea quemlibet
 conuiuam. sed ancilla dñm suum secuta
 est. Accessit ad pedes quia eius uestigia
 sequi cupiebat. Lauit lacrimis. terxit
 capillis. Pedes xpi qui sunt nisi per quos
 peragrauit totum mundum. Quam spe
 ciosos pedes eorum quia nunciant pacem
 qui adnunciant bona. Pedes ergo dñi
 quanti susceperunt. ut suscipiendo iustū
 in nomine iusti. mercedem iusti accipe
 rent. Et susceperunt prophetae. ut mercedem

phœae acciperent. Et quicumq; potum dederit inquit uni & minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli. Amen dico uobis non perdet mercedem suam. Qui ergo tali humanitate pedes dñi suscepit. quid inpendit nisi quae habebat in domo superflua. Merito quia capilli quasi superflui sunt. Inde illa pedes dñi detergebat. Superflua tua necessaria fiunt tibi. si inde fueris obsecutus pedibus dñi. Ergo illa curari uolebat conscientiae magni uulneris. Sed numquid magnum uulnus. & paruus medicus. pharisaei autem nolebant se tangi ab inmundis uitabant omnem contactum peccatorum. Et si quando forte necessitate tangebantur abluabant se. Et prope omnes horas baptizabant non tantum se. sed & uas sua. lectos suos. Calicem parapsidis. sicut dñs in euangelio commemorabat. Cum ergo ille pharisaeus nosset hanc mulierem quae utiq; si ad pedes ipsius pharisaei accederet. repelleret eum nescitatus eius pollueretur. Habebat enim eum in corpore non in corde. Et quia eum non habebat in corde. utique falsam habebat in corpore. Quia ergo ille eum repulsurus esset. cum hoc dñs non fecit. Existimauit eum nescire quae illa esset. & dixit apud se ipsum. Hic si esset propheta sciret quae mulier accessit illi ad pedes. Non dixit reppulisset eum. sed sciret quae esset. tanquam esset consequens. ut si sciret repelleret. Ex illo ergo quod non eum repulit. & iam nescisse eam pro certo suspicatus est. Omnis autem sic habebat oculos ad illam mulierem. ut aures haberet in corde pharisaei. Itaq; audita cogitatione eius. proposuit similitudinem quam nostis. Duo debitores erant cuidam feneratori. unus ei debebat quingentos denarios. alter quinqua ginta.

Cum ambo non haberent unde redderent donauit am bobus. Quaero abste inquit. quis eum plus dilexit. Et ille respondit iam coactus. ueritatem aduersus seipsum proferre sententiam. Credo dñe inquit qm ille cui plus donauit. et conuersus ad mulierem. dixit ad simonem. Uides istam mulierem. Introii in domum tuam osculum mihi non dediti. Illa autem non intermisit pedes meos osculari. Aquam mihi ad pedes non dediti. Illa lacrimis suis lauit mihi pedes. Oleum mihi non dediti. Illa unxit ungento. Propter eadico tibi. dimittentur ei peccata multa. quia delixit multum. Quare. quia confessus est. quia fleuit. qui ad declinatum est cor eius in uerba maligna ad excusandas & excusationes in peccatis. Non combinata est cum electis eorum. Id est defendentibus se. Non enim & huic mulieri. si declinaretur cor eius in uerba maligna. de esset defensio peccatorum. Annon cotidie pares ei in turpitudine. sed non pares in confessione meritis flagitiosae. adulterae defendunt peccata sua. Si tuerint negant. si autem uel deprehensae. atq; conuictae fuerint. uel publice id egerint defendunt. Et quam facilis defensio earum. quam circa sed quam praeceptis quam cotidiana. & quam sacrilega. Osidit hoc nolle. non facerem. Hoc uoluit dñs. hoc uoluit fatum. fortuna hoc uoluit. Non dicit ego dixi dñe miserere mei. Non quomodo illa peccatrix ad pedes medici ueniens. Sanaui manum meam qm peccauit tibi. Et ista fr̄ mei. qualium defensio est. Non solum doctorum. sed & iam doctorum. Sedent & computant sidera interualla. cursus uolubilitates. status. motus. Intendunt. describunt contiunt. Docti magni uidentur. Totum hoc doctum. & magnum. defensio peccati est. Irit. adulter

quia sic habes uenerem. Eris homicida
quia sic habes matrem. Mars ergo homi-
cida nontu. & adultera uenus nontu.
Uide ne & pro Marte & prouenere tu dam-
neris. Dñ enim qui damnaturus est nouit
qui tuus quid dicit non ego iudici scienti. Por-
ro ipse mathematicus qui tibi fabulas la-
queorum tuorum & iam uendit. ut non
uel gratuitam compares mortem. Eris
enim mortem a mathematico precio.
qui contempsisti uitam xp̄o gratis. Ipse
ergo mathematicus. si uxorem suam paulo
peculantius uiderit conuersari. aut ali-
quos alienos inprobe adtendere. aut se-
nestram crebro rep̄dere. Nonne arti-
pit uerberat. & dat disciplinam in do-
mo sua. Respondeat illi uxor si potest ue-
nerem caede. Nonne & ille respondebit.
Fatua aliud est quod competit rectori. aliud
quod profertur emptori. Ergo electi
eorum quisunt. electi malorum. electi
impiorum. cum quibus non est con-
binandum. Id est cum quibus non est haben-
da societas. Quisunt autem. arbitran-
tes se iustos. & contempnentes ceteros quasi
peccatores. sicut erant illi pharisaei.
Aut quia ipsa peccata manifeste uel depra-
henduntur. uel publice fiunt. Defenden-
tes & asserentes ne aliquid eorum culpe
tribuitur. & ut ipsi nihil mali fecisse iudi-
centur. Sed totum dñ. qui uel sic creauit
hominem dicunt. uel stellas composuit.
uel res humanas neglegit. Defensiones sunt
electorum saeculi. Sed dicat membrum
xp̄i. dicat corpus xp̄i. Dicat xp̄s & per-
sona corporis sui. Non declines cor-
meum in uerba maligna. ad excusan-
das excusationes in peccatis. Cum homi-
nibus operantibus iniquitatem. & non
conbinabo cum electis eorum. Nostis
fr̄ quod non est pr̄termittendum.
quasi iustos eminentiores in se tenentes

uel ut primum gradum iustitiae elec-
tos uocari apud manicheos. Qui noue-
runt recognoscant. qui nesciebant audi-
ent. Electi quidem sunt dñ omnes sc̄i.
Et habemus hoc in scripturis. Sed asurpa-
runt sibi illud nomen. & quasi familiarius
sibi applicauerunt. ut tam ^{quam} propriae iam
electi appellentur. Quisunt isti electi.
quibus si dixeris peccasti. statim illam
defensionem impiam. & peiorem & etis
magisq; sacrilegam proferant. Non ego
peccaui sed gens tenebrarum. Quae est ista
gens tenebrarum. quae bellum gessit
cum dño. Et ipsa peccat qm̄ tu peccas.
Ipsa inquit quia commixtus sum illi.
Dñ enim qui te commiscuit quid timuit.
Hoc enim dicit. quod illa gens tenebrarum
rebellauerit aduersus dñm antequam
mundus fuerit. Et ille cauent ne regna
eius. illo adueniente hostili impetu uasta-
rentur. misit huc membra sua. substan-
tiam suam. hoc quod est ipse. Si aurum.
aurum. Si lux. lucem. Quicquid illud
est hoc misit. & miscuit uisceribus gentis
tenebrarum dicunt. & fabricauit ^{inde} mundum.
& nos animae inquit de ipsius membris dñ
sumus. Sed praemimur hic uisceribus
gentis tenebrarum. Et quicquid peccare
dicimur illa gens peccat. Sequidem ui-
dentur & excusare a peccato. sed dñm suum
non excusant acrimine timoris. Nec ipsa
substantiam dñi sui acrimine corruptibi-
litatis. Si enim incorruptibilis dñ. si
contaminabilis. si immaculabilis. si in-
penetrabilis. quid ei factura erat gens illa.
fecisset illa quem uell & imp̄um.
Quomodo terret & impenetrabilem. in-
contaminabilem & incorruptibilem. Si
ergo talis dñs crudelis. quia sine causa huc
uos misit. cui nihil noceri poterat. Quare
uos misit. Ecce gens tenebrarum illi nocere
non poterat. Ipse autem grauius

uobis nocuit. Et ipse magis quamquam
ille hostis uester fuit. quamquam & ipse
uobis nocere potuit. Potuistis praemi-
potuistis captiuari. potuistis inquinari.
potuistis corrumpi. Potuit ergo ille.
Frustum enim quodammodo & particula
naturae ipsius conuincit massa. Quale
est illud quod huc misit. tale est quod ibi
remanet. Hoc ipsi dicunt. Ipsi fatentur.
quia duae substantiae sunt. Una illa. &
una ista. Libri eorum hoc habent. Et
sinegant. leguntur & conuincuntur.
† Quid ergo ut in hoc uno & ordio nihil ampli-
us dicat. Non dicam peiora. non dicam
sceleratiora. In hoc ipso & ordio quo bel-
lum inducunt. Uidete quem ammodum
debellentur. Et ubi pugnatum aduersus
dm dicunt. Ipsi in eorum uerborum pug-
na capiuntur. Non enim est quod dicunt
aut quo refugiant. Sed uis onefandae fal-
sae electe defendere peccatum tuum. ut
quando aliquid mali feceris. non tufecisse
uidearis. Quae res in quem peccatum
tuum refundas. Et refundis in gentem
tenebrarum. Sed ad dm adtende. si n̄
in illum refundis. Si enim posses gens
tenebrarum quam fingitis. hoc tibi dice-
re & quid me accusas. Potui aliquid fa-
cere do tuo. an non potui. Si potui fortior
illosum. Si non potui. quare me timuit.
Quare huc te misit. ut tanta hic patiaris
cum sis membrum ipsius. cum sis substan-
tia ipsius. Si non timuit. inuidit. Si hoc
timore non fecit. crudelitate fecit. Quia
ergo iniquus est cui nihil nocere poterat.
& fecit ut membrum suum hic ita noceret.
An poterat nocere. Ergo incorrup-
ibilis non est. Cum uis te ergo defende-
re de peccato tuo. laudare non potes dm.
In laude di non caperis. nisi in tua iacta-
reris. Transi ad uituperationem tuam.
& laudabis dm. Redi ad uerba psalmo

rum quos & eorum. Dic ego dxi.
dne miserere mei. sana animam qm pecca-
ui tibi. Ego dxi. ego peccavi. Non fur-
tuna non fatum. non gens tenebrarum.
Sic ergo tu peccasti. Iam uide quem ammo-
dum patet laus di in quo angustabaris
cum te uelles defendere. Melius in pec-
catis angustaris & in illius laude dilata-
ris. Iam ergo confessio peccato tuo. uide
quem ammodum laudetur di. Quia
& iustus est cum te perit per seuerantem
& misericors cum liberat confitentem.
Non ergo inquit declines cor meum in uerba
maligna. ad excusandas & excusationes in pec-
catis. Ut dicam quia gens tenebrarum
fecit quod ego feci. Cum hominibus ope-
rantibus iniquitatem. Quam iniqui-
tatem. Dicamus aliquam eorum nefan-
dam iniquitatem. Audite iniquitatem
nefarium manicheorum publicam.
quam confitentur. Expedire dicunt
hominem fenecitorem esse quam agricolam.
Quaeris causam. & reddunt rationem. Si
ratio illa non dementia nominanda est.
Qui enim in usurae inquit dat pecuniam. non
ledit crucem luminis. Multi non intel-
legunt sed & ponam. Qui autem inquit
agricola est. multum ledit crucem lumi-
nis. Quaeris quam crucem luminis.
Membra inquirunt illa di quae capta
sunt in illo praelio. mixta sunt uniuersum
omnino mundo. Et sunt in arboribus in her-
bis. In pomis in fructibus. Di membra
uexat. qui terram sulco discindit. Di
membra uexat. qui herbam de terra uellit.
Di membra uexat. qui pomum carpit
de arbore. Haec nefariat magis falsa
homicidia. facit in fenore uera homicidia.
Panem in uidi carni non porrigit. Uideat
si potest esse maior iniquitas ista iustitia.
Panem in uidi carni non porrigit. Quae-
ris quare. Ne uitam quae est in pane

dicunt membrum di substantiam diuinā.
 medicus ille accipiat & liget illam in carne.
 Quid ergo uos? Quid quare manducatis?
 carnem non habetis. Sed nos inquit
 fide manchet illum in luminati sumus ora
 tionibus & psalmis nostris qui electi sumus
 purgamus inde uitam quae est in illo pane
 & mitamus illam ad thesauros caelorum.
 Tales sunt electi ut non sint saluandi ad
 sed saluatores di. Et ipse est xpi. Dicunt
 crucifixus in toto mundo. Ego in euange
 lio saluatorem acceperam xpm. Vos au
 tem in libris uis saluatores xpi. Istis pla
 ne blasphematores xpi. Et ideo xpo
 non saluandi. Ergo buccella nec datur
 medico & plorat in buccella membrum di
 medicus fame moriturus est. Falsam
 misericordiam in buccella. facit uerum homici
 dium in hominem. Sed quis sunt isti elec
 ti eorum. Non declinet cor meum in uer
 ba maligna. & non combinabo cum electis
 eorum. Emendauit me iustus in mis
 ericordia & argua me. Videte peccato
 rem confessorem emendari se uult mis
 ericorditer. quam laudari fallaciter. Emen
 dauit me iustus in misericordia. Si iustus
 est. si misericors est. quando me uidet
 peccantem. Hoc utique quaedam mem
 bra xpi dicunt in uno corpore. dignatur
 loqui dñs se per persona emendatoris. nec
 respuit personam emendati. uel emen
 dantis. Omnia enim membra in illo.
 & ipse dicit. emendauit me iustus in mi
 sericordia. Quis iustus te emendaturus
 est. Caput emendat omnia membra.
 Emendauit me iustus in misericordia
 & argua me. Argua sed in misericor
 dia. Argua sed non odit. Et eo magis
 argua quia non odit. Et iste quare
 inde gratias agit. quia corripit sapientem
 & amabit te. Emendauit me iustus.
 Quia persequitur. Absit. Hic est potius

emendandus studio emendat. Quare
 ergo emendat. in misericordia. Et argua
 me. In qua. In misericordia. Oleum
 autem peccatoris non inpinguabit caput
 meum. Quid est oleum peccatoris non
 inpinguabit caput meum. Non crescit
 caput meum de additione. Falsus
 additoris. hoc est oleum peccatoris. Prop
 ter ea & homines qui falsa laude aliquem
 inriserunt. hoc & iam de illo dicunt. Un
 xi illi caput. Amate ergo argua iusto
 in misericordia. Nolite amare laudari
 a peccatore cum inrisione. Habete
 oleum uobiscum. & non quaeratis oleum
 peccatoris. Sapienter enim ille uir gi
 nes. secum portabat oleum. Sapienter
 uir gines secum oleum portabat. Idest
 conscientia illarum est testimonium per
 hibebat. Oleum gloria est. Fulge
 rit & in superficie. Sed bona debet esse
 gloria. & uera gloria. & ibi sit in uasis
 suis. Audi quid est in uasis. Probat autem
 se homo. & tunc in semetipso habebit gloria
 & non in altero. Quid est in uasis suis.
 Audi ipsum apostolum. Nam gloria nra
 haec est testimonium conscientiae nrae.
 Postremo quia in corpore xpi est. & adhuc por
 tas mortalitatem quandam. tu tibi esto
 iustus & in te esto iustus. Peccatores uindica
 in te. Redi ad conscientiam tuam. & iuge
 de & poenae. cruciate ipsum. Ita enim of
 fert sacrificium dño. qui si uoluerit sacri
 ficium dedissem utique. ut peccator holo
 caustis non delectaberis. Quid ergo
 nullum accipit sacrificium. Sacrificium
 dño ipse contribulatus cor contritum & humi
 latum dñs non spernit. Humilia cor tuum.
 conterere cor tuum. crucia cor tuum. & tunc
 ipsum emendabis in misericordia. Non
 enim odisti te cum facis in te. Eris in
 parte emendate iustus quam uis sis ad huc
 in emendanda peccator. Ex qua parte eni

Et in te ipso non quod
ille fecit sed quod ille
odit odisti.

tibi displices. iustus es. Ex qua tibi displice
atque in te quod iustum est. iniustus es. Vis
uidere quam iustus sis. hoc in te tibi displice
atque quod & deo. Jam coniunxisti te uolun
tati dei. Ex eo quod odisti in te quod fecisti.
Quod odit & ille qui hoc non fecit. coepisti
esse in te seuerus. Erat ille misericors.
Parce quia tu non pepercisti. Ergo &
quo coniunctus es oculis eius. & condelec
taris legi eius. Et hoc in te argues quod
lex eius arguit. & hoc in te tibi displice
atque quod & oculis dei displice. Uide quam iustus
es. Ex quo autem lapsus fecisti ea quae
displicent deo. & fragilitate quadam infirmi
tatis humana prolaberis in illa. Et adhuc
portas infirmitatem carnis & gemis cuiusdam
reluctationis conscientia. ex hac parte iniquus
es & peccator es. Quomodo inquit & qua
dam parte iustus. & quadam parte peccator.
Quid est quod dicis laboramus. Videamus
loqui contraria. nisi nobis subueniat aposto
lica auctoritas. Audi illud ab apostolo
secundum interiorem hominem. Ecce
iustus. Annon est iustus qui condelectatur
legi dei. Unde ergo peccator. Uideo
aliam legem in membris meis. repugnante
legi mentis meae. & captiuum me ducentem
in lege peccati. Adhuc bellum aduersum
me gero. nondum sum totus instauratus
ad imaginem fabricatoris mei. Coepi
resculpi & ex parte qua reformor. displice
atque mihi quod deforme est. Ergo qua
diu ita sum quid spero. Infelix ego homo.
quis me liberabit de corpore mortis huius.
gratiadi per ihm xpm dnm nrm. Gratia
di quae iam coepit resculpere. Gratia di
quae infundit suauitatem. ut iam per in
teriorem hominem condelecteris legi dei.
Hinc ceteras amabuntur. unde ista sanata
sunt. Zeme adhuc uulneratus. castiga
te displice tibi. Non sic pugno inquit.
quasi aerem caedens. Sed castigo corpus

Et non malus intellectus accuset. Condelector enim legi dei.

meum. & in seruitutem redigo. ne forte
aliter praedicant. ipse reprobus inueniar.
Numquid qui castigat corpus. odit corpus.
Siqui castigat seruum. odit seruum. Siqui
uerberat filium. odit filium. Et ut aliquid
coniunctus eloquamur. caro tua. tam
quam coniux tua est. hoc ipse apostolus
dicit. Nemo unquam carnem suam odio
habuit. sed nutrit & fouet eam. sicut & xps
ecclesiam. Certe caro tamquam coniux
est. & nemo carnem suam odio habuit.
Tamen quid alio loco. Caro concupiscit ad
uersus spm. & sps aduersus carnem. Con
cupiscit aduersum te. tamquam coniux
tua. Ama & castiga donec fiat in uita
reformatione. una concordia. Quando
istud erit qm modo clamas. Infelix ego
homo quis me liberabit de corpore mortis
huius. Numquid separabitur a te
hoc corpus. & tunc securus eris. Et qui
dem in nobis & ipsis in gemescimus. adop
tionem & expectantes redemptionem corporis
nri. Reparatus ergo ad immortalitatem
& iam non resistit. quia non est mortalitas
quae resistit. Propter ea castiga corpus
tuum. modo doma quod postea recipias.
modo sufficiat. ut non deficiat. Nam
in hac uita reparari non potest. quam diu
mortale geritur. Non te deponat. non
te abrumpat. Porta. erudi. castiga. repa
rabitur in finem. Et quia nemo unquam
carnem suam odio habuit. Resurge
& caro. Sed quomodo & iam. tunc lucta
turus sum. Oportet inquit corruptibi
le hoc induere in immortalitatem. Ergo
cum dicitur. emendabit me. & arguet me
Sive sit frater. siue sit proximus. siue
sit uicinus. siue tu ipse. in misericordia
debet argui & emendari. Oleum autem
peccatoris non in pingue caput meum
Sed quid facio dicis mihi. patior ad laborer.
Non cessant praestrepere laudant in me

Et induere incorruptionem. & mortale hoc

quae nolo. quae ego parumpendo laudant
 ut confiteatur nomini tuo . Iam educta de corrup-
 tione . quid habes confiteri . peccata ibi non sunt .
 sed laudes sunt . Duobus modis autem confes-
 sio intellegitur . & in peccatis nostris & in lau-
 de di . In peccatis nostris nota est confessio .
 & ita nota omni populo . ut quando audiam fu-
 erit nomen confessionis in lectione siue in lau-
 de dicatur . siue de peccatis dicatur . Currant
 pugni adpectus . Notum est ergo nomen con-
 fessionis de peccato . Confessionem in laude
 queramus . Vbi in uerbum . habet in scripturis
 & haec dicitur in confessione . opera dñi uniuersa
 quae bona ualde . Ergo hic confessio laudis
 est . Alio loco ipse dñs dicit . Confiteor tibi
 dñe pater caeli & terrae . Quid ergo confite-
 batur . non quid peccata . Xpi ergo confite-
 ri erat laudare . Et audi laudem patris . qui
 abscondisti haec inquit a sapientibus & pruden-
 tibus . & reuelasti ea paruulis . Quia ergo
 post istas corruptiones angustias . habitabimus
 in domo di . tota uita nostra non erit nisi laus
 di . Iam sepe uobis expositum est . quia recedente
 necessitate . omnia negotia necessitatis interci-
 dunt . Quia non erit quid ibi agamus . non dico
 die & nocte . ubi nox non est . sed tota die . Cum
 unus dies est . Non erit quid ibi agamus . nisi
 laudemus quem diligimus . quia tunc & iude-
 bimus . modo non iussum desideramus . & lauda-
 mus . Tunc uisum quod amamus . quomodo
 laudabimus . sine fine erit laus . quia sine fine
 amor . quia ergo hoc ibi agimus . Ideo educ de
 carcere animam meam ut confiteatur nomi-
 nituo . Beati enim qui habitant in domo tua
 in secula seculorum laudabunt te .
 Modo impedit carcer quia corpus quod corrom-
 pitur ad grauat animam . non corpus grauat
 animam . Nam & tunc habebimus corpus . sed
 corpus quod non corrumpitur . Ergo carce-
 rem facit non corpus sed corruptio . Educ de
 carcere animam meam ut confiteatur nomi-

ni tuo . Iam uox quae sequitur . Excipite so-
 nat dñi nostri ihu xpi . Est talis ipsa . qua
 lis besterna ultima . besterna enim ul-
 tima si memineris haec fuit . singularis
 ego sum donec transeam . & hic quae est ul-
 tima . me sustinebunt iusti . quo ad usq; re-
 tribuas mihi .

EXPLICIT DE PSALMO . C XL I .

INCIPIT TRACTATUS DE PSALMO . C XL II .

DE PSALMO QUEM CANTAUIMUS
 loquar quod dñs dederit caritati ues-
 trae . besterno die psalmus breuior tracta-
 batur . sed spatium temporis dabat nobis co-
 piam & iam de pauca multa dicendi . Nunc
 quod prolixior psalmus est . non debemus tan-
 tum in singulis uer sibus immorari . ne for-
 te concedat dñs facultatem . ut totum per-
 agere ualeamus . Titulus psalmi est . ipsi
 dauid . quando cum filius suus per sequeba-
 tur . In regnorum libris nouimus hoc
 factum esse . Existisse inimicum ab sa-
 lon . patri suo . gessisse contra illum . non
 solum civile . uerum & iam domestica cum
 bellum . Illum autem non deiecit in-
 que . sed humiliatum piae . accepisse ad no-
 disciplinam . sustinuisse medicinam . non
 retribuentem iniquitati iniquitatem .
 sed paratum cor habuisse ad sequendam
 dñi uoluntatem . Ille dauid ita laudabi-
 lis . sed alius dauid uere manu forte
 quod inter pretatur dauid . dñs nos ter-
 ibi xpi agnosceris dñs nobis . praeteri-
 ta enim illa facta . figurae fuerunt futu-
 rorum . nec diu commendandum est .
 quod sepe audistis . quod optime retinetis .
 Queramus ergo in hoc psalmo . dñm & sal-
 uatorem nostrum ihu xpm praenuntian-
 tem se per hanc prophetiam . Et quid
 futurum esset in hoc tempore . per ea quae
 pridem facta sunt praedicatem . Ipse enim

se in prophetis predicabat. quo ipse est uerbum /
di. nec illi aliquid tale dicebat nisi pleni
uerbo di. Adnuntiabant ergo xpm. pleni
xpo. & illi cum uenturum praecedebant.
quos praecedentes non deserebat. Agnosca
mus ergo quem admodum & xpm per se
quebatur filius suus. A habebat enim fili
os de quibus dicebat. Non ieiunant filii spon
si. quamdiu amicus est sponsus. Cum au
tem ab eis ablati fuerit sponsus tunc iei
nabunt filii sponsi. Ergo filii sponsi. apos
toli. Et inter hos persequitur diabolus u
das. passionem itaq. suam in hoc psalme pre
dicaturus est xps. Audiamus. Rursus autem
ad hoc intentionem facimus caritatem ueritatem
non docendo quod ignoratis. sed ammonen
do quod noscitis. dnm & saluatorem nostrum
ihm xpm. caput esse corporis sui. Illum
unum mediatorem esse di & hominum.
hominem ihm natum ex uirgine. tanquam
insolitudine. sicut in apocalypsi audimus.
Per solitudinem quippe arbitror. quod solus
ita natus est. hunc enim illa mulier pepe
rit rectorum populum in uirga ferrea.
Haec autem mulier. antiqua est ciuitas di.
De qua in psalmo dicitur. Gloriosissima de
dicta sunt ciuitas di. Haec ciuitas initium
habet ab ipso abel. sicut mala ciuitas aca
m. Antiqua ergo ista ciuitas di. semper
tolerans terram. sperans caelum. quia & iam
hierusalem uocatur & sion. Vtq. denato
quodam in sion. & conditore ipsius sion psal
mus quidam dicit. Mater sion dicit homo.
Quis homo. & homo factus est mea & ipse
similauit eam altissimus. Deniq. ipse in
sion factus est homo. sed humilis factus est
homo. & idem ipse altissimus similauit eam.
Ciuitatem in qua factus homo. Itaq. & illa
mulier. sole cooperabatur. Sole ipso iusti
ciae quem non cognoscunt impii. Quis dic
turi sunt in fine. Ergo errauimus a ius
ticiis & iusticiae lumen non lux nobis

& sol non ortus est nobis. Est ergo quida
sol iusticiae qui non oritur impis. Ceteru
m facti oriri super bonos & malos.
Ergo & amicta erat sole. & gestabat in se
ribus masculinum paritura. Idem ipse erat
non desion & nascens in sion. Et illa mulier
ciuitas di. eius luce protegebatur. cuius
carne grauidabatur. Merito & limam ha
bebat sub pedibus quia mortalitatem erat
centis & decrescentis carnis. uirtute calca
bat. Ergo ipse dñs xps caput & corpus.
Uoluit enim & iam loqui in nobis. qui dig
natus est mori pro nobis. Membra sua nosse
cit. Aliquando itaq. ex persona membro
rum suorum loquitur. Aliquando ex perso
na sua tanquam capitis nostri. Habet
aliquid ille quod dicat sine nobis. nos uero
sine illo nihil possumus dicere. Apostolus
dicit. ut suppleam quae desunt pressuram
xpi in carne mea. Ut suppleam inquit quae
desunt pressuram. non meam sed xpi in
carne. non iam xpi sed mea. patitur inquit
xpi adhuc pressuram. non in carne sua in qua
ascendit in caelum. Sed in carne mea quae
adhuc laborat in terra. Xps inquit pressuram
patitur in carne mea. Uiuo enim iam non
ego uiuit uero in me xps. Nisi enim xps &
in membris suis. hoc est fidelibus suis. pressu
ram ipse pateretur. Salus in terra xpm in
caelo sedentem non persequeretur. Deniq. ap
te hoc exponens quodam loco. sicut enim
corpus unum est. & membra habet. Omnia
autem membra corporis cum sint multa unu
est corpus. Ita & xps non ait. Ita & xps. sal
corpus unum. membra multa. Ita & xps. totum
ergo xps. & quia totum xps. ideo caput dicitur
lo. Saule inquit saule quid me persequeris.
Tenece hoc. & fixum omnino mandate memo
riae. tanquam filii ecclesiasticae eruditiones.
& fidei catholice ut agnoscat xps caput
& corpus. Eundemq. xpm uerbum di. uni
genitum aequalem patri. Unde uidetur

quanta gratia pertineat ad dñm ut ipsa
 uoluerit esse nobiscum. vnus quiescē compa
 tre vnū. quomodo compatre vnū?
 Ego & pater vnū sumus. Quomodo no
 bisum vnus. non dicit inquit & seminibus
 tanquam in multis. sed tanquam in vnū.
 & semini tuo quod est xps. Sed ait aliquis
 si xps semen abrahae. numquid nos mem
 to quod semen abrahae xps. Ac per hoc si
 & nos semen abrahae. Ergo & nos xps.
 Quomodo vnū corpus. multa membra. Ita
 & xps. quot quot in xpo baptizati estis.
 xpm induistis. Nempe semen abrahae xps.
 Nec contra dici potest. a p̄tōlis ap̄t̄issimis
 uerbis & semini tuo quod est xps. Videte
 quid nobis dicat. Si autem uos xpi. ergo
 abrahae estis semen. Ideo magnum est &
 illud sacramentum. erunt duo in carne
 vna. Apostolus dicit sacramentum hoc
 magnum est. Ego autem dico in xpo & in
 ecclesia. xps & ecclesia duo in carne vna.
 Refert ad diuinitatem maiestatis. duo duo
 plure. non enim & nos uerbum. non enim
 & nos in principio dī apud dñm. non enim
 & nos ille per quem facta sunt omnia. ue
 nitur ad carnem. & sibi xps. & ille & nos.
 Non ergo miremur in psalmis. multa enim
 dicit ex persona capitis. multa ex persona
 membrorum. & hoc totum tanquam vna
 persona sit. Ita loquitur. Nec mireris quia
 duo in uoce vna. Si duo in carne vna iudas
 filius sponsi persequens sponsum. hoc tunc
 contigit an & futurorum exemplum prae
 missum est. Multos enim falsos fratres pas
 sira ecclesia erat. ut adhuc & usq; in finem
 sponsum illum filius persequatur. Si enī
 exprobrasset mihi. sustinuissem utiq; ait.
 Et si is qui oderat me super me magna lo
 cutus fuisset. abscondissem me utiq; ab eo.
 Quis est inimicus? quis est qui oderat me?
 Qui dicit quis est xps. homo fuit xps. nec
 uiuere potuit cum uellet uiuere & mortuus

ē inquit nolens. Cunctus crucifixus. occisus.
 Inimici ista dicunt. Apertus iste inimicus
 est ait xps. Odes me apertus mihi indicat
 inimiciat. facile est istum uel tolerare
 uel euitare. Quid facio de abessalon. quid
 facio de iuda. quid de falsis fratribus. quid
 de malis filiis. Et tamen filius. qui non con
 tra nos blasphemauit xpm. sed nobis cum
 adorant xpm. & nobis persequuntur xpm.
 De quibus consequenter in eodem psalmo
 dicitur. alium facile erat perferre eum
 qui oderat me. uel abscondere me ab eo.
 Abscondis enim te a pagano. intrant eccle
 siam quando autem & sibi inuenit quod
 timeas. quid queris. ubi te abscondas. Deniq;
 ille ipse apostolus. qui gemit in periculis
 a falsis fratribus. foris inquit pugne. intus
 timoris. Si ergo is qui oderat me super me
 magna locutus fuisset. absconderem me
 utiq; ab eo. Tu uero unanimis meus.
 Vnanimem dicit tanquam vnū in xpo.

Dne exaudi orationem meam perape
 auribus praecem meam. hoc est exau
 di quod perape auribus. Repeticio confir
 matio est. In ueritate tua exaudi me in
 tua iusticia. Ne utcumq; accipiat cum
 dicitur in tua iusticia. Commendatio enī
 est gratiae. ne unus quisq; nostrum iusti
 ciam suam putet. haec enim iusticia dī
 est. quoniam ut habes dī dedit. Nam qui uo
 luerunt de sua iusticia gloriari. quid de
 illis dicit apostolus. Testimonium inquit
 eis perhibeo quia zelum dī habent. de u
 deis loquens. zelum inquit dī habent. sed
 non secundum scientiam. Ignorantes enim
 dī iusticiam & suam uolentes constituere.
 iusticiae dī non sunt subiecti. qui ergo uo
 lunt constituere iusticiam suam. qui
 quod bene fecerint. sibi imputant. quod ma
 le dō. omni p̄r uersi. Deniq; recti erunt
 cum hoc ipsum conuerterent. peris idē
 quia quod male dō. quod bene tibi. Rectus

eris quando quod male feceris tibi quod be-
nefeceris deo. Non enim ex impio iuste ui-
ueret nisi ab illo iustus factus qui iustificat
impium. Ergo inquit in ueritate tua ex-
audi me. in tua iusticia non in mea. ut
inueniar in illo non habens meam iustici-
am quae ex lege est. sed eam quam exi-
de. ecce in tua iusticia exaudi me. Ad me enim cum respicio nihil aliud me-
um quam peccatum inuenio. Et nem-
tres cum seruo tuo in iudicio. Qui cum illo
intrare uolunt in iudicium. nisi qui igno-
rantes de iusticia. suam uolunt confiteri.
Quid est quod ieiunauimus & non iudicasti.
Defraudauimus animas nostras & nescisti.
Tamquam dicentes facimus quod iustitiam.
quare non reddis quod promissisti. Respon-
dit tibi deus. ut accipias quod promissi. ego da-
bo ut faceres. quare acciperes. ego dedi.
Denique superbis talibus loquitur propheta.
Quid uultis mecum iudicio contendere.
Omnes dereliquistis me dicit deus. Quid
uultis mecum in iudicio intrare. & iusti-
cias uestras commemorare. Commemorare
iusticias uestras. ego noui facinora uestra.
Quomodo adprobabo iusticiam. ubi dan-
nabo superbiam. Merito iste humilis in
corpore christi. dicens accipite quoniam mitis est
& humilis corde. Ne intras inquit in iudi-
cio cum seruo tuo. Non litigemus nolote
cum habere causam. ut ego proponam ius-
ticiam meam. tu conuincas iniquitatem
meam. Ne intras in iudicium cum ser-
uo tuo. Quare hoc. quare times. quoniam
non iustificabitur coram te omnis uiuens.
Omnis uiuens. huiusmodi uiuens. Huius
homo & hominibus uiuens. De adam
ada uiuens. Omnis ita uiuens. ius-
tificari forte potest coram se. Conuincit
quomodo. Coram se sibi placens. tibi
displicens. Coram te autem non iustifi-
cabitur omnis uiuens. Noli ergo mecum

intrare in iudicio domine meus. Quantum libet
rectus mihi uidear. producis tu de thesauro
tuo regulam. coaptas me ad eam & prauus
inuenior. Ne intras in iudicium cum seruo
tuo. Bene cum seruo tuo. Indignum tibi in
iudicium intrare cum seruo tuo. nec cum amico
quidem tuo. Quia uobis dico amici mei.
non diceret nisi ex seruis amicos tuos fecerit.
Tu licet dicas amicum. ego conseruiam seruum.
Misericordia indigeo. fugit uisus redeo.
pacem quero. non sum dignus uocari filius
tuus. Ne intras in iudicium cum seruo tuo.
quoniam non iusti cabitur in conspectu tuo omnis
uiuens. Ante mortem ne laudes hominem.
quemquam. Omnino omnis uiuens. quid ipsi
arietes. quid ipsi apostoli. de quorum prole
dicitur. Adferre domino filios arietum. ex-
hibet paulus quid dicit. non se esse perfec-
tum. Non quia iam acciperem inquit ut
iam perfectus sim. Denique fratres ut cito ag-
noscat. ipsi di dicerunt orare. quod oramus.
Ipsis data est regula postulandi. auris portio
caelesti. Sic orate inquit. & cum quaedam pro-
mississet posuit. & hoc ut dicerent arietes
nostri duces ouium & precipua membra pas-
toris. & congregatores unius gregis ipsi dicit
cerunt dicere. Dimitte nobis debita nos-
tra. sicut & nos dimittimus debitoribus nos-
tris. non dixerunt gratias tibi. qui dimisisti
nobis debita nostra. sicut & nos dimisimus
debitoribus nostris. Sed dimitte. sicut di-
mittimus. Orabant autem iam fideles
utique iam apostoli. Nam ista oratio domi-
nica magis fidelibus datur. Si debita illa
tantum modo dicerentur. quae per baptis-
mum dimittuntur cathecuminis. congrue
et magis orare dimitte nobis debita nostra.
Dicit ergo apostoli. dicit dimitte nobis
debita nostra sicut & nos dimittimus debita
ribus nostris. & cum eis dictum fuerit.
quare hoc dicitis. qui debita uestra responde-
ant. quoniam non iustificabitur in conspectu

tuo omnis uiuent - Quo per secutus est mi-
 micus animam meam humiliavit in terra
 uitam - Vide nos uide caput caput nostru
 pronobis - Quo per secutus est inimicus anima
 meam - Per secutus est plane et diabolus
 anima xpi - Et iudas animam magistri -
 Et nunc ad persecutionem corporis xpi - Idem
 diabolus manet - iudas autem uide succedit
 Non tamen de est de quo dicitur de corpore -
 Quo per secutus est inimicus animam meam
 humiliavit in terra uitam meam - ^{humiliavit inquit in terra uitam meam} **N**olo
 ce dixerunt - Cur uauerunt animam meam
 Quid enim nobis cum agit quis quis per sequi-
 tur - nisi ut relicta spe caelesti terram sa-
 piamus per secutori cedentes terrena dili-
 gamus - Et illi quidem quantum in ipsis est
 hoc agunt - Nobis autem hoc non contingat
 quibus dicitur - Si resurrexeritis cum xpo quae
 sursum sunt sapite - ubi xps est in dextera di-
 sedens - Quae sursum sunt querite - non
 quae super terram - mortui enim est -
 Nam non iustificabitur coram do omnis ui-
 uent - Illi ergo uel aperte se uiuendo - uel oc-
 culte insidiando conantur perducere uitam
 nostram ad terram - Contra hos uigilemus
 ut dicere possimus - nostra enim conuersatio
 in caelis est - humiliavit inquit in terra
 uitam meam inimicus - Collocauerunt me in
 tenebrosis sicut mortuus seculi - hoc est capi-
 te expeditus auditis - Expeditus hoc
 incipite agnosceris - Ille enim pronobis mor-
 tuus factus est - Sed mortuus seculi - Qui
 enim mortui sunt seculi - et quomodo ille non
 est mortuus seculi - mortuus seculi - merito
 mortui mercedem recipientes iniquitatis -
 et mortem ducentes ex peccati propagine -
 Et illa uoce quae dicitur - Ego enim in iniqui-
 tate conceptus sum - et in peccatis mater mea
 in utero me aluit - Venit autem ille per
 uirginem - assumens carnem non iniquitate
 carnis - Assumens carnem mundatorem
 mundam - Illi autem quem peccatorem

putabant tamquam mortuum seculi depu-
 tabant - At ille qui in alio psalmo dixit - Que
 non rapui tunc exsoluebam - et quid dixit
 in euangelio - Ecce uenit princeps mundi -
 prae positus mortis - operis mali per suasor -
 supplicii exactor - Venies inquit et in me ni-
 hil inuenies - Quid est nihil in me inuenies
 nulla culpa - nihil quare mori debeamus - sed
 ut sciatis omnes - quia uoluntatem inquit
 patris mei facio - Surgite eamus hinc - mo-
 riar inquit uoluntatem patris mei facio -
 Non autem morte sum dignus - nihil feci
 unde moriar - sed facio ut moriar ut illi
 per innocentes mortem liberentur - quia
 habebant quare morerentur - Collocau-
 erunt me in tenebrosis - tamquam in infernis
 tamquam in sepulchro - tamquam in ipsa pas-
 sione - uelut mortuus seculi - cum quidam
 factus sum sicut homo sine adiutorio in-
 ter mortuos liber - In mortuus liber -
 Quid liber - quare liber - quia omnis qui
 facit peccatum - seruus est peccati -
 Denique non solueret amniculis - nisi liber am-
 niculis - Ille liber mortem occidit - unculum
 unxit captiuitatem captiuauit - et colloca-
 uerunt eum in tenebrosis tamquam mortuum
 seculi - Sed et dum inquit passus est in me sps
 meus - Redamini - tristis est anima mea us-
 que ad mortem - Videte uocem unam - num-
 quid apparet ipse transitus - accipite ad men-
 bra - Amenbris ad caput - Tedium inquit
 passus est in me sps meus - Agnoscamus -
 Tristis est anima mea usque ad mortem -
 Sed et illic nos eramus - Trans figurauit enim
 se in corpus humilitatis nostrae - conformans
 corpori gloriae suae - Quetus homo nos-
 ter confixus est cruci cum ipso - In me con-
 turbation est cor meum - In me inquit
 non in alio - Illi enim me deseruerunt - et
 illi qui in heserunt - recesserunt - et me ip-
 sum quia mori uidebant - Aliud aliquid
 puta uerunt - et latrone uicti sunt - qui tunc

credidit quando ipsi defecerunt. Inde a
menbris. Memoratus sum dierum antiquo
rum. Numquid memoratus est ille dierum
antiquorum per quem factus est omnis di
es. sed loquitur corpus. loquitur unusquis
q. illius gratia iustificatus. inherens illi in
caritate. deuota humilitate loquitur & di
cit. Memoratus sum dierum antiquorum.
meditatus sum in omnibus operibus tuis.
Quia utiq. omnia bona tu fecisti. & nihil
constituiti. quod ante constitutum non esset.
Creatura tua mihi speculum facta est. que
sui in opere artificem. & in conditis omni
bus conditorem. Quare hoc. ut quid hoc.
nisi ut & hoc intellegeret. quicquid in se boni
esset ab illo factum esse. Neignorans iusti
ciam di. & suam uolens constituere. iusticie
di subiectus non esset. Ut ei conueniret illa
uox superior. in ueritate tua & iusticia tua.
In omnibus ergo di operibus. meditatione
omnium operum di. gratiam insinuat.
gratiam commendat. gratiam se uenisse glo
riatur. gratiam qua gratis salu facti sumus.
quia & gratis facti sumus. Quid gloriaris
in tua iusticia. quid te extollis. Ignorans
di iusticiam. Dediti forte aliquid ut saluus
esses. Quid dediti ut homo esses. Resipisce
ergo. conditorem uitae tuae. substantiae
& iusticiae. & salutis auctorem. Medita
re in facturis manuum eius. quia & iusti
ciam quae in te est. ad manum eius inue
niet pertinere. Audi apostolum hoc te
docentem. Non ex operibus inquit. ne forte
quis extollatur. Opera bona non habemus.
habemus plane. sed uide quis sequitur. ipsi
us enim sumus figmentum dixit. Ipsius su
mus figmentum. forte natura quia ho
mines sumus. Commemorare uoluit hoc
appellato figmentum. non plane de operi
bus loquebatur. Non inquit ex operibus ne
forte quis extollatur. Ipsius enim sumus fig
mentum creati in xpo ihu in operibus bonis.

Noli ergo putare aliquid operari. nisi in quantum
malus es. Auertere ab opere tuo in te. ad opus
illius qui fecit te. Ipse formauit te. ipse quod
formauerat. & tu exterminasti. reformasti
ut enim sis. ipse operatus est ut bonus sis. Si
bonus es ipse operatur. Cum tremore inquit
& timore. uestram ipsorum salutem operamini.
Si nos trum ipsorum salutem operamini. Quare
cum timore. quare cum timore. cum semper
testate nostra quod operamini. Audi. quare
cum timore & tremore. De enim qui opera
tur in uobis & uelle & operare pro bona uo
luntate. Ergo cum timore & tremore. uide
lectet in conualle operari artificem nostrum.
Si enim operatur tanquam in diebus qui ui
dicat in gentibus & replet ruinas. In factu
ris manuum tuarum meditatus sum.
Vide ergo. Inspeci operata. quia nihil bo
ni in nobis esse potest. nisi abste fiat qui nos
fecisti. Et quid feci cum uiderem. ac om
ne datum optimum. & omne donum perfectum.
desursum esse descendens. a patre luminum.
apud quem non est commutatio. nec momen
ti obumbratio. Cum hoc uiderem auersus
ab opere malo quod feceram in me. Ex ten
dim manus meas ad te. Extendi inquit
manus meas ad te. anima mea uelut ter
ra sine aqua tibi. Complue inquit me
ad faciendum fructum bonum. In enim
dabit suauitatem ut terra nostra dei fruc
tum suum. Extendi manus meas ad te.
anima mea uelut terra sine aqua non mi
hi. sed tibi. Stare tibi possum. me in rige
re non possum. Anima mea uelut terra
sine aqua tibi. Quia sitiuit anima mea in
dm uiuum. Quando ueniam. nisi quando
uenerit. Sitiuit anima mea in dm uiuum.
Quia anima mea uelut terra sine aqua
tibi. Habundat mare. inundat copiosum
est. fluctuat. sed amarum est. Discreta
est aqua. apparuit arida anima mea.
Inriga eam quia uelut terra sine aqua tibi.

cito exaudime dñe. Quo enim amore
 quando sic sitio ad inflammandam sitim
 meam pluuiam differebas. Ut haurient
 inbiberem non respuerem quod influe-
 ret. Si ergo ideo differebas. iam da. Quo
 anima mea uelut terra sine aqua tibi. cito ex-
 audime dñe. Defecit sp̄s meus. impleat me
 sp̄s tuus. quia defecit sp̄s meus. Ipsa est
 causa uicito exaudiet quia defecit sp̄s meus.
 factus sum iam pauper sp̄u. Beatum me
 fac in regno caelorum. In quo enim uiuit
 cum sp̄s eius. Superbus est sp̄s suo extolli-
 tur contra dñm. Fiat in illo bene. quod ali-
 bi scriptum est. Auferes sp̄m eorum & de-
 ficient. & in puluerem suum conuertentur.
 Ut confitentur dicunt. Memento quia puluis
 sumus. Cum autem dixerint. Memento
 quia puluis sumus. Tunc dicant. Anima
 mea uelut terra sine aqua tibi. Quid e-
 nim tam terra sicca. quam puluis. Sed ci-
 to exaudime. Complue me. confir-
 ma me. quem proicit uentus a faci e-
 terrae. cito exaudi me dñe. cito defecit sp̄s
 meus non differatur inopia mea. Abstulit
 tu sp̄m meum ut deficerem. & in puluerem me-
 um conuerterer. Et dicerem tibi. Anima mea
 uelut terra sine aqua tibi. fac quod in illo
 & iam psalmo sequitur. Emitte sp̄m tuum
 & creabuntur. Auferes sp̄m eorum & defi-
 cient. Emitte sp̄m tuum & creabuntur
 & in nouabis faciem terrae. Si qua in xpo
 noua creatura uetera transierunt. in sp̄u suo
 uetera transierunt. in sp̄u tuo noua facta sunt.
 Ne uertas faciem tuam a me. Auertisti a su-
 perbo. & enim aliquando habundabam. &
 in habundantia mea elatus eram. Ego enim
 dixi aliquando. In habundantia mea non moue-
 bor in aeternum. Dixi non mouebor in ha-
 bundantia mea. ignorans iusticiam tuam
 & constituentem meam. Sed tu dñe in uolunta-
 te tua prestasti decori meo uirtutem.
 Dixi in habundantia mea non mouebor. Ve-

rum tamen. atque mihi erat quicquid habundaba-
 & ut hoc probares. atque mihi fuisse. auertisti
 faciem tuam. & factus sum conturbatus.
 post hanc conturbationem in qua factus sum
 quia auertisti faciem tuam. post rediit
 sp̄s mei. post conturbatum cor meum
 in me. Ex eo quod auertisti faciem tuam
 iam factus sum terra sine aqua tibi.
 Ne uertas faciem tuam. Auertisti a su-
 perbo. redde humili. Ne uertas faciem
 tuam a me. Quia si auertis. similis ero
 descendens in lacum. Quid est descenden-
 sus in lacum. peccator cum in profundum
 uenerit ^{malum} peccatorum contemnit. Illi descen-
 dunt in lacum. qui etiam confessionem
 perdunt. contra quod dicitur. ne coartet su-
 per me puteus os suum. Hanc profundi-
 tatem lacum appellat plerumque scriptura.
 Inquam profunditatem cum uenerit pecca-
 tor contemnit. Quid est contemnit.
 iam nullam providentiam deputat. Aut
 si deputat. ad eum se pertinere non putat.
 proponit sibi peccandi licentiam. sine spe
 uenire. habens se iniquitati effusum. Non di-
 cit. reuertar ad dñm. & reuertitur ad me.
 Nec audit conuertimini ad me. & conuer-
 tar ad uos. Quo ueniens in profundum ma-
 lum contemnit. Amor tuo enim inquit-
 tam quam si non sit. perit confessio. Ne er-
 go auertas faciem tuam a me. ero similis
 descendens in lacum. Audiam faciem
 hi mane misericordiam tuam quo in te spe-
 rauit. Ecce in nocte sum sed in te speraui.
 donec nocturna transeat iniquitas. Habe-
 mus enim ut dicit petrus. certiores pro-
 pheticam sermonem. cui bene feceris in-
 tendentes. tanquam lucernae lucenti in ob-
 scuro loco. donec dies elucescat. & lucifer
 oriatur in cordibus nostris. Mane ergo
 appellat post finem seculi. cum uidebimus
 quod in seculo credimus. Mane enim exau-
 diet uocem meam. mane ad fiabo tibi & con-

implabor. Audiam fac mihi misericor
diam tuam quō intesperavi. Si enim quod
non uidemus speramus. per patientiam ex
pectamus. patientiam querit nox. Letici
am donabit dies. Audiam fac mihi
mane misericordiam tuam quō inte
speravi. Sed hic quid donec ueniat ma
ne. non enim sufficit sperare. sed aliquid
opus est & agere. Quare aliquid agere.
quō in alio psalme. dñm exquisiui in die tri
bulationis meae. Tamquam in tempore
noctis meae dñm exquisiui. Quomodo ex
quisisti. manibus meis nocte coram eo.
& non sum deceptus. Manibus querendus
est in nocte dñs. Quid est manibus bonis
operibus. coram eo. cum enim facis elimo
sinam. nolit uba conere. pater tuus qui uidet
in occulto reddet tibi. Quia ergo ita speran
dum est mane. & ita nox ista toleranda
est. & in ipsa patientia donec dies elucescat
per seuerandum est. Quid inter ea hic agen
dum. ne forte per te ipsum acturus es aliquid
ut merearis per duci ad mane. **N**otam fac
mihi dñe uiam in qua ingrediar. Ideo lu
cetanam prophetiam accendit. Ideo ipsum
dñm tamquam in testa carnis misit. qui & hāc
dicere exaruit uelut testa uirtus mea.
Ambula ad prophetiam. Ambula ad lucer
nam. predicturum futurorum. Ambu
la ad uerba dñi. Non dum uides uerbum.
In principio dñm apud dñm. Ambula ad for
mam serui. per ducetis ad formam dñi.
Notam fac mihi uiam in qua ingrediar.
Quō ante leuaui animam meam. Leuaui
ante contrite. apert te fons uitae. ante
leuaui animam meam. tamquam uas ad
fontem attuli. Imple ergo me. quō ad
te leuaui animam meam. **E**xime me de mi
micis meis dñe ante confugi. Qui aliquan
do ante fugi. ante confugi. fugit enim
ad am a facie dñi & abscondit se inter ligna
paradisii. ut de illo diceretur in libro iob.

tamquam seruus ^{figur.} dominum suum. Et con
secutus umbram / fugit a facie dñi sui. & con
secutus est umbram. Ad umbram enim fu
git inter ligna paradisi. Vae super man
serit in umbra. ne post ea dicat. transier
omnia tamquam umbra. Exime me de
mimicis meis. Non ego hic inimicos ho
mines cogito. Non est uobis conluctatio
ad uer sus carnem & sanguinem. sed ad uer
sus quos ad uer sus. principes & potestates
rectores mundi. Cuius mundi. non enim
caeli & terrae. Non enim regunt quod
fecerunt rectores mundi. sed cuius mundi
tenebrarum harum. Quorum tenebra
rum. utiq; iniquorum. fuitis enim ali
quando tenebrae. nunc autem lux in dñis.
Rectores mundi tenebrarum harum.
Rectores iniquorum. Contra hos habetis
luctamen. Magnum proelium nobis est.
hostem non uidere. & uincere. Ad uer sus
rectores mundi tenebrarum harum.
Diabolum scilicet & angelos eius. Non il
lius mundi rectores de quo dicitur. & man
dus per eum factus est. Sed illius mundi
de quo dicitur. & man dus cum non cognouit.
Exime me de inimicis meis dñe. quia ante
confugi. De inimicis meis. non uidam.
sed qui impleuit iudas. Illum pater uisus.
illum expugno non uisum. Accepit enim buc
cellam iudas. & intrauit in eum satanas.
Ut iste dauid per secutionem pateretur a si
lio suo. Quam multos iudas implei sata
nas indigne accipientes buccellas ad uel
cium suum. Qui enim manducat & bibit
indigne. iudicium sibi man ducat & bibit.
Non malum est quod datur. sed bonum
malum in iudicium datur. Bene esse non
potest. male accipienti quod bonum est.
Ergo exime me ab inimicis meis. quia ante
confugi. Quo enim fugerem. quo abibo
ab spū tuo. Si ascendero in caelum. tu ibi es.
si descendero in infernum ad es. Quid ergo

refert. Si autem pfero penitias meas
ut columba si uolabo in extrema maris
id est ut spe habitem in fine seculi.
Et enim illuc manus tua deducet me
si per lucas me dextera tua. Exime
me de inimicis meis quō ad te confugi.
Doceme facere uoluntatem tuam quō tu
es dñs meus. O confessio. O praescriptio
quō tu es inquit dñs meus. Ad alium car
tam refici. si ab alio factus sum. tu es to
non meum. quia tu es dñs meus. patron
queram propter hereditatem. tu es dñs mñs
Non solum datur hereditas. sed ipsa here
ditas. Dñs pars hereditatis meae. Dñm
queram propter redemptionem. tu es
dñs meus. Patronum queram propter
liberationem. tu es dñs meus. postremo
creatus recreari cupio. tu es dñs meus.
qui creator meus. Creatus me per uerbum.
Et recreatus me per uerbum. sed creatus per
uerbum dñi manentem apud te. recreatus
per uerbum carnis factum pro nobis.
Docere ergo me ut faciam uoluntatem tuam
quō tu es dñs meus. Si non non docueris fa
ciam uoluntatem tuam. & deseres me dñs
meus. Doce me ut faciam uoluntatem meā
quō tu es dñs meus. Doceme non enim tu es
dñs meus. & ego ero magister meus. Vide
te quem admodum gratia commēdetur.
hoc tenete. hoc imbibite. hoc uobis decor
de nullus excutiat. Ne habeatis zelum
sē. sed non secundum scientiam. Ne ig
norantes dī iusticiam. & ueritatem uolentes
constituere. iusticiae dī non sitis subiecti.
Verba certe apostoli agnoscetes.
Dicite ergo ita doceme ut faciam uolun
tatem tuam. quō tu es dñs meus. **S**pi
ritus bonus. non meus malus. Spiritus tu
us bonus deducet me in terram rectā.
quia spiritus meus malus deduxit me in terram
per uersionem. Et quid ergo merui. Quae
mea opera bona sine tuo adiutorio con

putantur. Un de impetrarem dignusq
essem deduci ab spiritu tuo in terram rectam.
quae opera mea. uel quae merita mea.
propter nomen tuum dñe uiuificabis me.
Attendite quantum potestis. gratiae
commendationem. quae grati salui facti
estis. propter nomen tuum dñe uiuifi
cabis me. Non nobis dñe non nobis. sed
nomini tuo da gloriam. propter no
mentum tuum dñe uiuificabis me. in tua
iusticia. non in mea. Non quia ego merui.
sed quia tu misereris. Nam si meum os
tenderem meritum. nihil ate mereret
nisi supplicium. Auulsisti merita mea.
inseruisti dona tua. propter nomen tu
um dñe uiuificabis me in tua iusticia.
Educes de tribulatione animam meam
& in tua misericordia ad interitum de
duces inimicos meos. Et perdes omnes
tribulantes animam meam. quō
ser uis tuus sum ego.

EXPLICIT DE PSALMO. C XLII.

INCIPIT DE PSALMO. C XLIII.

PSALMI HUIUS TITULUS BREUIS EST IN
numero uerborum. sed grauis pondere
miseriorum. Ipse dauid ad goliath pro
lium hoc ^{fac} tempore patrum nostro
rum. Descripturis scis recolat mecum
caritas uestra. Cum enim aduersus
populum dī a lignigene dimicarent.
pro uocauit unus unum goliath dauid.
In quo certamine uoluntas dī. pro cuiusq
partis uictoriae probaretur. sed quid
de uictoria sita gimus. quando pro uocari
tem pro uocatione q. cerna mus. pro uo
cauit impietas pietatem. pro uocauit.
superbia humilitatem. postremo pro
uocauit diabolus. xpm. Quid mirari
ni diabolus uictum. Ille erat grandis
statura corporis. Ille autem statura
par uis. fide magnus. Accepit arma

bellica sc̄ dauid. ut ad uersus goliath pro
ce deret. Haec arma per aetatem & par
uam ut diximus. statura corporis. portare
non ualuit. Abiecit onerantia non adiuuan
tia. Accepit quoniam lapides de flumine.
& posuit in uaso pastoralis. his armatus cor
poraliter. nomine autem di spiritualiter. pro
cessit. & uicit: hoc quidem ille dauid.
Sed mysteria per scrutemur. propositus
enim titulum istum breuem nu
mero uerborum. sed grauem pondere mys
teriorum. Veniat in mentem apostoli
ca illa sententia. Omnia haec in figura
contingebant illis. Ne impudenter uide
mur querere aliquid absconditum. ubi
possit dici totum sine mysterii profundi
tate simpliciter dictum. Habemus ergo
auctoritatem facientem nos intentos ad
querendum. uigiles ad inuestigandum.
Deuotos ad audiendum. fideles ad creden
dum. Impigros ad faciendum. In dauid
xpi. sed sicut soletis intellegere. erudi
ti in scola eius. xpi caput & corpus.
Non ergo si audiat aliquid ex persona xpi.
quasi ad uos non pertineat. qui estis mem
bra xpi. hoc tamquam fundamento
posito. uidete quae sequantur. Notis
multis sacramentis uisibilibus. corporali
bus. oneratum esse populum primum cir
cumcisione. negotioso illo quodam sacer
dotio. & templo figuris pleno multiplici
bus. holocaustorum sacrificiorum generi
bus. Haec dauid noscitur tamquam ar
ma prementia non adiuuantia posu
it. Si enim data esset lex quae possit ui
uificare. uere ex lege esset iustitia. Ut
quid ergo lex sequitur. sed conclusit scrip
tura omnia sub peccato. Ut promissio
ex fide ihu xpi daretur credentibus. Deniq
iste dauid scilicet xpi caput & corpus. tem
pus reuelationis noui testamenti. tempus
insinuandae. & commendandae gratiae

di. Quid fecit arma posuit. quinq; lapi
des tulit. Arma ut diximus onerantia
posuit. Ergo sacramenta legis. Sacramen
ta illa legis quae non sunt in posita geni
bus. posuit quoniam non obseruamus. Mem
nistis enim quanta in ueteri lege. sele
gamus. & non obseruamus. Sed tamen
ad aliquam significationem praemissa
& posita intellegamus. Non ut abicia
mus legem di. Sed ut sacramenta pro
mittentia promissionem non celebremus.
Quod enim promittebant. uenit. Gratia
enim noui testamenti in lege uelcebatur.
in euangelio reuelatur. Velum remo
uimus. quod uelabatur. Agnouimus.
Agnouimus autem in gratia dni nostri ihu
xpi capitis & saluatoris nostri. qui pro
nobis crucifixus est. Quo crucifixo. & iā
uelum templi scissum est. Deniq; arma ille
posuit tamquam onera sacramentorum.
ueteris legis. & ipsam legem accepit.
Quinq; enim lapides. quinq; libros moysi
significauit. Tulit ergo illos quinq; lapides
de flumine. Notis quid sit fluuius. Ubi
tunc enim mortale seculum. & praeter fluit.
quicquid uenit immundum. Erant ergo
in flumine. tamquam in populo primo.
Lapides erant illic inutiles. uacabant
nihil proderant. transiebant super flui
os. Quid fecit dauid ut lex ipsa ualid esset.
Accepit gratiam. Lex enim sine gratia im
pleri non potest. plenitudo ergo legis. est
caritas. Et inde ista caritas. Vide si non ex
gratia. Caritas inquit di diffusa est in cor
dibus nostris per spm scm quid datus est nobis.
Quia ergo gratia facit impleri legem.
Significatur autem gratia lacte. hoc enim
est in carne gratuitum. ubi mater non querit ac
cipere. sed statim dare. Hoc mater gratis dat
& contrisatur fide sit qui accipiat. Quomo
do ergo ostendit dauid legem sine gratia ope
rari non posse. Nisi cum illos lapides quinq;

quibus signifi cabatur lex. In libris quinq;
conuigere uolens gratiae posuit in uase
pastorali. Quod lac mulgere consueuerat
his armatus. gratia utiq; armatus. &
ideo presumens non de se secl de dno suo
processit aduersus goliath. Superbum!
se uactantem. de se presumentem. Tult
unum lapidem. iecit inimicum. in fronte
percussit. Cecidit ex eo loco corporis.
ubi signum xpi non habuit. hoc quoque
licet attendas. quinq; lapides posuit. unu
misse. Libri lecti sunt. sed imitar uicit.
plenitudo enim legis. ut paulo ante com
memorauimus. caritas. & ait apostolus.
sufferentes inuicem in dilectione. studen
tes seruare unitatem sps in unculo pacis.
Deinde illo percusso atq; delecto. gladium
eius abstulit. & illi caput absedit. & hoc
fecit nos ter dauid. Deiecit diabolum de
suis. quando autem credunt magni eius.
quos ille in manu eius habebat. Et de qui
bus ceteras animas trucidabat. conuer
tunt linguas suas contra diabolum. Et sic
goliath de gladio suo caput inciditur.
Mysterium tituli pro temporis breuitate
tractauimus. Videamus quod habeat
ipse psalmus.

Benedictus dñs dñs meus quid docet ma
nus meas in proelium. digitos meos
ad bellum. Uox nostra est. sic corpus
xpi nos sumus. benedicamus dñm nr̄m ih̄m
xpm quid docet manus nostras in proelium.
digitos nostros ad bellum. Repetitio sententi
ae uidetur. Quod est manus nostras in
proelium. hoc est digitos nostros ad bel
lum. An aliquid inter est in manus &
digitos. Digitis itaq; operatur manus.
Non itaq; absur de accipimus digitos pro
manibus positos. Verum tamen in digi
tis agnoscimus diuisionem operationis. &
tamen radicem unitatis. ut de illam grati
am dicit apostolus. Alii quidem datur

per spm sermo sapientiae. Alii sermo
scientiae secundum eundem spm. Alii
fides in eodem spu. Alii donationes cura
tionum in uno spu. Alii genera lingua
rum. Alii prophetatio. Alii diuicatio
spirituum. Omnia autem haec opera
tur unus atq; idem sps. diuidens propria
unicuiq; pro ut uult. Alii illud. Alii hoc.
Diuisiones sunt operationis. Omnia haec
operatur unus atq; idem sps. Radix est unita
tis. his ergo digitis pugnat corpus xpi
procedens in bellum. procedens in proeli
um. Iam proeliorum & bellorum gene
ra commemorare fortasse longum est.
& gerere facilius quam explicare.
habet unum bellum quod commemorat apof
tolus. Non est uobis conluctatio aduersus
car nem & sanguinem. id est aduersus ho
mines. a quibus uideri pati molestias.
Non aduersus ipsos pugnat. Sed aduersus
principes & potestates. & rectores mundi.
Et ne intellegeres mundi caeli. & terrae.
ostendit quid diceret. Tenebrarum in
quit harum. Mundi scilicet. non qui
per ipsum factus est. quia & mundus p
cum factus est. sed mundi qui cum non
cognouit. quia & mundus cum non cog
nouit. haec tenebrae non sunt natu
ra sed uoluntate. Num enim per
se ipsam non lucet. quia humiliter acue
racter caritat. Tum luminabis lucet
nam meam dñe dñs meus in luminabis te
nebras meas. Apud te inquit fontis
in lumine tuo uidebimus lumen. non
in lumine nostro. sed in lumine tuo.
Nam & oculi nostri lumina uocantur.
& tamen lux extrinsecus sedit. Etiam sa
ni & patientes in tenebris remanebunt.
Ergo bellum gerimus aduersus recto
res tenebrarum harum. Rectores sci
licet infidelium. diabolum. & angelos
eius rectores gladii illius. De quo pugnat

diabolus aduersus fideles. Sed quomo-
do goliae prostrato tollitur gladius ut
ipsi goliae de suo gladio caput ampute-
tur. Ita cum ipsi infideles dicitur eis.
Fuisstis aliquando tenebrae. nunc autem
lux in dno. pugnatistis de manu goliae.
Iam in manu xpi tollite caput goliae.
hoc enim unum proelium. Alterum
autem uniuersum in se ipso modo genus hoc
belli. ex apostolica epistola legebatur.
Caro concupiscit aduersus spm. sps autem
aduersus carnem. ut non ea quae uultis
faciatis. Et hoc graue bellum. Et quod
est molestius internum. In quo bellosi
sunt quisque uictor illos quos non uidet in-
micos continuo superabit. Non enim
temptat diabolus uel angeli eius nisi
quod in te carnale dominatur. Nam
quomodo uincimus illos hostes quos non
uidemus. nisi quia carnales interiores
motus nostros sentimus. hic conflagra-
mus et illos percutimus. In amore pe-
cuniae dominatur auaritia. Dominanti
tibi auaritia diabolus forinsecus lucrū
cum fraude proponit. plerumque enim
ad lucrum non peruenis. nisi fraudem fe-
ceris. proponit ergo ille forinsecus aua-
ritiae tuae quam intus non uicisti. quā
non domuisti. quam tibi non subiecisti.
proponit tamquam athleta tuo malus
agonista. fraudem et lucrum. opus
et premium. fac et tolle. Tu autem
si calcas auaritiam. si tibi interius non
dominatur. quam si senties uincis. Nam
diabolum insipientem non sentis. Si
ergo edomasti auaritiam attendis
alterum proponentem opus et prae-
mium. Quid ille pro^oponit. fraudem et
lucrum. Quid iste proponit. innocentiam
et coronam. fac et tolle. Et ille dicit
et iste. Iam tu proelator interior. si non
es uictus auaritia. seductor auaritiae.

illum attendis hunc uincis. Discernis
enim utrumque et dicit. haec uideo opus
et praemium. Ille autem etiam et laque-
um. Neque enim aliquid dicit. in te quod
non pertinet ad te. Denique ex peccato di-
uisus es aduersus te. Irabis concupiscenti-
ae propaginem. et traducem mortis.
habes contra quod pugnes in te. habes
quod expugnes in te. sed habes quod inuo-
ces ut pugnantem adiuuet te. Et cum cen-
tem coronas te. qui non existentem fecit
te. Quomodo inquit uincam. Ecce ip-
se apostolus. difficillimum praemium po-
nit. et quam laboriosum. Ita ut forte insupe-
rabile. Nisi non intellego ipse ostendit.
Caro inquit concupiscit aduersus spm.
et sps aduersus carnem. ut non ea quae
uultis faciatis. Quomodo me iubes uin-
cere. cum ille dicat. ut ea quae non uul-
tis faciatis. Queris quomodo. attende
ad gratiam uasis pastoralis. lapides deflu-
mine. in exceptorio lactis pone. ecce et
ego tibi dico. Immo ipsa ueritas tibi dicit.
propterea non facis quod uis. pugnantem carne.
aduersus spm tuum. si ad istam pugnam de-
te praesumis. An monendus es ne frustra au-
dieris. Exultate deo adiutori nostro. Si non
per te impleret totum. non esset necessarius
adiutor. Rursus si tu ipse tua uoluntate ni-
hil ageres. non uocaretur adiutor. Adiuuatur
enim aliquid agentem adiuuat. Denique
cum dixisset. caro concupiscit aduersus spm.
et sps aduersus carnem. ut non ea quae uul-
tis faciatis. et proposuisset te. antequam uel-
ta deficientem te in te. Continuo misit ad-
iutorem. Quod si spm ducimini non adhuc
estis sub lege. Qui enim sub lege est non
implet legem. sed promittitur a lege. Sicut da-
uid sub armis erat. Ergo si spm ducere-
tis. uide quis te adiuuauit. ut impleas
quod uelis. Adiuutor tuus. susceptor tuus
spes tua. Quid docet manus tuas in proe-

lum. digitos tuos ad bellum. Manifesta enim inquit opera carnis. Quae sunt fornicationes. inmunditiae. inimitiae. aebrietates. idolorum seruitus. luxuria. ueneficia. contentiones. commestrationes. & his similia quae predico uobis sicut praedixi. Quod quae talia agunt regnum dei non possunt debere. Non qui aduersus talia confligunt. sed spiritualia agunt. Cum enim confligit aliud opus est. Cum uincit aliud opus est. Cum pacem & requiem habes aliud opus est. Haec dum exemplis demonstrem paucis aduertite. Suggestur aliquod uerbum delectat. habet fraudem. sed magnum est lucrum. Delectat. non consentis pugnam uide. Adhuc suadet. Adhuc infatur. Adhuc deliberatur. Ergo qui pugnat periclitatur. Vidimus pugnam. cetera uideamus. Contempnit iustitiam ut fraudem faceret. uictus est. Contempnit lucrum ut iustitiae seruiret. uicit. In his tribus uictum doleo. pugnantem metuo. uictori gaudeo. Sed etiam ille qui uicit. numquid omnino egit in se ut propter se cum pecunia non ademptet. Aut nihil in eo excitat delectationis. Quam superabilis. Quamuis contemptibilis. Quamuis non solum cum non consentiat. sed cum qua nec pugnare dignetur. In est tamen aliqua delectationis titillatio. his titillatio. & ille hostis iam nec pugnat. nec regnat. In est tamen & quasi moratur in carne mortali quod non erit. Ducetur enim totum in uictoriam. sed postea. Modo autem corpus quidem mortuum est propter peccatum. & ideo eidem corpori inest peccatum. & si non regnat peccatum. Spiritus autem uitae est propter iustitiam. Si autem quis suscitauit christum a mortuis habitabit in uobis. Quis suscitauit christum in uobis a mortuis. uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Ibi iam nec quod pugnet erit nec quod ti

tillet. totum cedit in pace. non enim contra natura. contra aliam naturam pugnat. Sectam quam in domo maritus & uxor si aduersus se dissentiant. molestus & periculosus labor. Si maritus uincatur & uxor dominetur. pax peruersa. Si autem uxor marito dominanti subiciatur. pax recta. Non tamen aliud ex alia natura. quia ex homine facta mulier uiro. caro tua. conuix tua. famula tua. quod libet deputa. Opus est ut subicias. & si pugnas ut pro sis pugnas. hoc enim expedit inferius subici superiori. Ut & ille qui sibi subici uult quod inferius est. subiciatur superiori se. Agnosce ordinem. Quae te pacem. tu dō. caro tibi. Quid iustus. quid pulcherrimus. Tu maiori. minor tibi. Serui tu ei qui fecit te. ut tibi seruiant quod factum est propter te. Non enim hunc ordinem nouimus. Neque hunc ordinem commendamus. tibi caro. & tu dō. sed tu dō. & tibi caro. Si autem contemnis ut tu dō. numquam efficiet ut tibi caro. Qui non obtemperat dō. torqueris a seruo. Non quid si non prius tu dō. ut deinde tibi caro. poteris dicere haec uerba. Benedictus dñs dñs meus qui docet manus meas in proelium. & digitos meos ad bellum. proeliare uis in doctus. clama ueris uictus. primo ergo te subdas dō. Deinde illo docente & saluante proelietis & dicas. Qui docet manus meas in proelium. digitos meos ad bellum. Et cum proelietis. quia dum proelietis periclitaris. dic quae secuntur in proeliandi periculo constitutus. Misericordia mea non uincat misericordiam meam. Quid est hoc misericordiam prebes. Misericors mihi. & in me sis misericors. An donas mihi. ut & ipse sim misericors. Denulla enim te sic uincit inimicus. quam cum misericors des sumus. omnino

parat calumnias ad iudicium. & non potest
falsa obicere. quia non est apud quem
sienim apud hominem iudicem nobiscum
ageret. possit eum fallere mentiendo.
& nos grauari criminacionibus falsis.
quia uero apud talem iudicem causa nos
tra cum illo est. qui falli non potest. Ideo
ambit ut ad peccatum seducat ut habeat
uera quae obiciat. & ubi forte aliquibus
eius fraudibus succumbet humana flagi
litas. Sequatur in confessione opus hu
militatis. Exerceatur in operibus miseri
cordia pietatis. Omnia deleantur cum
ex uero corde & plena fiducia dicimus
illi qui iudicat. Dimitte nobis sicut &
nos dimittimus. Dic toto corde. dic tota
fiducia. Dic securus. Dimitte nobis sicut
& nos dimittimus. Aut noli dimittere.
si non dimittimus. Quod & si non dixe
ris noli dimittere. Si non dimittimus.
prorsus non dimitte. Si non dimittimus.
Neque enim ut tu sis impunitus peccator. erit
ille mendax promissor. Vis inquit ut dimit
tam. dimitte. & aliud opus misericordiae.
Vis ut dem. da. Vno loco positam in e
uangelio. Dimitte & dimitte tur uo
bis. Date & dabitur uobis. Aliquid in
quit & contra te teneo. Aliquid & tu
contra alterum tenes. Dimitte. & dimitto.
Aliquid petis a me. Aliquid alter peti
tate. Da. & do. & quae dimitte. quae
dat. non ne caritas. & unde caritas. ni
si per spm scm quid datus est nobis. Ster
go per opera misericordiae vincitur inimi
cus. & opera misericordiae habere non pos
simus. nisi caritatem haberemus. Ca
ritas autem nobis nulla esset. nisi per spm
scm acceperimus. Ille docet manus me
as in proelium. digitos meos ad bellum.
Illi recte dicimus misericordia mea. a
quo habemus. & iam ut misericordes simus.
Iudicium enim sine misericordia illi

qui non fecit misericordiam. parua
putatis opera misericordiae. libet de his aliquid
dicere. Attendite primo sententiam istam.
de sca scriptura de promptam quam modo com
memorauit. Iudicium enim sine miseri
cordia illi qui non facit misericordiam. Si enim
miseri cordia iudicabitur. qui misericordiam
non fecit antequam iudicaretur. Quid de
inde. quid sequitur. Super exaltat autem
miseri cordia iudicis. Quid est hoc fratres
super exaltat misericordiam iudicis. Super
ponitur misericordiam iudicio. in quo inuen
tum fuerit opus misericordiae. & si habue
rit aliquid forte in iudicio. quo puniatur.
tamquam unde misericordiae peccati ignis
extinguitur. Super exaltat enim miseri
cordia iudicio. Quid autem cum talibus sub
uenit. & cum tales liberat. & cum talibus.
ignoscit. iniustus est deus. absit. & ubi ius
tus est. Non ei tollit misericordiam. ius
ticiam. Nec iusticia misericordiam.
Vide enim. si non iustus est. Dimitte.
& dimitto. da & do. Vide si non iustus
est. In qua mensura mensi fuerit mea
remittetur uobis. Ad hoc enim in qua
mensura. Non enim mensura eiusdem
generis est. Sed ad hoc eadem mensura. ad
ignosce. & ignosco. Est apud te mensura
ueniae dande. In uenies apud mensuram
ueniae accipiende. Est apud mensuram tri
buendi. quod habes. In uenies apud me m
suram accipiendi quod non habes. Mis
ericordia mea & refugium meum. suscep
tor. & seruator meus. Multum
laborat proelior. hic tenens concupis
centem aduersus spm carnem. Tene
quod tenes. tunc erit plene quod uis.
Cum absorpta fuerit mors in uictoria. quan
do resuscitatum mortale hoc corpus trans
fertur in habitudinem angelicam. & inae
lestem sub uolat qualitatem. Mortuum
quod in xpo resurgens primum. Deinde & non

uentes relinquitur. in aduentu dñi simul
 cum illis rapiemur in nubibus in obuiam
 xp̄o in aera. & sic semper cum dño erimus.
 Ibi absorbebitur mors in uictoriam. Ibi
 dicitur ubi est mors contentio tua. Vbi
 mors aculeus tuus. Non enim relinquitur
 nec in animo. nec in corpore. quod rebellat
 aduersus amorem dñi. plena uictoria. plena
 pax. De hac nobis proelioribus dicitur.
 Venite filii audite me. timorem dñi doce
 bo uos. In proelio estis. in contentione con
 fligitis. Et tamen quandam requiem desi
 deratis. Quis est homo qui uult uitam &
 diligit dies uidere bonos. Quis est qui non
 dicit ego. ubi uita. ubi dies boni. ubi nihil
 concupiscit aduersus sp̄m. ubi non dicitur
 pugna. sed gaude. Sed quis est qui os dñi
 et uelit. omnis homo dicit. certe ego.
 Audi quid sequitur. Video quia laboras.
 Video quia impugna. in periculo diuersaris.
 Audi quid sequitur. doceat manus in proe
 lium. dignos in bellum. Contine. Lin
 guam tuam a malo. & labia tua ne loquan
 tur dolum. Declina a malo & fac bonum.
 Quomodo enim poteris facere bonum. nisi
 declinaueris a malo. Quid quero ut uesti
 as quando adhuc exspolias. Quid quero ut
 dones quando adhuc rapis. Declina a malo
 & fac bonum. Non subite plor& primo pau
 per. ut gaudeat de te. pauper. Declina
 a malo & fac bonum. Quia mercede.
 Nam modo pugnas. quere pacem & seque
 re eam. Disce. Dic. misericordia mea &
 refugium meum. susceptor meus & eru
 tor meus. **P**rotector meus. susceptor ne
 cidam. erutor. ne haeream. protector ne
 inferat. protector meus & in ipso spera
 ui. In his omnibus. In toto labore meo.
 In omnibus proeliis meis. In omnibus fa
 cultatibus meis. in ipso speraui. qui subdit
 populum meum sub me. Ecce caput nos
 trum loquitur nobis cum. Dñe quid est

homo. quo innotuit ei. Terium quod est.
 hoc est quia innotuit ei. Quid est homo quo
 innotuit ei. aut filius hominis quo aestimas
 eum. Aestimas eum tanto facis. tanto pen
 dis. Ordinas nos. sub quo ponas. supra quid
 ponas. Aestimatio enim est quanti praetui
 sit. Quid quae. quanti aestimauit hominē
 qui pro eo unci sanguinem fudit.
 Quid est homo quo innotuit ei. Cui quis
 innotuit. Quid est filius hominis quo
 aestimas eum. Quo tanto eum pendis. tanto
 aestimas. praetiosum quiddam esse ostendis.
 Non enim sic dñs aestimat hominem. quo
 modo homo aestimat hominem. Quando
 inuenit seruum uenalem. carus erit.
 Cum quam hominem ille te quanti aesti
 met. Vide ut possis dicere. Sicli pro
 nobis. quis contra nos. Et quanti te aesti
 mauit. qui filio proprio non peperit.
 sed pro nobis omnibus tradidit eum.
 Quomodo non & cum illo omnia nobis do
 nauit. Qui hanc ammonam dedit pug
 nanti. quid seruat uinceti. Ego sum in
 quit panis uiuus qui de caelo descendi. *quicquid
 innotuit uiget*
 Haec est ammona proeliorum de hor
 reis in uicta dominicis. unde pascentur
 angeli. Quia panem angelorum mandu
 cauit homo. post proelia uero & hanc
 ammonam. quid seruat. quid dabit uic
 toribus. nisi quod in alio psalmo dicit.
 Vnam petii a dño hanc requirem. ut in
 habitem in domo dñi per omnes dies uitae
 meae. Ut contempler delectatione
 dñi. & protegi templum eius.
 Quid est homo quo innotuit ei. aut filius
 hominis quo aestimas eum. Quem. Homo
 uanitati similis factus est. & tamen inno
 tuit ei. & aestimas eum. Homo uani
 tati similis factus est. Cui uanitati. tem
 poribus praeter labentibus. & praeter flu
 entibus. Vanitas enim ista dicitur
 in comparatione cuiusdam semper manentis.

& nunquam deficientis ueritatis.
Nam & ista creatura est loci sui. Imple-
uit enim dñs terram sicut scriptum est
bonis suis. Quidē suis congruentibus.
Sed haec omnia terrena uolatilia transi-
toria. si conparantur illi ueritati ubi dic-
tum est. Ego sum qui sum. totum hoc
quod transit uanitas dicitur. Euanescit
enim per tempus. tanquam fumus in
auras. Et quiddam amplius quam id
quod apostolus iacobus dixit. uolens ho-
mines superbos ad humilitatem redire.
Quae enim uita ^{inquit} uesita est. Vapor est ad
modicum apparens. deinceps extermina-
bitur. Ergo homo uanitati similis factus
est. peccando uanitati similis factus
est. Nam quando est primum conditus
ueritati similis factus est. Sed quia pec-
cauit. quia recipit digna. uanitati simi-
lis factus est. pro iniquitate enim. eru-
disti hominem. Dixit in alio psalmo.
& tabescere fecisti sicut araneam animam
meam. Inde & hoc homo uanitati simi-
lis factus est. Ibi quid ait. ecce ueteres
posuisti dies meos. hic quid ait. Dies
eius uelut umbra praeteriunt. At ten-
dat se homo in diebus umbrae suae. ut fa-
ciat aliquid dignum desiderio luci suae.
& si in nocte umbrae est. querat diem.
Dies enim huius uanitatis cognoscenti ho-
mini. dies tribulationis est. Siue aliqua
molestia noceatur nobis. Siue aliqua pro-
speritate mundus arideat. totum ti-
mendum & gemendum est. Quō temp-
tio est uita humana super terram. Un-
de enim dicitur. tota die contristatus
ambulabam. Solatis opus habemus.
& quicquid nobis nunc exhibet dñs cum
prosperare exhibet. non est gaudium beato-
rum. sed consolatio miserorum. Itaq;
aget aliquid inquam. homo dignum de-
siderante luce. In istis diebus umbrae suae

& inquit dñs. sicut scriptum est. In die tri-
bulationis meae dñm exquisiui manibus meis
nocte coram eo. & non sum deceptus. Quam
dicit diem tribulationis. nisi quam dicit
& nocte manibus meis. Nocte coram eo ad-
huc in nocte sumus. & ad prophetiae lucer-
nam uigilamus. Aliquid promissum est
quod adhuc expectatur. Sed quod ait ap-
tolus. habemus certiore propheticum
sermonem. cuius benefactis intendentes
tamquam lucernae lucenti in obscuro loco
donec luceat. & lucifer oriatur in cordibus
uestris. Ipse dies primum noscitur ibi est.
Mane exaudies uocem meam. Mane ad-
stabo & contemplanbor. Ergo operare quam-
uis in nocte manibus tuis. id est bonis operi-
bus inquit dñm. antequam ueniat dies ill-
quae laetificet. ne ueniat quae metificet.
Vide enim quam securus opereris. quam non
desereris ab illo quem queris. Manibus in-
quit meis dñm exquisiui nocte coram eo.
pater tuus qui uidet in occulto reddat tibi.
Ideo coram eo. intus habes misericordiam
Caritatem. ne aliquid facias quasi studio
placendi hominibus. Manibus meis ope-
ribus meis. In umbra. in hac uita. ubi ipse
uidet. non ubi hominibus placere studeo.
Et quid sequitur. & non sum deceptus.
Homo uanitati similis factus est. dies illius
tamquam umbra transeunt. & tamen inno-
tuit ei. & aestimat eum. **D**ne inclina cae-
los tuos & descende. tangemones & fumi-
gabunt. Coruscatione & disperges eos.
Emitte sagittas tuas. & conturbabis eos.
Emitte manum tuam ex alto & exime
me. & erue me de aquis multis. Corpus
xpi humilis. dauid gratia plenus. Dedit
praesumens. pugnant in hoc seculo. Inuocat
a ductorum di. **I**nclina caelos tuos & des-
cende. qui sunt caeli inclinati. apostoli hu-
miliati. Ista enim caeli enarrant gloriam di.
& de his caelis enarrantibus gloriam di.

Mox dicitur. Non sunt loquelles neque sermones. quorum non audiuntur uoces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum. & in fines orbis terrae uerba eorum. Cum ergo isti caeli emitterent uoces suas per omnes terras. & facerent miracula coruscante de illis & insonante dno miraculis & praeceptis. putati sunt descendisse de caelo ad homines. Nam quidam ex gentibus hoc putauerunt. eis & iam sacrificare uoluerunt. Tunc illi uidentes sibi defectu indebitum honorem. expauescentes & detestantes. & eos qui sic errabant corrigentes ut ostenderent eis motum animi sui. Considerunt uestimenta sua. & dixerunt. Quid hoc facitis. homines & nos sumus. passibiles sicut & uos. & coeperunt sub his uerbis commendare excellentiam dñi nostri ihu xpi. humiliantes se ut commendaretur dñs. Quia inclinati erant caeli ut descenderet dñs. Indina ergo caelostuos & descende. factum est. & tange montes & fumi gabunt. Montes superborum. elationes terrenas. tumidas granditates. Tange inquit. ^{montes} istos de gratia tua. Da istis montibus. fumigabunt quia facebunt peccata sua. fumus confitentium peccatorum extorquebit. & lacrimas humiliatorum superbiorum. Tange montes & fumigabunt. Quoniam diu non tacti magni sibi uidentur. Dicitur sicut tu magnus dñe. Dicitur sicut & montes. tu solus altissimus super omnem terram. Sed sunt quidam conspirantes conuenientes in unum. aduersus dñm & aduersus xpm eius. Conueniunt. conspirauerunt. Corusca coruscationes & disperges eos. Crebresce miculis tuis. & soluitur conspiratio eorum. Corusca coruscationes & disperges eos. Inimiculis territi. non audebunt aliquid contra te. & in ipsis miraculis expauescentes haesctabunt. Quis est qui tanta potest. Quis iste

est quis sic exaltatur. cuius nomen uation ualeat cum dicant. quis est iste. Credituri sunt coruscata miraculis. dispersisti mala consensionem eorum. **E**mitte sagittas tuas & conturbabis eos. Sagitte potentis acute. praecepta tua. dicta tua. feriant cor eorum. Emitte sagittas tuas & conturbabis. ^{et} Vulnerentur male sani. ut sanentur bene uulnerati. Et dicant in ecclesia iam & in corpore xpi constituti dicant cum ecclesia. Quomodo uulnerata caritate ego sum. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam ex alto. Quid postea quid infine. Quomodo inquit corpus xpi caelesti adiutorio. Veniet enim ipse dñs in uoce archangeli. & in tuba di. descendit de caelo. ipse saluator corporis manus di. Emitte manum tuam ex alto. & exime me. & erue me de aquis multis. Quid est de aquis multis. de populis multis. Quibus populis. aligeni genis infidelibus. siue foris oppugnantibus. siue intus insidiaribus. Exime me de aquis multis. in quibus me exercebas. in quibus me ad exum dñi asordibus uoluebas. Exime me de aquis multis. Audiamus iam de istis aquis multis. aquibus eruit dñs corpus xpi sui. Aquibus eruit dñs humilitatem dauid. Quid est de aquis multis. quid dixisti. Neq. aliter intellegantur. quid dixisti. aquas multas. quid dixi. Audi. Deman filiorum alienorum. Audite frs inter quos simus. inter quos uiuimus. Aquibus erui desideremus. **Q**uorum os locutum est uanitatem. Hodie uos omnes si non ad haec diuina spectacula uerbi di congregati essetis. & eis hac hora per mixti uiueretis. quoniam uanitates audiretis. Quorum os locutum est uanitatem. Quando deniq. loquentes illi uanitatem. audirent uos loquentes ueritatem. Quorum os locutum est uanitatem. & dex

tera eorum dextra iniquitatis. Quid tu
inter eos ^{cum} uasae pastorali habente quinque
lapides. Dic mihi aliter. Eandem legem.
quam significasti. Quinque lapidibus sig
nificat aliter. **D**icitur autem cum nouum can
tabo tibi. Canticum nouum. gratia est.
Canticum nouum. hominis noui est. Canti
cum nouum. testamenti noui est. Canta
bo inquit tibi canticum nouum. Sed ne
putes gratiam a lege discedere. Cum ma
gis per gratiam lex impleatur. In psalte
rio decem cordarum psallam tibi.
In psalterio decem cordarum. In lege de
cem praeceptorum. Ibi tibi psallam. Ibi
tibi gaudeam. Ibi tibi canticum
nouum. Quia plenitudo legis caritas est.
Ceterum qui non habent caritatem. psal
terium portare possunt. Ego itaque in
quit inter aquas contradictionis. canticum
nouum cantabo tibi. Et nunquam stre
pitu suo facient aquae contradictionis. ut
obmutescat psalterium meum. In psalte
rio decem cordarum psallam tibi. **Q**ui
dat salutem regibus. iam fumantibus mon
tibus. qui redemit dauid seruum suum.
Agnosce dauid. et uice dauid. Vnde
redemit dauid seruum suum. unde rede
mit xpm. unde redemit corpus xpi. De
gladio maligno erue me. De gladio non suf
ficit. adire maligno. procul dubio est
gladius benignus. Quis est gladius benignus.
De quo dicit dñs. Non ueni pacem mit
tere in terram. sed gladium. Separaturus
enumerat fideles ab infidelibus. filios apa
rentibus. et ceteras necessitudines. diremp
turus gladio puerum dñem abscondenti.
Membra autem xpi sanantur est. Ergo
benignus gladius. bis acutus. utroque acu
mine praepotens. ueteris et noui testa
menti narratione praeteritorum. pro
missione futurorum. Est ergo gladi
us benignus. ille autem malignus est. quia

illi locutus uanitatem. Quia benignus est
quod dñs loquitur ueritatem. Ergo gladio
maligno erue me. Filii quippe hominum
dentes eorum arma et sagitte et linguae
eorum gladius acutus. Ab hoc gladio
maligno erue me. Quem dixit modo
gladio. ipsas superius dixit. aquas mul
tas. Erue me de aquis multis. Quas dixit
aquis multis. ipsum dico malignum gladi
um. Denique de aquis multis cum dixisset.
secutus est de manu filiorum alienorum
quorum os locutum est uanitatem. et ut
noueris ipsos dici. cum et hic dixisset. de
gladio maligno erue me. Secutus est
et exime me. de manu filiorum alienorum
quorum os locutum est uanitatem. Si
militer sicut ibi. et quod sequitur et
dextera eorum. dextera iniquitatis.
Hoc et supra posuerat quando eis dixerat
aquis multas. Tu enim aquas multas
bonas potares. exposuit eas in gladio ma
ligno. Nunc ergo exponat quid dixit.
Quorum os locutum est uanitatem. et
dextera eorum dextera iniquitatis.
Quam uanitatem locutum est os eorum
et quomodo dextera eorum dextera iniqui
tatis. **Q**uorum filiae ipsorum uelut no
uellae constabunt in iuuentute sua.
Felicitem ipsorum uult enumerare.
Attendite filii pacis. Attendite filii eccle
siae. membra xpi. Attendite quos dicat
alienigenas. Quos dicat filios alienos.
Quos dicat aquas contradictionis. Quos
dicat gladium malignum. Attendite
obsecro. quia inter istos periclitamini.
Inter horum linguas aduersus carnis uesire
desideria dimicatis. Inter horum linguas
positas in manu diaboli. de quibus pugnat
conluctationem habetis non aduersus car
nem et sanguinem. Sed aduersus prin
cipes et potestates et rectores tenebra
rum harum. hoc est iniquorum

Adtendite ualiscernatis uos. Adtendi
 te neputatis uerum felicitatem esse quam
 sibi optant homines. Aut infirmi. aut ma
 ligni. Ecce fratres certe filios alienos
 dixit. certe aquas multas. certe gladium
 malignum. Videte uanitatem quam lo
 cutur. et caute ne talia loquamini. ca
 uete ne talia loquentes intemini. Quorum
 of locutionem est uanitatem. et dextera eorum
 dextera iniquitatis. Quam uanitatem locu
 tum est of eorum. et que dextera eorum
 iniquitatis est dextera. Audi quorum
 filiae ipsorum uelut nouelle constabite
 a uicinitate sua. **F**iliae eorum compositae
 et ornatae. sicut similitudo templi.
Cellaria eorum eructantia ex hoc in hoc
 oues eorum secunde multiplicantes in gres
 sibus suis. boues ^{et} crasse. Non est ruina
 sepis. nec exitus neque clamor in plateis
 eorum. Ergo non est ista felicitas. Inter
 rogo filios regni caelorum. Interrogo
 progeniem resurrectionis in aeternum. **I**
 Interrogo corpus xpi. membra xpi. tem
 plum di. Ergo non est ista felicitas
 habere filios in colomes. filias ornatas.
 plena cellaria. abundantia peccora.
 Nullam ruinam. non dico parietis. sed nec
 sepis. Nullum tumultum et clamorem
 in plateis. Sed quietem pacem abun
 dantiam. copiam rerum in domibus. in ci
 uitatibus. Ergo non est ista felicitas.
 Aut debent eum iusti diffugere. Aut
 non inuenis et domum iusti habentem
 rerum his omnibus plenam. Ista felici
 tate non erat domus abrahe. abundantis
 auro argento. familia filii pecoribus.
 Non ne iacob ser patriar cha fugiens a fa
 cie esau fratris sui in me sopotamiam ser
 uient. ditatus egressus est. et dixit gratias
 ad dno do suo. Quia in uirga sua tran
 sit fluuium. et regressus est cum tanta
 abundantia pecorum atque filiorum.

Quid dicimus. non est ista felicitas scilicet
 sed sinistra. Quid est sinistra. temporalis.
 mortalis. corporalis. Nolo illam defu
 gias. sed neque dexteram putet. Non enim
 ista ideo maligni. Ideo uani quia his abun
 dabant. sed quia id quod sinistrum esse de
 buit. in dextro ponebant. Ideo et dextere
 eorum dextera iniquitatis. Ideo of eorum
 locutionem est uanitatem. Quia hoc in dex
 tera posuerunt. quod in sinistra habere de
 buerunt. Quid enim in dextera ponere du
 buerunt. aeternitatem. annos di non de
 ficientes. De quibus dicitur. et anni tui non
 deficient. Ibi dextera. ibi esse debet de
 siderium nostrum. Sinistra utamus ad
 tempus. dextera desideremus in aeternum.
 Diuitiae si affluant ne ceponatis cor.
 Si enim diuitis fluentibus cor adposueri
 tis. quod sinistrum est. dextrum facietis.
Corrigite uos. agnoscite sapientiam am
 plectentem uos. Cui dicitur est. sinistra
 eius sub capite meo. et dextera eius complec
 tetur me. Videte amatoria scilicet cantica
 Videte cantica canticorum nuptiarum
 caelestium. xpi et ecclesiae. Quid dicit
 sponsa desponsa. Sinistra eius sub capite
 meo. et dextera eius amplectetur me.
 Sinistra sub capite. dextera super caput.
 amplectentes enim de super brachium su
 per caput. Sinistra autem subter caput.
 Sinistra inquit eius sub capite meo.
 Non enim me deseret. et in temporalibus necet
 larus. sed tamen ipsa sinistra sub capite
 erit. non capiti praeponeatur. sed erit sub
 capite. et dextera eius complectetur me.
 pollicens uitam aeternam. Ita enim
 sinistra sub capite. et dextera super caput
 impletur. Quod ad timotheum scrip
 tum est. promissionem habens uitae
 praesentis et futurae. Promissionem
 inquit habens uitae praesentis et futurae.
 Quod in praesenti. sinistra sub capite

Quid in futuro. dextera eius complectetur me.
Tempori necessaria queritis. Querite primū
regnum di. id est dexteram. & haec om-
nia opponentur uobis. & habebitis hic
quidē & diuitias & gloriam. & in futuro
seculo uitam aeternam; & sinistra con-
tinebo infirmitatem uestram. & dextera
coronabo perfectionem uestram. An for-
te apostoli relinquentes omnia sua. aut pau-
peribus quod habebant distribuentes. sine
diuitiis in hoc seculo remanserunt. & ubi
est illa promissio sinistra. accipiet in hoc
seculo septies tantum multiplicationem
promisit. & reuera quid desit homini di.
Siquis forte infidelis est. unam domum
aut paucas habet. fidelis hominis totus
mundus diuitiarum est. Vide sinis-
tram eius plenam subcapite. accipiet in hoc
seculo septies tantum. Vide dexteram con-
plectantem. & in futuro uitam aeternam.
Merito & alio loco. de ipsa sapientia dicit.
In dextera eius anni uitae. & in sinistra
eius diuitiae & honor. Unde ergo isti
uani loqui. quare uanitatem locutum ē
os eorum. quia dextera eorum dextera
iniquitatis. Non ergo eos arguo. quia filii
eorum uelut nouellae constabilitate aui-
tate sua. Nec quia fi-
liae eorum ornate sicut similitudo tem-
pli. Nec quia cetera abundantia. & pax
terrena aderat eis. sed quae arguo.
Beatum dixerunt populum cui haec sunt.
O loquentes homines uanitatem. Beatum
dixerunt populum cui haec sunt. perdi-
derunt uerā dexteram. maligni per-
uersi. beneficia di. inuersi se uestierunt.
O maligni. O uani loqui. O filii alieni.
Beatum dixerunt populum cui haec
sunt. Quod a sinistra erit. ad dexte-
ram posuerunt. Beatum dixerunt po-
pulum cui haec sunt. Quid tu dauid.
Quid tu corrus xpi. Quid uos. men bra

xpi. Quid uos non filii alieni. sed di. Quo uani
loqui filii alieni. Beatum dixerunt popu-
lum cui haec sunt. Vos quid dicatis.
Beatum populum cuius dicitur deus ipseus. Habe-
te ergo sinistram. sed in sinistra. Deside-
rate dexteram ut ponamini ad dexteram.
In sinistra enim habuerunt sinistram. apud
quos esuriit. & dederunt ei manducare.
Sitiit. potum dederunt. hospes fuit. sus-
ceperunt. nudus fuit. uestierunt. hoc
totum de sinistra abstulerunt. & ad dex-
tere opera transulerunt. & ad dexteram
ponerentur. Dixerunt ergo uani loqui. fi-
lii alieni. Beatum populum cui haec sunt.
Vos dicite nobiscum. Beatum populum cuius dicitur deus ipseus.
EXPLICIT DE PSALMO. CXLIII.

INCIPI DE PSALMO. CXLIII.
IN UTICA IN BASILICA MASSAE
CANONICAE.

LAUDARE UOBIS CUM DNM
desiderauimus. Et quoniam hoc concedere
dignatus est. ut laus quam illi dicimus. habeat
ordinem suum. ne forte aliquo excessu. quem
laudat. offendat. Melius iter laudis in
scriptura di. querimus. & ab ipsa uia nec in
dexteram. nec in sinistram digredimur.
Nudeo enim dicere caritati uestrae. uibe-
ne ab homine laudatur deus. Laudauit seip-
se deus. & quia dignatus est laudare se. Ideo
in aeternum homo quem admodum laudat eum.
Neque enim potest hoc dici deo. quod dictum
est homini. non te laudat os tuum. Ut enim
homo se laudat. arrogantia est. ut deus se laudat.
misericordia est. Bonum amando meliores
effimur. prodest amare quem laudamus. Ita
quod hoc nobis prodesse nouit. ut amemus eum.
Laudando se. amabilem se facit. & ideo nobis
consultat quia se amabilem facit. Exor-
tatur ergo cor nostrum in laudem suam. & spu-
sco impleuit seruos suos ut laudarent eum.

Et quō sp̄s eius in seruis eius laudat eum
quid aliter quon ipse se laudat

INCIPIIT ERGO PSALMVS ISTI 118

Exaltabote d̄s meus rex meus & benedi
cam nomen tuum in seculum & in seculum
seculi. Videtur inchoatum esse laudem
d̄i & usq; in finem psalmi laus ipsa per du
ctur; Deniq; titulus psalmi est ipsi dauid;
& quō dictum est dauid qui uenit ad nos
ex semine dauid; ipse autem rex noster est
regens nos & introducens nos in regnum su
um. Intellegitur laus ipsi dauid. Laus
ipsi xp̄o. Xp̄s autem secundum carnem
dauid. quia filius dauid; secundum diui
nitatem autem creator dauid. & d̄s dauid.
Deniq; apostolus cum honoraret primum
populum d̄i. Vnde & apostoli ipsi credi
derunt. & multe ecclesiae prime facte
sunt. facientes in multis dominum mili
bus quod modo ex euangelio diues uisus
audiuit. & tristis abscessit. Id est uen
ientes omnia quae habebant. & distribu
entes pauperibus & perfectionem d̄no requi
rentes. Cum ergo laudaret ipsum populū
primum sic ait. Quorum patres ex qui
bus xp̄s secundum carnem. qui est super
omnia d̄s benedictus in secula. Quia itaq;
ex ipis xp̄s secundum carnem. Ideo dauid.
Quia uero ipse est super omnia d̄s benedic
tus in secula. Ideo exaltabote d̄s d̄s me
us rex meus. & benedicam inquit nomen tu
um in seculum & in seculum seculi. forte
in seculum hic. in seculum autem seculi in
aeternum. Modo ergo incipit laudare.
sed in aeternum laudaturus est. Qui lau
dare non uult in transitu huius seculi. obmu
tescit cum uenerit in seculum seculi. pro
inde sequentibus uersibus prope hoc dixit.
Ne quis & uon aliter intellegat quod ait
laudabo nomen tuum in seculum. & que
reret alium seculum quando laudaret.
Per singulos dies inquit benedicam te

Lauda ergo. & benedic d̄m d̄m tuum per
singulos dies. Ut cum finit fuerit singu
li dies. & uenerit sine fine unus dies.
eas ex laudibus in laudem. sicut ex uirtu
tibus in uirtutem. per singulos dies bene
dicam te. Non transiet dies. quocirca non
benedicam. Nec mirum est si laeto die
tuo benedicas d̄m tuum. Quid si forte
aliquis luxerit tristis dies. sicut se habent
humanae res. Sicut est abundantia malo
rum scandalorum. Sicut est multiplica
tio temptationum. Quid si ergo aliquid
accidat tristis homini. desines laudare d̄m.
desines benedicere creatorem tuum. Sicut
si mens mentitus est. Dicendo per singulos di
es benedicam te d̄ne. Si autem non desinis.
& si tibi uidetur in die tristis. male erit tibi.
in d̄o tuo bene. Est enim & quando tibi
male est. ubi tibi bene sit. Si enim in
aliquo malo. male est tibi. procul dubio
in aliquo bono. bene tibi erit. Et quid
tam bonum. quam d̄s tuus. De quo dictum
est. nemo bonus nisi solus d̄s. Non quam
sit secura ista laudatio. & quam sit securum
hoc bene intellege de ipso bono. Nam si gau
deas de bono quod tibi accidit per diem fortis
se transit. Alio die bonum. hoc inde gau
des. bene mihi fuit. bonum diem duxi.
Quia forte lucrauerunt. aut inuitatus es in
epulis diu fuisti. Gaudes quia in epulis diu
fuisti. aliter tedolere quia non erubuit. Verum
tamen. De quo cumq; tali bono gaudeas. certe
transitorium est. Si autem gaudeas in d̄no do
tuo. Audies dicentem scripturam. Delecta
re in d̄no. Tanto firmitus gaudebis. quan
to est ille certior in quo gaudebis. Si enim
gaudes de nummo. times furem. Si autem
gaudes de d̄o. quid times. Ne tibi quisquam
auferat d̄m. D̄m tibi nemo auferet. Sicut
cum non dimiseris. Non enim sic est d̄s.
quomodo lux ista de caelo fulgens. non quan
do uolumus ad eam accedimus. Quia non

in omnino loco luce. per infirmitatem nostram
forte fit. ut hieme delectet nos esse in ipsa luce.
Nunc autem per aetatem uideat. Quomodo magis
cum locum quesimus ut in illa luce ^{non} stare
mus. In deo autem tuo quando factus in lumine
ueritatis eius delectaris. Non queris locum
quo ad eum accedas. Sed conscientia accedit
& conscientia recedit. Quod dictum est. acce-
dit ad eum & illuminamini. Animo dictum
est non uerbulo. Affectibus dictum est non pe-
dibus. & cum in eo aetabit. affectus non patie-
ris. Spiritus enim spirauit tibi. & sub alise-
us sperabis. Vides ergo habere te quomodo
delecteris per singulos dies. Non te dimitte
deus tuus. si aliquid triste acciderit. Quam
enim triste erat quod scio uero iob accide-
rat. Quam repente. quam multa mala. que
admodum omnia de quibus gaudere putabat.
Non de quibus gaudebat diabolo temptante sub-
tracta sunt. quem admodum & filii mortui
sunt. perit quod seruabatur. perierunt
quibus seruabatur. Nectamen perit qui & il-
lud. & illos dedit. & ipsi filii presentis seculo
perierunt. agnoscendi & recipiendi in futuro.
Ille tamen uir habens aliud unde gauderet
in quo uerum erat. Quomodo commemora-
uimus. per singulos dies benedicam te.
Numquid quia dies ille quo cuncta perierant.
tristis in luxit. Ideo lux interior in corde de-
fecit. fecit quippe in illa luce & ait.
Dns dedit dns abstulit. sicut dno placuit ita
factum est. sit nomen dni benedictum.
Ergo per singulos dies laudauit. qui & in
die tam triste laudauit. breue misterium
est ut laudes dm uerbis. qui corde non falso
dicat. benedicam dno in omni tempore.
semper laus eius in ore meo. Breue myste-
rium est. scilicet ut noueris eum misericor-
diter dare cum dat. misericorditer aufer-
ri cum tollit. Necte credas a misericordia
eius non relinqui. Qui tibi aut blanditur dan-
do ne deficiat. Aut corripit exultantem

ne pereat. Sive ergo in eius domo. Sive in eius
flagellis. lauda tu. laus flagellantis. medici-
na est uulneris. Per singulos dies benedica-
te. prorsus per singulos dies fratres benedicite.
Omnino quicquid acciderit. benedicite dm.
Et enim ne accidat aliquid quod ferre non po-
testis ipse facit. Ideo cum amore debes esse
quando tibi bene est. neque te ad hoc parare qua-
si numquam tempteris. numquam probaris.
Nonne melius est temptari & probari. quam
non temptatum reprobari. Et laudabo no-
men tuum in seculum & in seculum seculi.
Magnus dns & laudabilis ualde. Quantum
dicturus erat. quae uerba quae uerba quesiti-
rus. Quantum conceptionem includit. in uno ual-
de cogita quantum uis. Quando autem potest
cogitari qui capi non potest. laudabilis est ualde.
& magnitudinis eius non est finis. Ideo dixit
ualde. quia magnitudinis eius non est finis.
Neforte inapias uelle laudare. & putas te lau-
dando posse finire. cuius magnitudo finem non
potest habere. Noli ergo reputare eum cuius
magnitudinis finis non est. sufficienter posse lau-
dare. Nonne ergo melius est. ut quomodo ipse
non finitur. ne laus ipsius finatur. illius mag-
nitude sine fine est. & ualida laudatio sine fine
fit. De magnitudine eius quid dictum est.
magnitudinis eius non est finis. De ualida laude
quid. laudabo nomen tuum in seculum & in sae-
culum saeculi. Ergo sicut eius magnitudinis
non est finis. Sic tuae laudis non erit finis. Non
enim cum mortuus fueris in hac carne. desines
laudare dm. dictum est quidem. non mortui
laudabunt dm. Sed illi de quibus dicitur. A
mortuo uelut qui non sit perit confessio.
Non illi de quibus ait. Qui credit in me uisus mori
atur. uiuus. Quia & de abraham. & de isaac. &
de iacob. non est mortuorum sed uiuorum. Si
enim numquam nisi ipse fueris. numquam a laude
ipsius tabescis. Timere poteris ne dum uiuus hic
ipse fueris. & cum mortuus fueris non sis ipse.
Audi apostolum emittentem nobis. securitatem

Siue uiuimus. dno uiuimus. Siue morimur.
 dno morimur. Siue ergo uiuimus. siue mo-
 rimur dno sumus. It unde ergo factum est
 ut eius sis mortuus qui praetio sui sangui-
 nis terredemur. & mortuus quomodo per-
 dit seruum mortuum. cuius mors est praec-
 tium tuum. Ideo cum dixisset siue uiui-
 mus. siue morimur. dno sumus. Ut ostende-
 ret ipsam praetium. Ad hoc enim inquit
 xpi mortuus est ut & mortuorum & uiuorum
 dominetur. Verum tamen quia magnitu-
 dinis eius non est finis. & eum quem non capi-
 mus. laudare debemus. Si enim capimus.
 est magnitudinis eius finis. Si autem magni-
 tudinis eius non est finis. capere ex eo aliquid
 possumus. dno tamen totum capere non possu-
 mus. Tanquam deficientes in eius magni-
 tudine. ut reficiamur eius bonitate; respici-
 amus ad opera. & de operibus laudemus ope-
 rantem. De conditis conditorem. De creatu-
 ra creatorem. Videmus quae hic fecerit.
 quae nobis nota sunt. quae nobis manifesta sunt.
 Illius enim immensa bonitas. & interminabi-
 lis magnitudo. quanta alia fecit quae nos
 non nouimus. Quomodo quidem aciem oculo-
 rum nostrorum usque ad caelum extendimus.
 & a sole & luna & stellis. rursum ad terram re-
 uocamus. Et hoc totum spatium est ubi ua-
 catur acies nostra. Ultra caelos quis extendat
 aciem uel mentis. non dicam carnis. Ergo
 quantum nobis nota sunt opera eius laudemus
 eum per opera eius. Inuisibilia enim eius.
 a constitutione mundi per ea quae facta sunt
 intellecta conspiciuntur. **G**eneratio & ge-
 neratio laudabit opera tua. Omnis generatio
 laudabit opera tua. forte enim ^{omnis} generatio
 dicta est. generatio & generatio. Non enim
 tam diu dicturus erat generatio & generatio.
 Quam diu finire & numerum omnium gene-
 rationum. Sed repetitio loquentis in infi-
 nitum misit animum cogitantis. Ecce ista
 generatio quae nunc in carne est transitoria.

hinc sicut uentus laudet opera di. & illa
 cui succedenti credit laudabit utiq; operadi.
 & post illam erit alia. & usque in finem seculi
 quoniam multae generationes. hoc significans. ut
 Generatio & generatio laudabit operatua.
 An forte dicat quasdam generationes insinu-
 are uoluit ista repetitione. Sumus enim
 in hac generatione. filii di erimus in alia ge-
 neratione filii resurrectionis. appellauit scrip-
 tura filios resurrectionis. ipsam generationem
 resurrectionem uocauit. In regeneratione
 inquit cum sederit filius hominis in maiestate
 sua. Item alio loco. non enim nubent. neq;
 uxores ducent. cum sint filii resurrectionis.
Ergo generatio & generatio laudabit ope-
 ra tua. Laudamus nunc opera di. cum in
 hac mortalitate uiuimus. Et si laudamus com-
 pediti. Quomodo laudabimus coronati. Ergo
 haec nunc attendamus in hac generatione ope-
 ra dno. in cuius laude dicitur. generatio & ge-
 neratio laudabit operatua. Quo magnitudi-
 nis tuae non est finis. Operatua inueni luc-
 ut tu lauderis quae talia operaris. Et uirtute
 tuam adnuntiabunt. Neq; enim operatua
 laudabunt. nisi ut uirtutem tuam adnuntient.
 proponuntur laudes pueris in scola & omnia
 talia. proponuntur quae laudentur. quae
 di operatus est. proponitur homini laus so-
 lis. laus caeli. laus terrae. **V**t adm^o ora
 ueniam. & iam laus rosae. laus auri.
 Omnia ista opera di sunt. proponuntur.
 suscipiuntur. laudantur. Opera celebra-
 tur. De operatore taceatur. Ego in operi-
 bus uolo laudare creatorem. Ingratum non
 amo laudatorem. laudas quod fecit. taces
 de illo qui fecit. Quasi uero nisi ille tantus
 esset inueniret conlauderet in eo quod iudicet.
 Quid tibi laudatur. species. utilitas. aliqua
 uirtus. aliqua potentia rerum istarum.
 Si pulchritudo te delectat. quid pulchri-
 us faciente. Si utilitas laudatur. quid il-
 lo utilius qui fecit omnia. Si uirtus laudat.

quid illo potentius. a quo facta sunt omnia.
A quo & un facta non dimittantur. sed
reguntur & gubernantur omnia. Honor
ergo quem admodum quidam eloquentes
multi laudantes creaturam. obliuiscunt
creatorem. Non sic ergo te laudat genera
tio & generatio in seruis tuis conlaudat ope
ratua. Sed quomodo laudat. & uirtu
tem tuam adnuntiabunt. In laudandis
operibus tuis uirtutem tuam adnuntiabit.
Laudantes ista scilicet & boni fideles uiri lauda
tores non ingrati gratiae cum laudant ope
rati. Haec atque illa summa. & ima. cae
lestia & terrestria inter ipsa opera di quae
laudant & se ipsos inueniunt. Quia in ope
ribus di & ipsi sunt. Quoniam fecit omnia
ipse nos fecit inter omnia. proinde si laudas
opera di & te laudaturus es. quia & tu opus
di es. Vbi est ergo. non te laudat ostium.
Ecce inuentum est quomodo & te laudare
possis. & arrogans non sis. Dm̄ in te lauda
non te. non quia tu talis es. quia ille fe
cit te. Non quia tu aliquid potes. Sed quia
ille potest in te & per te. Ac per hoc lau
dabunt. & uirtutem tuam adnuntiabunt.
non suam. sed tuam. Dicite ergo laudare.
intuentes operamini artificem gratias
agendo. non arrogando. Laudate quia
ipse fecit. quia sic conficitur. quia talia
donauit. Denique uide quae secuntur. uir
tutem tuam inquit adnuntiabunt.

Magnificentiam gloriae scitatis tuae loquen
tur & mirabilia tua narrabunt. Et uirtu
tem metuendorum tuorum dicent. & mag
nitudinem tuam enarrabunt eam. Me
moriā abundantiae suauitatis tuae eru
tuabunt. Non nisi tuam. Non nisi tuam.
iste operum considerat. Uide si deflexus
est ab operanti ad opus. Vide si decidit
ab eo qui fecit. ad ea quae fecit. Ab his
quae facta sunt gratiam sibi fecit ad eum
non ab illo ad ista causam. Si enim ama

ueris haec plus quam illis non habebis illum
& quid tibi prodest abundare operibus. si
desert operator. Certe ama & haec. sed plus
illum ama & haec propter illum ama.
Adnuntia uirtutem eius. magnificentiae
gloriae scitatis. Loquere mirabilia. enarra
uirtutem metuendorum. Dicit enim a
mabilis & terribilis est. Non enim blanditur
& non minatur. si non blanderetur nullae
set & hostatio. si non minaretur nullae
correctio. Dicent ergo laudatores tui &
uirtutem metuendorum uirtutem creaturae
tuae punientis. & disciplinam dantis dicent
non tacebunt. non enim praedicabunt reg
num aeternum. & tacebunt ignem aeterni.
Laus enim di in uia te constituens ostendit & ab
debet & quid diligat & quid timeat & quid
apparet. & quid fugiat. quid diligat. quid re
ciat. tempus electionis nunc est. acceptio
postea erit. dicatur ergo iustus metuendorum
& magnitudinem tuam inquit enarrabunt
eam. sic infinitam. sic quomodo magnitudi
nis tuae non est finis. Non de illa tacebunt.
illam inquam magnitudinem. De qua supe
rius dixeram. & magnitudinis tuae. non est
finis enarrabunt eam. Quomodo enarra
bunt si finis non est. enarrabunt eam cum
laudabunt eam. & quia finis eius non est sic
& laudis eius non erit finis. probemus quia
non erit finis laudis eius. Beati inquit qui
habitabit in domo tua in secula seculorum
laudabunt te. & magnitudinem tuam illa
illam infinitam enarrabunt eam. Memo
riam abundantiae suauitatis tuae eru
tabunt. O aepulas felices quid mandu
cabunt quis eructabunt. Memoriam
abundantiae suauitatis tuae. Quid est
memoriam abundantiae suauitatis tuae.
Quia nos oblitus non es. cum oblitus te nos fu
rimus. Omnis enim caro oblita erit dm̄.
ille tamen opera sua non est oblitus. Haec
memoria eius super nos quia non nos obli

tos est . . . praedicanda est. Narranda est
 & quia ualde dulcis est manducanda. & eruc
 tunda est. Sic manduca ut eructet. Sic acci
 pe ut des. Manducas cum discis. Eructas cu
 doceas. Manducas cum audis. Eructas cum
 praedicas. Hoc tamen eructas quod mandu
 casti. Deniq; ille audissimus ac pulator.
 Iohannes apostolus cum non sufficebat ipsa men
 sa dñi. nisi discumbere super pectus dñi. &
 de archano eius biberet diuina sacra. quid
 eructauit. In principio erat uerbum. & uer
 bum erat apud dñm. Memoriam ergo abun
 dantiae suauitatis tuae eructabunt. Quo
 modo non sufficit memoriam tuam. Nec me
 moriam abundantiae tuae. uel memo
 riam suauitatis tuae. Sed memoriam abun
 dantiae suauitatis tuae. Et enim quid prodest
 si abundat & insuaue est. Item molestum si
 suaue & parum est. Ergo memoriam abun
 dantiae suauitatis tuae eructabunt. Quia
 non est oblitus nostri & non oblitus commonu
 isse nos. ut & nos reducat in memoriam. Com
 memorabuntur enim & conuertentur adhim
 unuersi fines terrae. Quia ergo memoriam
 abundantiae suauitatis tuae eructabunt. Intel
 legentes in se nihil boni esse. quod ac non sit. nec
 potuisse conuerti ad se nisi commemorentur ab te.
 Nec reduci potuisse in memoriam tuam. si tu obli
 uisceris illorum. Haec considerantes in gra
 tia tua & iustitia tua exultabunt. Haec
 inquam in tua gratia considerantes exultabunt
 iustitia tua non sua. fratres si uultis tunc uere
 gratiam. bibite gratiam. quid est bibite gratiam.
 discite gratiam. Intellegite gratiam. Nos
 antequam omnimodis essemus. non eramus. & fac
 tumus homines. cum antea nihil essemus.
 Deinde iam ipsi homines. ex duce illius pecca
 toris. & maligni eramus. & filii irae natura
 suae & ceteri. Adhendamus ergo gratiam di
 non solum quia fecit nos. Verum etiam qui a
 refecit. Cui ergo debemus quia sumus. illi
 debemus. quia & iustificati sumus. nemo qua

. . . Melius est enim quod ab eis tribuere quam quod illi
 si tribuat quia est. & sibi tribuat quia iustus
 est. Melius enim aliquid est. quia iustus est. quam
 quia homo est. Inferius aliquid das do. ut superi
 us tibi totum. illi da. in totum ipsum lauda.
 non cadas de manu artificis. Ut esset quis fecit.
 Non ne scriptura est. Quia sumpsit de limum
 de terra & formauit hominem. Ante quam
 homo esset limus eras. Antequam limus esset.
 nihil eras. Sed non desio solo figmentum gra
 tias agas. artificis tuo. Audi aliud eius figmen
 tum ubi refecit. non ex operibus aut ne forte
 quis extollatur. Sed quid dixit. non ex o
 peribus. ne forte quis extollatur. Superius
 quid commemorauit. gratia salui facti estis
 per fidem. & hoc non ex uobis. apostoli uer
 ba sunt. Non mea gratia salui facti per fidem.
 & hoc ut salui effectis per fidem non ex uobis.
 quam ut hoc ipsum quod dixerat gratia
 utiq; non ex uobis. Sed ne quis aliter intel
 legeret. planius hoc aperire dignatus est.
 Da intellectorem. & totum dixit. Gratia sal
 ui facti estis. Vbi audis gratiam. gratis in
 tollege. Si ergo gratis nihil tu aduisti
 nihil meruisti. Nam si meritis aliquid red
 ditum est. meritis est non gratia. Gratia
 inquit salui facti estis per fidem. Expo
 ne illud apertius propter arrogantes. propter
 sibi placentes. propter ignorantes di iustitiam.
 & suam uolentes conseruare. Audi hoc idem
 apertius. & hoc inquit quod gratia salui fac
 ti estis. non ex uobis. sed donum dei. Sed
 nos forte aliquid fecimus ut dona di merere
 mur. Non ex operibus inquit. ne forte quis
 extollatur. Quid ergo. nos bene non opera
 mur. immo operamur. Sed quomodo do
 ipso in nobis operante. Quia per fidem lo
 cum datus in corde nostro ei qui in nobis &
 per nos bona operatur. Audi enim unde
 operis bona. Ipsius enim sumus figmentum
 creati in xpo ihu. in operibus bonis ut mil
 lis ambulemus. Ita est suauius abundans
 memoriae ipsius circa nos. Hanc eruc

tando praedicatores iustitia eius exultabi
non sua. Quod ergo ut simus. ut laudemus ut
iustitia tua uesultemus ut memoriam abun
dantiae suauitatis tuae eructemus. Quid
ergo nos fecisti dñe. quem laudamus dicamus.
& cum dicimus laudamus. Misericors & mi
serator dñs longanimis. & multum miseri
cors. Suauis dñs omnibus & miserationes
eius in omnia opera eius. Nisi ille talis esset.
denobis repetitio nulla esset. Ad te dead
te ipsam. quid merebaris peccator. contemp
tor di. quid merebaris. uide si occurrat tibi
nisi poena. Si occurrat nisi supplicium. Vider
ergo quid tibi debeatur. & quid dederit qui
gratis dedit. Data est uenia peccatori. Datus
est sp̄s iustificationis. Data est caritas & dilectio
in qua bona omnia facias. & super haec dabit
& uitam aeternam. & societatem angelorum.
Totum de misericordia. merita tua nusquam
iactes. quia & ipsa tua merita illius dona sunt.
& iustitia tua exultabit. misericors & mise
rator dñs. qui fecisti gratis omnia longanimis.
Quantos enim sustinet peccatores. misericors &
miserator in his quibus ueniam dedit. In his
quibus adhuc non dedit longanimis. Non clam
nant sed expectant. ipsa expectatione clamant.
Conuertimini ad me & conuertar ad uos. &
nimia longanimitate. Nolo inquit mortem
impii. quantum reuertatur & uiuat. Ille
quidem in longanimis. tu autem secundum du
ritiam cordis tui. & cor in penitentis thesauri
zas tibi iram in die irae. & reuelationis iusti
iudicii di. Qui reddet unicuique secundum ope
rasua. Non enim modo sic longanimis insis
tendo. ut numquam iustus in iudicando.
Distribuit tempora. uocat te. nunc exhortatur
te. nunc expectat donec facias. & tu tardas.
Magnā eius misericordia. in hoc quod diem
uitae tibi incertum fecit. ut nescias quan
do hinc emigrabis. & cum cotidie speras te
aliquando conuertar. & in hoc magna eius
misericordia. Ceterum sistat uisus diem.

62

no by

omnibus faceret abundare peccata desecuritate.
Dedit ergo spem ueniae. ne sperando amplius
peccet. & spes & desperatio timenda est in pec
catis. Videte uocem desperantis ad augenda pec
cata. & uocem sperantis ad augenda pecca
ta. & quomodo utriusque uoci occurrat prouidentia.
& misericordia di. Audi uocem desperantis. iam
inquit damnandus sum. quare non faciam quicquid
uolo. Audi & uocem sperantis. misericordia di
magna est. Quando me conuertero dimittet mi
hi omnia. quare non facio quicquid uolo. Despe
rat ut peccet. sperat ut peccet. Vtrumque metuen
dum est. Vtrumque periculosum. Vac a despera
tione. Vac a peruersa spe. Vtrumque huic periculo.
Vtrumque malo. Quomodo occurrat misericordia di.
quid dicitur. quid desperando uolebas peccare. iam
damnandus sum. quare non facio quicquid uolo.
Audi scripturam. Nolo mortem impii quantum
ut reuertatur & uiuat. Hac uoce di redu
citur in spe. Sed timendus est alius laqueus ne
ipsa spe amplius peccet. Quid ergo & iudice
bas qui spe magis peccas. Quando me conuer
tero omnia mihi di dimittet. faciam quicquid uo
lo. Audi & tu scripturam. Ne tar des conuertar ad
dñm. neq; differas deducendum. Subito enim
uenit ira illius. & in tempore uindictae disperdet te.
Noli ergo dicere cras me conuertam. cras do placebo.
& omnia hodierna & haec eterna dimittantur mihi.
Verum quidem dicit. quia di conuersionis tuae
indulgentiam promisit. Sed dilationi tuae
diem crastinum non promisit. Suauis dñs om
nibus & miserationes eius in omnia opera eius.
Quare ergo damnat. quare flagellat. an
quos damnat non sunt opera eius. & uis nos
se quia super omnia opera eius. miserationes eius.
Id est illa longanimitas. qua facit solem suum
oriri super bonos & malos. Nonne misera
tiones eius in omnia opera eius. qui pluit super
iustos & iniustos. Nonne miserationes eius in
omnia opera eius. Longanimis expectans pecca
torem dicens. Conuertimini ad me. & conuer
tar ad uos. Nonne miserationes eius in omnia

opera eius. & cum dicit. Ite in ignem aeternum. qui paratus est diabulo & angelis eius. hic non misericordia eius sed seueritas eius. Misericordia eius reddita eius. reddita est operibus eius. Seueritas eius non in opera sua. sed in operatua. Deniq; sicollas operatua mala. & non in te remaneat nisi opus eius. non te dimittit misericordia eius. Si autem tu non dimittis operatua. erit seueritas eius in opera tua. non in opera sua.

Confiteantur tibi dñe omnia operatua. Confiteantur tibi. Quid enim. terra non est opus eius. ligna non sunt opera eius. peccora. bestiae. pisces. uolatilia. non sunt opera eius. plane & haec opera eius. Et quomodo confitebuntur ei. Et haec uideo quidem in angelis. confiteri illi opera eius. & enim opera eius sunt angeli. & homines opera eius sunt. Et cum confiteantur ei homines opera eius illi confiteantur. Numquid ligna & lapides uocem habent confessionis. Prorsus confiteantur ei omnia opera eius. Quid dicis. terra & ligna omnia opera eius. Si omnia laudantur non omnia confiteantur. Confessio enim non tantum peccatorum dicitur. Sed & laudes.

Ne forte ubi uisq; auditis confessionem. putetis eam non esse nisi peccata. Usq; adeo enim hoc putatur. ut quando sonuerit de diuinis eloquijs. continuo sit consuetudo pectora tundere. Audi quia & laudis confessio. Numquid dñs ih̄s x̄p̄s habebat peccatum. & tamen ait. Confiteor tibi pater dñe caeli & terrae. Confessio est ergo in laude. proinde. quid accipiendum. Confiteantur tibi omnia operatua. Laudant te operatua. Sed talis questio redit ad laudem. qualis erat in confessione. Si enim propter ea confiteri non poterant. terra. ligna. & quaeq; insensita quia uocem non habent confitendi. Ideo nec laudabunt quia uocem non habent praedicandi. Nonne tamen omnia tres illi pueri enumerant de ambulantes inter flammis innoxias quibus spatium erat. non solum ardendi. sed & iam laudandi dñm. Omnibus dicunt. ac caelestibus usq; ad terrena. Benedicite. Imnum dicite. & super exalta

te eum in secula. Ecce quomodo dicunt imnum. nemo hoc sentiat. quod mutus lapis. aut mutum animal habeat rationem intellegendi dñm. Hoc qui putauerunt. multum aueritate ab errauerunt. Dñs ordinauit omnia quibusclā dedit sensum. & intellectum. & immortalitatem. sicut angelis. Quibusdam dedit sensum. intellectum cum mortalitate. sicut hominibus. Quibusdam dedit sensum corporis. nec intellectum. nec immortalitatem. dedit sicut pecoribus. Quibusdam uero. nec intellectum. nec sensum. nec immortalitatem. sicut herbis. Lignis. Lapidibus. Tamen & ipsa in genere suo. de esse non possunt. & gradibus quibusdam ordinauit creaturam. a terra usq; ad caelum. Aut sibi libus. ad inuisibilia. Amortalibus. ad immortalia. Ista contextio creaturae. Ista ordinatissima pulchritudo. ab imis ad summam conscendens. a summis ad ima descendens. Nusquam interrupta. sed simulibus temperata tota laudat dñm. Cum eam consideras. & pulchram uides. Tu illa laudas dñm. Vox quaedam ē mutae terrae. species terrae. Ad tendis & uides eius speciem. Vides eius secunditatem. Vides eius uires. Quomodo concipiat semen. Quomodo plerumq; afferat quod non est seminatum. Vides & consideratione tua tanquam interrogas eam. Causa inquisitio. interrogatio est. Cum autem inquisieris. ammirans & perscrutatus fueris. & magnam uim. magnam pulchritudinem. praeclaram q; uirtutem inuenieris. Quo apud seclam se habere hanc uirtutem non posses. continuo tibi uenit in mentem. quia non potuit ase esse nisi ab illo creatore. & hoc quod inuenisti uox confessionis ipsius est. ut laudes creatorem. Nonne considerata uniuersa pulchritudine mundi huius. tanquam una uoce tibi species ipsa respondet. Nonne ego feci. sed dñs. Ergo confiteantur tibi dñe omnia operatua. & seclau benedicent te. **U**n confessione operum tuorum seclau benedicant. Ipsi seclau in spiciant creaturam confitentem. & illerum uo

cem. audi benedictionem. Et enim scilicet tu be-
nedicunt te. quid dicunt. **G**loriam regni tui
dicent. & potentiam loquentur. Quam po-
tens es. qui impleuit terram bonis. Quam po-
tens es. qui dedit ut assuas propriis animali-
bus. Quam potens es. qui semina diuersa dedit
visceribus terrae ut germinarent tantam va-
rietatem fructuum. tantam speciem arborum.
Quam potens es. quam magnus es. Tum
terroga creatura respondeat. & de responsione
tamquam confessione creaturae. tu scilicet de be-
nedices dominum. & potentiam tuam loquentur.

Veniam faciat filius hominum potentiam
tuam. & gloriam magnitudinis decoris reg-
ni tui. Scilicet ergo tu commendant gloriam
magnitudinis decoris regni tui. magnitu-
dinis decoris gloriam. Est quodam mag-
nitude decoris regni tui. hoc est regnum
tuum habet decorem. & magnum decorem.
Quando quidem quicquid habet decorem ipsum
regnum tuum. Qualem decorem habet. non
nos terra regnum habet decorem. quod de-
tenetur. Et enim quale illud decus est quod per-
fruentur scilicet. Quibus dicitur. Venite bene-
dicti patris mei patris mei. percipite regnum.
Vnde ibunt. quo ibunt. Videte fratres. &
si potestis cognate decorem regni illius. quod uen-
turum est. Vnde est in oratione nostra. Ad-
ueniat regnum tuum. ipsum enim regnum op-
tatur ut ueniat. hoc regnum uenturum scilicet
praedicant. Mundum istum attendite. deco-
rem habet. Quomodo decorem habet terra. mare.
aer. caelum. sidera. Omnia haec nonne
omnem consideratorem terrent. Nonne pul-
chritudo ipsa sic eminet. ut quasi pulchrius
nihil inueniri possit. & hic uiuunt in isto deco-
re. in ista pulchritudine. prope iam ineffabi-
li. hic uiuant tecum. & uermiculi. & mures.
& omnia terrae serpenta. Ista tecum uiuunt
in decore isto. Quale decus est illius regni
ubi tecum non uiuunt nisi angeli. Ideo pa-
rum fuit ut diceret. gloriam decoris.

potuit enim dici. & gloria decoris cuiuslibet speciei
& iam in hoc mundo constituit. uel decerta ui-
rentis. uel de caelo fulgentis. Sed magnitudinis
decoris regni tui. aliquid commendat. quod non
dum uidemus. quod nondum uisum credimus.
Quod creditum desiderauimus. propter cuius
desiderium omnia sustinemus. Est ergo mag-
nitude decoris cuiusdam ametur antequam ui-
deatur. ut cum uisum fuerit teneatur. **R**egnum
tuum. quod regnum dico. regnum omnium se-
culorum. Nam & regnum huius seculi. habet
decorem suum. Sed non est ibi magnitudo illa
decoris. qualis est in regno omnium seculorum
& dominatio tua in omni generatione & gene-
ratione. Haec est illa repetitio. ut om-
nem generationem illam. quae erit post
hanc generationem. **F**idelis dominus in uerbis
suis. & scilicet in omnibus operibus suis.
fidelis in uerbis suis dominus. Quid enim promisit
& non dedit. fidelis dominus in uerbis suis. sed ne
quaedam promisit & non dedit. sed credatur illi
ex his quae dedit. fidelis dominus in uerbis suis.
possimus illi credere. tantum modo dicenti. no-
luit sibi credi dicenti. sed uoluit teneri scrip-
turam suam. Quomodo si diceret aliam homini-
cum aliquid promitteret. non mihi credis. ecce
scribo tibi. Et enim quia generatio uadit & ge-
neratio uenit. & sic transcurrunt ista secula. ce-
dentibus succedentibusque mortalibus. scriptura di-
manere debuit. & quoddam est scripturam di-
quod omnes transeuntes legerent. uiam pro-
missionis eius tenerent. & quanta sunt quae
reddidit ex isto scriptura. Dubitant homines
credere illi de resurrectione mortuorum. & de
futuro seculo. quod non solum iam non reddem-
dum restitit. Quando si faciat rationem cum in-
fidelibus. erubescunt infideles. Sic dicit tibi
dominus. Scripturam meam tenes. iudicium pro-
misi de redemptione bonorum & malorum.
Regnum sempiternum fidelibus. & non uis cre-
dere ibi in scriptura mea. **L**ege omnia quae
promisi. deduc mecum rationem. certe

uel compucando quae reddidit. potes me credere
 redditurum esse quod debeo. In ipso interrogatio ha
 bet promissionem unicum filium cui non peperci.
 sed pro uobis omnibus tradidi eum. - Lam com
 putam reddidit. lege interrogatum. promisi tibi
 pignus sps sci daturum me per filium meum.
 com puta redditum. - promisi tibi sanguinem
 & coronas martirum gloriosissimorum. con
 puta redditum. - Annonat te massa debiti
 mei. Sed haec gloria martirum ut redde
 reat tibi promissa interrogatio ubi scriptum
 est propter te mortificamur tota die. ut hoc
 redderetur. fremuerunt gentes. & populi me
 deati sunt inania. - Adfuerunt reges cer
 sac & principes conuenerunt in unum ad
 uersus dnm. & aduersus xpm eius. principes
 conuenerunt in unum conspirantes aduersus
 xpianos. Quid ipsorum regnum fidem. non
 ne & promisi interrogatio. & reddidit in effectum.
 Adhuc ubi promisi. Adorabunt eum omnes re
 ges terrae. omnes gentes seruiunt illi. In gratia
 legis debitam. certis redditum. non credis pro
 missum. lege aliud interrogatio meo. quo fre
 muerunt gentes. Quo inimici mei dixerunt
 mala mihi. hoc est xpo. quando morietur &
 peribit nomen eius. Quo haec omnia fecerunt
 atq; dixerunt. - lege quid promisi. cui soluendo
 me obstruxi. preualebit dnm aduersus eos. &
 exterminabit omnes dominos gentium terrae.
 & adorabunt eum unusquisq; de loco suo. Nem
 pe iam praualuit. & exterminat omnes deos
 gentium terrae. - Nonne & hoc facit. & hoc red
 dit. Ante oculos omnium ponit solutionem de
 bitorum suorum. Quaedam reddidit sub maio
 ribus nostris quae nos non uolumus. Quaedam
 reddidit temporibus nostris. quae illi non ui
 dent. - per omnes generationes reddidit
 quae scripta sunt. & quod refert non ei credi
 tur. - His omnibus redditis. quid refert. ecce
 fecit rationem. tanta reddidit. - Numquid propter
 pauca residua infidelis est factus. Absit. Quare.
 Quia fidelis dnm in uerbis suis. sed in omnibus operibus

suis. Confirmat dnm omnes decedentes. Sed quos
 decedentes omnes omnino decedentes. - Sed modo
 quodam decedent ab eo. Multi autem decedunt
 acognitionibus suis. Sed habebant malas cogi
 tationes decedunt ab eis. & confirmat dnm om
 nes decedentes qui aliquid amittunt in isto seculo.
 & si sunt ueluti ex honorantur in isto seculo.
 ex diuitibus fiunt pauperes. ex honoratis fiunt
 abiecti. & tamen si di sunt. tamquam deciden
 tes sunt. Sed confirmat dnm omnes decedentes.
 Septies enim cecidit iustus & resurrexit. Impii
 autem infirmabuntur in malis. - Quando ma
 la accidunt impiis. infirmantur ibi. Quon
 do mala accidunt iustis. confirmat dnm omnes
 decedentes. - Decidit enim iob a gloria pristi
 ne lucis temporalium rerum quibus utebatur
 tempus. Decidit a gloria domus suae.
 Vultis nosse quantum decidit. in stercore se
 debat. & confirmauit dnm decedentem.
 Quantum confirmauit. ut & in ipso graui uul
 nere. quod per totum corpus per cesserat. respon
 deret uxori temptanti. Quomodo solum sibi diabolus
 relinquerat aduenticem locuta est tamquam
 una ex insipientibus mulieribus. - Sibona suscep
 mus de manu dnm. mala non sustinemus. Quo
 modo confirmauerat decedentem. - Confirmat
 dnm omnes decedentes. - Cum ceciderit inquit
 non conturbabitur quo dnm confirmat manus
 eius. & erigat omnes elisos. Omnes ad se per tmen
 tes. - Nam si superbis resistit. Oculi omnium
 in te sperant. & tuas esam illis in oportunitate.
 prorsus tamquam reficiens aegrotam in oport
 unitate. Quando debet accipere. tunc dat. &
 quod debet. hoc dat. - Itaq; aliquando deside
 rat ab illo. si non dat. Nout horandandi
 qui curat. - Quare ista dico fratres. ne quis quan
 do forte non fuerit exauditus aliquid in iustum
 petens ad d. - Nam quando in iustum aliquid
 petit. in poenam suam exauditus. Sed ali
 quid non iustum petens. si forte non fuerit exaudi
 tus. non minuetur animo. non desiciant. expec
 tent oculi eius ad eam quam ille dat in oportu

mate. Quando non dat. ideo non dat. ne ob
sit quoddam. Neq enim aliquid iniustum pete
bat apostolus. quando rogauit aut auferetur
ab eo stimulus carnis. angelus satane a quo co
lasi abatur. Et tamen rogauit & non accepit.
Quia tempus adhuc erat exercende infirmita
tis non esiae oportunitatis. Sufficit inquit
tibi gratia mea. uirtus in infirmitate perfici
tur. Petiit diabolus temptandum iob. & ac
cepit. Attendite fratres mei. magnum
mysterium discendum. tenendum. animo
numquam obliuiscendum. propter abundan
tiam temptationum in isto seculo. Quid
dicam. reuera comparandus apostolus diabulo.
Apostolus rogat & non accepit. Diabolus
petiit & accepit. Sed non accepit apostolus prop
ter perfectionem suam. Accipit diabolus ad
damnationem suam. Deniq ipse iob accepit
sanitatem in oportunitate. Dilatus enim ut pro
baretur & diu sedit in uulnere. & multa dix
it. Rogabat dñm ut auferetur ab eo ista. &
dñs non auferabat. Cuius diabolum exaudiuit
eum temptandum. quam ipsum iob adseruan
dum. Discite ergo non murmurare aduer
sus dñm. Et quando non exaudimini. ne defi
ciat in uobis quod supra scriptum est. per sin
gulos dies benedicamte. Ipse unicus ipse fili
us patri utiq uenerat. soluere quod non debebat.
mori in manibus peccatorum. sanguine suo de
lere cetero grafium mortis nostrae. adhuc uenerat.
Et tamen ut ostenderet exemplum patientiae.
trans figurauit corpus humilitatis nostrae. con
forme corpori gloriae suae. pater inquit
si fieri potest transeat calix iste a me. Et
ut impleret quam uis non acciperet quod pete
re uidebatur. per singulos dies benedicamte.
Verum non quod ego uolo ait. sed quod tu
uis pater. Oculi omnium in te sperant. &
tudas illis escam in oportunitate. Aperis tu
manum tuam. & replet omne animal bene
dictione. & si non das. aliquantum das ta
men. Das in oportunitate. Differens. non au

ferit. & hoc non oportunitate. Iustus dñs in om
nibus uis suis. & quando cedit. & quando curat
iustus est. Apud eum iniquitas non est. Deniq
omnes sc̃i tribulationibus confituti. prius ius
ticiam eius laudauerunt. & sic beneficia petue
runt. Prius dixerunt iustum est quod facis.
Sic rogauit daniel. sic alii sc̃i. Iusta sunt iudi
cia tua. bene passi sumus. recte passi sumus.
Non dederunt dō in iusticiam. non ei dederunt
iniquitatem. & insipientiam. Laudauerunt
primo flagellatorem. & sic senserunt cibantem.
Iustus dñs in omnibus uis suis. Nemo illum pu
tet in iusticiam. Quando aliquid mali forte pati
tur. sed ipse iusticiam laudet & suam in
iusticiam acuset. Iustus dñs in omnibus uis
suis. & sc̃i in omnibus operibus suis. Prope e
dñs omnibus in uocantibus eum. Et ubi est illud.
Erit enim cum in uocabunt me. & non exaudia.
Ergo uide quod sequitur. Omnibus qui in uo
cant eum in ueritate. Nam multi eum in uocant.
non in ueritate. Aliud ab illo querunt. Quare
amat dñs. quia dedit mihi sanitatem. Isto mani
festum est. ipse dedit. Non enim ab alio est ulla
salus nisi ab ipso. Quia dedit inquit mihi uerem
diuitem. qui nihil habebam & seruentem mihi.
& hoc ipse dedit. uerum dicit. Dedit inquit fi
lios. & multos. & bonos. Dedit familia. dedit om
nia bona. ideo amat. ideo nihil amplius querit.
Eto esuriens. adhuc pulsa ad ianuam patrias fa
miliar. habet adhuc quoddam. In mendicitate et
cum omnibus his quae accepisti. & nescis. panno
son carnem mortalitatis adhuc portat. Solam
illam ^{gloriae} immortalitatis numquam accepisti. & qua
si iam satius non rogat. Beati qui esuriunt. & fici
unt iusticiam. quia ipsi saturabuntur. Ergo sibi
nus est dñs quia ista tibi dedit. Quanto beator eris
cum seipsum tibi dederit. Desiderasti tanta ab illo.
rogote desiderat & ipsum. Neq enim uere dulcio
ra sunt ista quam ille. Nec ex aliqua parte con
paranda sunt illi. Ergo quidm ipsum. aquae ac
cepit de quibus gaudet. praepone huius omnibus re
bus quas accepit. Ipse in uocat dñm in ueritate.

Nam ut noueritis sicut libus hominibus preponatur & dicitur. Quid si ista omnia de quibus gaudes uelit tibi auferre deus. Iam non amabitur. Non erit qui dicat. Dominus dedit. Dominus abstulit. sicut dicitur. Ita faciam esse. sic nomen domini benedictum. Sed forte qui abstulit. quid dicitur. Deus quid tibi feci. quare mihi abstulisti & illis dedisti. iniquus es. & tunc tollis. Accusas dominum quasi iniustum. & te laudas quasi iustum. Conuertere. accusa te. Lauda illum. Tunc eris rectus cum in omnibus bonis quae facis deus tibi placet. In omnibus malis quae peccaris deus tibi displicet. hoc est inuocare dominum in ueritate. Qui sic inuocat dominum & audit eum. Prope est. ibi est. Nondum dedit quod ius. ibi est tamen. Quomodo medicus si forte aliquid imponat uel oculo uel uisceribus quod iudicando sanet. Si roget eger ut tollatur. ille medicus expectat tempus. non facit quod rogit eger. non tamen recedit. & prope est & non facit. & ideo magis non facit quia prope est. Curando enim inposit. quod inposit. & curando non facit quod rogatur. Non te exaudit ad praesentem uoluntatem. exaudiendo ad futuram sanitatem. & hoc utique ad uoluntatem. Nam utique sanus esse uult. qui uiri non uult. Prope est ergo dominus omnibus inuocantibus eum. Sed quibus omnibus. omnibus qui inuocant eum in ueritate. Tales omnes confirmat. decedentes qui inuocant eum in ueritate. Voluntatem timentiam se facit. & tamen certe si deo times dominum ut tu facias ipsius uoluntatem. Ecce & ipse quodam modo ministrabit tibi. facit uoluntatem tuam. & praecet eorum exaudit & saluos facit eos. Videt adhuc exaudire medicum ut saluos faciat. Quando hoc. Audi apostolum dicentem. spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur non est spes. Si autem quod non uidemus speramus. per patientiam expectamus. Salutem scilicet quam dicit petrus paratam reuelari in tempore nouissimo. Quis dicit dominus omnes diligentes se & omnes peccatores disperdet. Videtis quia est apud

eum seueritas. apud quem tanta suauitas. Saluos faciet omnes sperantes in se. omnes fideles. omnes timentes se. omnes inuocantes se in ueritate. Et omnes peccatores disperdet. Quos omnes peccatores. nisi per seueritatem in peccatis. Dominum non se reprehendere audientes. Contra uero dominum cotidie disputantes. Veniam delictorum desperantes. & ex ipsa desperatione delicta cumulantes. Aut ueniam sibi per uerse promittentes. & ex ipsa promissione a peccatis & impietate non recedentes. Venit tempus ut separentur isti omnes. & fiant duae ille partes. Vnam ad dexteram. Vnam ad sinistram. Accipiant iusti regnum aeternum. Et omnes peccatores disperdet. Quo ita haec sunt. & audiuimus benedictionem domini. opera domini. mirabilia domini. misericordias domini. seueritatem domini. prouidentiam in omnibus operibus eius. Confessionem omnium operum eius. Quod in laude eius concludat attendite. Laudem domini loquetur os meum. & benedicat omnis caro nomen semini eius. in seculum & in seculum seculi.

EXPLICIT DE PSALMO. CXLIII.

INCIPIT DE PSALMO. CXLV.

DELICIAE SPIRITUS NOSTRI DIUINI
 Na cantica. ubi & fleat sine gaudio non est fidei homini. & peregrino in seculo. Nulla est iocundior recordatio. quam ciuitas unde peregrinatur. Sed recordatio ciuitatis in peregrinatione non est sine dolore. atque suspirio. Spes tamen certa reditus nostri. & iam peregrinando tristes consolatur & exhortatur. Rapiant cor nostrum uerba dei. & possessor uester iudicet sibi possessionem suam. id est mentes uestras ne uertatur in aliud. Unus quisque uestrum totus hic sit. ut hic non sit. Id est totus sit

in uerbo dicit quod sonat in terra. ut ab eo ex
alteratur & non sit in terra. Ideo enim. dicit nobis
cum. ut nos cum illo. Qui enim ut nobiscum
esset descendit ad nos. faciat ut cum illo pos
simus ascendere ad se. Interim ipse peregrina
tionem nostram non fastidit. quia
nusquam est peregrinus qui condidit omnia.
Ecce psalmus sonat. cuiusdam uox est.
Quae si uultis uetera est. exhortans animam
suam. ad laudandum dnm & dicentem

Libi
Lauda anima mea dnm. aliquando enim
in tribulationibus. atq; in temptationibus
praesentis uitae. uel in uel in conturbatur
anima. Cuius per turbationem in alio
psalmo alloquitur dicens. Quare tristis
est anima mea. & quare conturbas me.
Ut autem auferat ei eandem per turbatio
nem suggerat gaudium. Nondum de re
sed de spe. Ut & ille per turbat & anxiose
tristi & merenti. Spera in dno quo confitebor
illi. Spe qua se erexit in confessione confes
sionis. quasi diceret ei anima sua. quae illum
tristitia conturbabat. quid mihi dicit. Spe
ra in dnm. reuocat me conscientia peccato
rum. Ego noui quae commisi. & dicitur
spera in dnm. Commisisti uerum est. Un
de tamen speras. quo confitebor illi. Sicut
odit dñs peccata sua defendentem. sic suble
uat confitentem. Haec ergo spe accipia
quae spes non potest esse sine gaudio.
Quamuis in rebus simus difficilibus secun
dum istam uitam. & plenus procellarum
& tempestatum. haec tamen spe erecta
anima quia gaudet in spe. Sicut dicit apos
tolus. spe gaudentes. in tribulatione pati
entes. Accipit quandam erectionem in dnm.
ut laudet dnm & dicitur ei. Lauda anima
mea dnm. sed quid dicit. & cui dicit.
Quid dicimus fratres. caro dicit. Lauda ani
ma mea dnm. & potest caro bonum con
siliium animae suggerere. ut multum sit

edonita caro. & addnm imperitis uiribus nostre
seruitutis subiecta. ut omnino ita seruiat no
bis tanquam conditionale mancipium sufficit.
ut non impediat. Deinde carissimi ubiq; consilia
a melioribus peccatis. & sibi bonum quiddam est ani
ma nostra. & sibi bonum quiddam est caro nostra.
Quia utrumq; ille creauit qui fecit omnia bona
ualde. Quamuis ergo in genitoribus propriis
utrumq; sit bonum. tamen dicit apostolus. cor
pus quidem mortuum est propter peccatum.
est itaq; & illud corpus quale nobis promittitur
& nondum habemus in diebus redemptione spe
gaudemus. Dicente apostolo. in nobis in ipsis
in gememus. Adoptionem expectantes redemp
tionem corporis nostri. Spe enim salui facti
simus. Spes autem quae uidetur. non est spes.
Quod autem uidet quis. quid sperat. Sicut enim
quod non uidemus speramus. per patientiam ex
pectamus. Quamuis ergo bonum aliquod sit
corpus nostrum. tamen quam diu mortale prop
ter peccatum. Quam diu indigens. quam diu
corruptibile. Quam diu uita mutabile. ut nec pene
to quidem tempo sit consistat in se. pro ad dubio
tale est ut opte mus redemptionem illius. quanta
quando mortale. sed quale erit aliquando. Quale
idem apostolus dicit alio loco. Oportet corruptibile
hoc induere incorruptionem. Et mortale hoc in
ducere immortalitatem. Sed & iam cum fuerit tale
corpus nostrum. corpus iam caeleste & spiritale.
corpus angelicum in societate angelorum. non sic
clabit consilium anime. Semper enim corpus quo
corpus est. infra animam est. & quae uis anima in
lis. excellentissimo corpore. excellentior inuentur.
Ne uobis hoc quasi mirabile uideatur. Quia si uis
anima quae libet peccatrix. melior est quolibet mag
no & prestantissimo corpore. Non est melior meri
tis. sed natura. Est quidem anima peccatrix. est
quibusdam concupiscentiarum foribus in quina.
tamen melius est & si foribus aurum. quam pur
gatisimum plumbum. Ita curat animus uester
per aucta creature. & uidebitis quod dicimus non
esse incredibile. ut quamuis anima uituperabilis.

laudabilior sit tamen laudabili corpore. Duo
 quaedam sunt anima & corpus. Animam ut
 tuptero. corpus laudo. Animam uitupero quia
 iniqua est. corpus laudo quia sanum est. -
 Tamen in suo genere animam laudo. uel in
 suo genere animam culpo. Si uero interroges
 quid sit melius. Vtrum quod uituperam. an quod
 laudam. mirabilem responsionem receperis et.
 Ego certe illud uituperam. & ego laudam. -
 Interrogatus tamen quid sit melius. Respondeo
 esse melius quod uituperam eo quod laudam. Si
 miraris in his duobus. Adtende illa duo in promp-
 tu posita quae com memorauit de auro & plumbo.
 Ecce uituperam aurum & non bonum. Aurum
 sordidum est non ita fulgens. non ita purgatum
 optimum. hoc plumbum nihil purgatum. illud
 uituperam. illud laudam. & posui ante te utru-
 q. uituperans aurum. laudans alium. post
 hanc uituperationem laudationem q. meum in
 terrogame quid sit melius horum. Responde-
 bo. aurum melius est etiam sordidum. quam
 plumbum purgatum. Vnde melius. & quare
 uituperasti. Quare uituperasti. quia non dum est
 aurum quod potest esse purgatum. & melius quia
 nondum purgatum est. uituperatum est. plum-
 bum quare laudatum est. quia iam purgatum est
 ut melius esse non possit. Item dicit equum opti-
 mum. & hominem pessimum. tamen equo lau-
 dato. praepone hominem uituperatum. Si enim
 interrogaris ex his duobus quis sit melior. respon-
 sus est homo. non meritis sed natura. In artibus
 dicit optimum sutor. Verbi gratia. & reprehendit
 aliquem iuris peritum. quod multas leges ignorat. -
 Sutorum laudati. iuris peritum reprehendit. Ex
 his tamen duobus quere quis sit melior. Imperitior
 iuris peritus. perfecto sutori praeponeitur. In uenda
 carnis uetera. ita multis rebus uituperatis. aliisq.
 laudatis. Interrogati plerumq. res uituperatas
 praepone. mus. rebus laudatis.
 Natura animae prestantior est. quam natura cor-
 poris. Excellit multum. res spiritalis est. res inor-
 poreae est. Vicina est substantiae di. uisibilis quae

dam est. regit corpus. mouit membra. Dirigit
 sensus. preparat cogitationes. Exerit actiones.
 Caput rerum infinitarum imagines. - Et quis
 est tandem frater km̄ qui sufficit laudibus
 anime. & si animae laudibus deficitur. quae
 laus est eius qui animam condidit. & tamen
 tanta est eius gratia. ut dicat homo iste. Lau-
 da anima mea dnm̄. - Quis potest laudare
 dnm̄. si diceret te ipsum lauda. fortasse deficeret.
 Laudat inquit dnm̄. conare pietatis affectu. de-
 ficiens in laudibus eius. Expedi tibi deficere
 laudando dnm̄. quam proficere laudando te.
 Quoniam laudas dnm̄. non explicat quoduis. exten-
 ditur in interiora cogitationum. Ipsa extensio capa-
 tiorum te facit eius quem laudas. Quis ergo est
 ut dicere coeperam quid dicit. lauda anima mea
 dnm̄. caro nondicit. sed licet corpus angelicam.
 Inferius est quam anima. Consilium superiori
 dare non potest. Infelix est ipsa anima. si a corpo-
 re expectat consilium. Caro bene oboedient famu-
 la est animae. illa regit. haec regitur. illa impe-
 rat. ista famulatur. Quando potest caro dare hoc
 consilium animae. Quis est ergo quid dicit lauda
 anima mea dnm̄. Nihil inuenimus amplius in
 homine quam carnem & animam. Totus homo
 hoc est sp̄s & caro. An forte ipsa anima sibi dicit.
 & sibi quodammodo imperat. & se exhor-tatur ac
 q. excitat. Quibus dnm̄ enim per turbationibus
 ex quadam sui parte fluctabat. ex quadam uero
 parte. quam uocauit mentem rationalem. illam qua
 cogitat sapientiam inherens dno. Jam & suspirans
 nullum anima conuertit. quosdam suas inferio-
 res partes per turbati motibus secularibus. & cu-
 piditate quadam terrenorum desideriorum ire
 in exteriorem. relinquere interiorem dnm̄. reuo-
 cat se ab exterioribus in interiora. Ab inferio-
 ribus ad superiora & dicit. lauda anima mea
 dnm̄. Quid tibi placeat in seculo. Quid est quod
 uis laudare. Quid est quod uis amare. Qua-
 cumq. corporeis sensibus conuerteris. occurrit
 tibi caelum. occurrit tibi terra. Quod amat
 interta terrenum e. Quae quid amat in caelo.

corporeum est. Vbiq; amat & ubiq; laudat.
Quomodo laudandus ille qui fecit ista quae
laudat. Jam ergo diu occupata uixisti. & desi-
deriorum diueritate uerberata portas plagas
saucia diuisa per amores multos. Vbiq; inqui-
eta. nusquam securam colligere ad te ipsam. Quae
quid tibi foris placebat quere quem habeat auc-
torem. Nihil melius in terra. Verbi gratia qua
hoc & illud. aurum. argentum. animalia.
arbores. amoenitates. totam terram cogita.
Quid melius in caelo. sole. luna. sideribus. totum
celum cogita. Omnia ista simul bona ualde.
Quia fecit omnia deus bona ualde. Undiq; pul-
chritudo operis. quae tibi commendat artificem.
Miraris fabricam. ama fabricatorem. Non
occuparis in eo quod factum est. & recedas ab
illo qui fecit. haec enim quibus occuparis.
subte fecit. Quia sub se ipso te fecit. Si herebis
superiori. calcabis inferiora. Si autem recedas
a superiore. ista tibi in supplicium conuertentur.
Sic enim factum est fratres mei. accepit homo
corpus tanquam infamulatum. Deum autem do-
minum habens. seruum corpus habens. supra
se conditorem. infra se quod sub ipso conditum
est. In medio quodam loco rationalis anima con-
stituta legem accepit. herere superiore. rege-
re inferiorem. Regere non potest inferiorem
nisi regatur a meliore. Trahitur ab inferiore
deseruit ergo meliorem. Non potest regere
quod regebat. quia regi noluit. a quo regebatur.
Modo ergo recedat. laudat consilium sibi & lu-
cedi. Dat ipsa anima per rationalem mentem.
Unde concepit consilium fixum in aeterni-
tate auctoris sui. Legi tibi quiddam tremen-
dum. Laudandum. Amandum. desiderandum.
& appetendum. Non diu tenet. non diu ca-
pit. Coruscatione quadam per stringitur.
Non est tam ualida ut maneat. Ibi itaq; colle-
git se ad sanitatem quandam. & dicit. Lauda
anima mea deum. Et quis est fratres. nonne
laudamus deum. Nonne cottidie rinos
cantamus. Nonne cottidie promodulo nostro

sonat os nostrum. paratur cor nostrum laudes dei
& quid est quod laudamus. Magnum est quod
laudamus. sed quod laudamus adhuc infirmum
est. quando laudator implet excellentiam lau-
dati. ecce homo fit. carit de aliquanto pro-
lixius. & sepe labia mouentur ad cantum.
Cogitatio autem per nescio quae desideria uolat.
Stabat ergo mens nostra quodam modo ad lau-
dandum. & anima nostra per diuersas cupidita-
tes. uel curas negotiorum. huc atq; illuc flui-
tabat. Quasi desuper attendit ipsa mens ad
fluitantem huc atq; illuc. & eius inquietudine
molestiarum. quasi conuersa ad loquitur. Lau-
da anima mea deum. Quid est quod de alio rebus
agit. Quid est quod te occupet cura rerum terre-
narum. atq; mortalium. Stamen cum lauda-
deum. & quasi ipsa anima praegrata. & non
ualens ita consistere. ut dignum est. responde-
menti. Laudabo deum in uita mea. Quid est in
uita mea. quia modo in morte mea sum. Ergo
prius exhortare te & dic. Lauda anima mea deum.
Responde tibi anima tua. Laudo quantum possum.
tenenter. exiliter. infirmiter. Quare. Quia
quandiu sumus in corpore. peregrinamur. alio
Quare sic laudas deum. non perfecte. non sta-
biliter. Interroga scripturam. quia corpus quod
corrumpitur adgrauat animam. Corpus quod
corrumpitur inquit adgrauat animam. & deprimat
terrena in habitatio sensum multa cogitantem.
Tolle mihi corpus quod adgrauat animam. & lau-
da deum. Tolle mihi terrenam habitationem
deprimentem sensum multa cogitantem. & a
multis in unum confluam. ut laudem deum.
Quam diu autem ita sum. non possum. praegra-
uor. Quid ergo silebis & non laudabis per fec-
te deum. Laudabo deum in uita mea. Quid est
in uita mea. spes mea est. hic spes mea est tu-
hic dicimus. portio autem mea non hic sed in
terra uiuente sum. Nam ista terra morienti-
um est. haec transimus. sed in terra est. quo-
quo & malus homo peregrinatur hic. & bonus homo
peregrinatur hic. Non enim bonus transiit. &

malus hic permanet. Aut malus transit & bonus
hic permanet. Ambo transeunt. sed non ambo
ad unum. Duo erunt. pauper ulcerosus ad ianuam
diuitis iacet. & diues indutus purpurae brisso in
aequilis cotocidae splendidis. Ambo hic erunt.
Ambo hinc transeunt. sed non ad unum locum.
Diversa loca suscipiunt quia diversa merita perdu-
cunt. Transit pauper in sinu abraham. & tran-
sit diues ad tormenta inferorum. Vicini corpore
interea. ille in domo. ille ante ianuam. post mor-
tem totum separati. ut dicat abraham inter nos
& vos chaos magnam firmationem est. Ergo fra-
tres quo spes hic patet. vita autem nostra per-
fecta non est nisi illa quae promittitur. hic ^{no}
gemitur. hic temptationes. hic angustiae. hic me-
rorer. hic pericula. Laudabit anima nostra
dominam. Quomodo laudandus est. quod dicit in alio
psalmo. Beati qui habitavit in domo tua in secula
seculorum laudabunt te. Quando totum nego-
tium nostrum ipsa laus erit. Sed quando hoc in-
ta mea. Modo enim quid est. possit tibi dicere.
mors mea. Unde mors tua. quia peregrinor
ultra. Si enim herere illi. vita est. Recedere
ab illo. mors est. sed quid te consolatur. spes
non inuit in spe. Despe lauda. Despe carita.
Unde mors tua est. non caritas. Unde iuvis con-
ta. Mors tua est de merore huius seculi. Vi-
uit in spe futuri seculi. Laudabo inquit dominam
inuita mea. & quomodo laudabis dominam tuam.
psallam deo meo quam diu sum. Qualis illa lau-
datio psallam deo meo quam diu sum. Videte
fratres mei quale erit illud esse. ubi sempiterna ^{no}
laudatio erit. sempiternum esse erit. Ecce mo-
do est. numquid psallis deo tuo quam diu es. ecce
psallebas. auertisti te ad aliquod negotium. Non
non psallis & es. Ecce est & non psallis. for-
tassis
etiam cupiditate inclinatus ad aliquid. non solum
non psallis. sed & offendis auditum eius. & est.
Tamen quae erit illa laudatio. ubi quam diu es
laudas. sed quid aut. quam diu sum. aliquan-
do forte non erit. Immo aeternum erit ipsum
diu. & ideo uere diu erit. Nam quicquid finem

habet in tempore quamlibet longum sit. diu non est.
psallam deo meo quam diu sum. Interim bene lau-
dabis dominum inuita tua. psallis deo tuo
quam diu es bene. Quicquid hic pretium mendium
est de illo spera. Non nos deserat spes in ista
peregrinatione. & temptatione. In istis impro-
bitatibus & insidiis inimici. circum strepore
undique temptationibus seculi. undique in angustibus
constitutos. Quid ergo facimus. Audi quid seque-
tur. Nolite fidere in principes. fratres mag-
num negotium hic accipimus. diuina uox est.
desuper sonat nouo. Modo enim nescio quia
infirmate anima humana quando fuerit
tribulata. hic desperat de deo. & uult praesume-
re de homine. Dicatur homini in afflictatione ali-
qua constituto. Est quidam magnus homo per quem
possit liberari. aridet. gaudet. erigitur. Dicatur
illi liberat te deus. Quasi desperatione frigescit.
promittitur auxilium mortalitatis. & gaudet. pro-
mittitur immortalitatis. & tristis est. promittitur
tibi quod liberat te. tecum liberandus. & tanquam
aliquo magno auxilio exultat. promittitur ille
liberator qui liberatore non indiget. & quasi ad
fabulam disperas. Uae talibus cogitationibus
longe peregrinatur. Vere mira & magna mors
in eis. Adpropinqua. incipe desiderare. Incipe
querere. & agnoscere eum a quo factus es.
Non enim deserit opus suum. si ab opere suo non
deseratur. Conuer-te ergo te ad illum cui dicis.
Laudabo dominum inuita mea. psallam deo meo
quam diu sum. Monet ergo nos non imple-
tus tanto spiritu iste & dicit. Quasi longe remo-
tis. & longe peregrinationibus. & non solum deum
non uolentibus laudare. sed non dum uel deo
sperantibus. Nolite fidere in principes & fi-
lios hominum quibus non est salus. Inimofili-
us hominis salus. & in ipso. non quia filius homi-
nis. sed quia filius dei. Non propter id quod sus-
cepit ex te. sed propter id quod seruauit se.
Ergo in nullo homine salus. Quia & in illo ideo
salus. Quia deus qui est super omnia deus benedictus
in secula. De christo dictum est. Ex quibus christus

secundum carnem. ex quibus exiit. ex patri-
bus xpi secundum carnem. Sed non quod hoc
totum xpi. quod secundum carnem. non. Neque
enim secundum carnem. id est super omnia bene-
dictus in secula. Ideo in illo salus. quia dñi est
salus. Dicit enim alius psalmus. Dñi est salus
& super populum tuum benedictio tua. Sine cau-
sa arrogat sibi homines. Quia dant salutem si-
bi dicit. Responde super bo homini. gloriaris quia di-
cis redare mihi salutem. tibi da. Vide si habes eam.
confiderans bene fragilitatem tuam. Vides quia
nondum habes. Ergo nolite monere ut expectem
ate. Sed expecta mecum. Nolite fidere in principes
& in filios hominum quibus non est salus. Ecce nescio
quia principes procedunt. nescio unde & dicunt.
Ego baptizo. & ego quod dederō sem est. & si ab alio
acceperis. nihil accepisti. Si uero acceperis. aliquid
accepisti. O homo. O princeps. inter filios homi-
num uis esse. & inter principes quibus non est sa-
lus. Ideo ergo habeo salutem. quia tu mihi das.
Tuum est enim quoddam. Aut uero si uan tu das
uel hoc dicendum est. quia tu das. Dicit & fistu-
la. quod ipsa dat aquam. Dicit & canalis quia ipse
manat. Dicit & prece. quia ipse liberat. Ergo in
aquam aditendo fontem. in uoce prece. agnosco
iudicem. Non eris tu plane auctor salutis meae.
Ille erit de quo securus sum. Dete incertus sum si
non sis adrogans. Non ego solus dete incertus
sum. sed & tu dete. Ab illo ergo mihi salus qui
est super omnia. quia dñi est salus. Tu inter fi-
lios hominum. tu inter principes. Sed audio uo-
cem psalmi. Nolite fidere in principes. & in fili-
os hominum quibus non est salus. Secundum
turbam hominum. Quid sint isti filii hominum.
Quid sint uis scire. **Exiit** sps eius & reuertetur
in terram suam. Ecce totum quod loquitur
nesciens. Quam diu loquatur. minatur. Nesci-
ens quam diu uiuat. Subito exiit sps eius. &
reuertetur in terram suam. Numquid quan-
do uult exiit sps eius. Exiit & quando non uult.
& exiit. & quando nescit reuertetur in terram
suam. Ex eunte spū. caro reuertetur in terrā:

sed quia caro erat. quae sic loquebatur. Deme enim
praesione. & ego tibi do. Non dicerent nisi illi de
quibus dictum est quia caro sunt. Exiit sps eius
& reuertetur in terram suam. nulla die perierit
omnes cogitationes eorum. Vbi est trisus. Vbi
est superbia. Vbi est iactantia.
Si forte ad locum bonum transierit. ad iustos si-
tamen transiit. Nam quis sic loquebatur. nescio
quod transierit. Loquebatur enim superbia. Sine cau-
sa transierit tales homines. nisi quia inspicio alie-
rum psalmum. & uideo malum eorum esse transi-
tum. Vidi impium exaltari super cedros libani.
& transiit & ecce non erat. & quesiui eum. & non est
inuentus locus eius. Iste pius qui transiit. & non in-
uenit impium. illuc peruenit ubi non est. Ergo
fratres omnes audiamus. fratres dilecti. de om-
nes audi. unus in qualibet tribulatione. in queli-
bet desiderio muneri diuini. non fidemur in prin-
cipes. nec in filios hominum quibus non est salus.
Totum hoc mortale. transitorium. & caducum
est. Exiit sps eius & reuertetur in terram su-
am. nulla die perierit omnes cogitationes eius.
Quid ergo facimus. si in filios hominum. si in prin-
cipes non est spes uisionum. quid facimus.
Beatus cuius dō iacob adiutor est. Non ille
homo. aut ille homo. Non ille angelus. aut
ille angelus. Sed beatus cuius dō iacob adiu-
tor est. Quia & ipsi iacob sic fuit adiutor. ut
de iacob faceret israhel. Magnum adiutori-
um. israhel iam uidens dñm. hic ergo postus
& peregrinus. nondum uidens. Si habueris ad-
iutorem dō iacob. ex iacob eris israhel. & eris
uidens dñm. & periet omnis labor. & omnis geni-
tus. transiit curae mordaces. succedent lau-
des felices. Beatus cuius dō iacob adiutor est.
huius iacob. Quare iste beatus. Interim adhuc
in hac uitageneratione. Spes ipsius in dñm dñm ipsius.
Ideo beatus quia spes ipsius in dñm dñm ipsius. in
quo est spes ipsius. Ipse erit rex ipsius. fratres
an forte erraui. quia dixi rem nostram. futuram
dñm. Quid sic dicerem hereditatem nostram fu-
turam. Spes mea est tu. portio mea metta.

uentium. Tu eris portio mea. Eris tu posses
 sis & possidebis. possessio di eris. & possessio tua
 erit dñ. Tu eris possessio eius. ut colaris ab eo.
 & ipse erit possessio tua. ut colaris cum. Nam &
 tu colis dñ. & coleris a dō. Recte dicitur colo
 dñ. quomodo autem color cedo. Inuenimus apud
 apostolum. di agricultura eris. di aedificatio
 eris. & dñr ego sum inquit uitis. uos sarment
 ta & pater meus agricola. colit te ergo
 dñ. ut sis fructuosus. & colis dñ ut sis fructuosus.
 Tibi bonum est quod te colit dñ. tibi bonum est
 quod colis dñ. Cultor dñ si recedat ab homine de
 fertur sit homo. Cultor homo si recedat a dō. de
 fertur sit ipse homo. Nec crescit dñ recedente te
 nec decrescit dñce de te. Ergo erit ipse pos
 sessio nostra. ut nos pascat. & erimus possessio
 ipsius. ut nos regat. Spes illius in dñm dñm ipsius.
 Quis est iste dñs dñ ipsius. Adhuc fratres.
 Multi enim habent deserdiant eos dominos
 suos. & dñ. sed dicit apostolus. & si sunt quidi
 cantur dñ. siue in caelo. siue in terra. Quem
 admodum sunt multi dñ. & domini multi.
 Nobis tamen unus dñ pater. ex quo omnia. & u
 nus dñs ih̄s xp̄s. per quem omnia. Ergo ipse
 fit spes tua. dñs dñ tuus. in illo sit spes tua.
 In dño dō suo est spes & iam illius qui colit facit
 num. In dño dō ipsius est spes qui colit martem.
 Qui colit neptunum. Qui colit mercurium.
 Plus addo qui colit uentrem. De quibus dictum
 est. quorum dñ uenter. Ergo ille illius deus.
 Atq; ille illius. Quid huius beati. quia spes ip
 sius. in dño dō ipsius. Sed qui est iste. Qui fe
 cit caelum & terram. mare & omnia quae in
 est. Fratres mei magnum dñm habemus.
 Benedicimus nomen s̄m̄ eius. Quod dignus est
 facere nos possessionem suam. Non dum uidet
 dñm. non potest habere plene. quod non dum uidet.
 Quae uidet ipse fecit. miraris mundum. que
 re artificem mundi. Suspicias caelum. & ex
 horrescis. Cogitas uniuersam terram. & con
 tremescis. Maris magnitudinem. Quando
 cogitationem occupas. respice innumerabili

tatem stellarum. respice tanta genera seminum.
 Tantis diuersitates animalium. Quicquid natat
 in aquis. Reptit in terra. Volitat in aere. Cirruit
 in caelo. Omnia ista quam magna. quam prae
 dara. quam splendida. quam suspendenda. Ecce qui
 fecit haec omnia. dñ tuus est. pone ibi spem tua
 ut sis beatus. Spes illius in dñm dñm ipsius. Quem.
 Qui fecit caelum & terram. mare & omnia quae
 in eis sunt. Magnum dñm habemus. Adhuc
 fratres. magnum dñm. bonum. facientem talia.
 Quid ergo hinc cogitauit dñ ut faceret. sciamen di
 cendum est de dō. Cogitauit caelum. terram. ma
 re. & omnia quae in eis sunt. Iste uideo quidem om
 nia magna ista. caelum & terram. mare. fecit dñ.
 Quomodo me computat inter ea quae fecit. & uere
 ego pertineo ad curam ipsius. & modo de me cogitat
 dñ. aut scit animum. Quid est hoc quod dicit. non
 subrepat tibi in cor mala cogitatio. De his esto de
 quibus paulo ante loquebamur. Laudabo dñm in ius
 ta mea. psallam dō meo. quam diu sion. Sed iste
 talis alloquitur nescio quos tepulos. quos exhorta
 tur. & quasi ueretur. ne desperent dese. quia
 uel non sunt incomputa di. Multorum enim a
 lor sunt cogitationes. Sed uideo deserunt & per
 gunt per quolibet peccata. quia non credunt cum
 re dñm quid agant. Audi eloquia diuina. noli de
 te desperare. qui uultu facere te. non cum resi
 core te. nonne dñ tuus est. Qui fecit caelum & ter
 ram. & mare. Si ista sola diceret. forte respon
 deret tibi. Dñ qui fecit caelum & terram. & mare.
 magnus dñ. Sed hinc quid cogitat dñ. Ipse refe
 cit dicitur tibi. quomodo. numquid ego sum
 caelum. aut ego sum terra. Aut ego sum mare.
 Et quis est. manifestum est. Nec caelum sion. Nec
 terra sion. Nec mare sum. Sed in terra est.
 Audi qua non tantum caelum. & terram. & mare.
 dñ fecit. Fecit enim caelum & terram. & mare.
 & omnia quae in eis sunt. Ergo omnia quae
 in eis sunt. etc. parum dno te passimem. lo
 cistam. uermiculum. Nihil horum non ille fe
 cit. & cura est illi de omnibus. Non ad preceptū
 cura est. Non preceptum soli homini dedit.

Dicit enim psalmus. Homines & iumenta saluos facies dñe. Secundum multitudinem misericordiae tuae dñs. Multitudinem inquit misericordiae tuae. Secundum hanc saluos facies homines & iumenta. & apostolus. Numquid debubus cura est dñs. Hic debubus cura non est dñs. Hic homines & iumenta saluos facies dñe. Numquid contraria sunt ista. Numquid ergo ait apostolus. Numquid debubus pertinet ad dñm ubi preceptum dedit boui ut arantibus non in fratribus. Ibi debubus non cogitauit dñs. itaq; quorundam boues uoluit significari. Non enim hoc ait dñs. Quid agas cum bubus. Habes hoc cura humana ipsa. Sic factus est homo. ut non sit considerere iumentum suum. Nec inde precepta ad dñm accepit. sed insinuatam est in mentem ad dñm ut possit & sine precepto facere. fecit illum talem dñs. Sed quomodo regit pecus. regendus ab alio. ab eo quo regitur preceptum accepit. A precepto ergo tenore. Non est debubus cura dñs. Sed providentiam uniuersitatis quae creauit omnia. & mundum regit. homines & iumenta saluos facies eos. Intendat caritas uestra. hic forte aliquis dicat mihi. de nouo testamento est. Quia debubus non pertinet ad dñm. homines & iumenta saluos facies dñe. De uetero testamento est. Sunt qui calumniantur & dicant. non sibi consonare ista duo testamenta. Ne forte aliud dicat in uetero. Aliud in nouo. & flagites de me sententiam de nouo talem. qualis est haec. homines & iumenta saluos facies dñe. Quid facio. nihil tamen capite noui testamenti. quam euangelium. In euangelio inuenio. quia omnia ista pertinent ad dñm. Nemo erit iam qui contradicat. Numquid apostolus euangelio contrarius erit. Audiamus ipsum dñm principem & magistrum apostolorum. Respiciat inquit uolatilia caeli. quia non seminant. neq; metunt. neq; congregant in horreum. & pater uester caelestis pascat illa. Ergo & praeter hominem animalia ista pertinent ad curam dñi. ut pascantur. non ut legem accipiant. Quod ergo ad ueteram legem arti-

nos debubus cura dñs non est. Quod autem ad ueteram da pasceda. gubernanda. & regenda. omnia ad dñm pertinent. Nonne duo passeres asse ueniunt. Dñs xps dicit. & unus ex eis non cadit in terram sine uoluntate patris uestri. Quanto magis uos pluris estis illis. Nolite ergo dicere non pertinet ad dñm. pertinet ad dñm anima tua. pertinet ad dñm corpus tuum. quia dñs fecit & animam tuam & corpus tuum. Dicit enim forte non me numerat dñs in magna multitudine. Accedit tibi mirum de euangelio. Capilli capitis uestri numerati sunt. Ergo dñs meus est. & in illo sper mea. qui fecit caelum & terram. mare & omnia quae in eis sunt. Quod autem ad me pertinet. quid agat mecum. Qui custodit ueritatem in aeternum. & amandū dñm commendauit & timendum. Qui custodit ueritatem in aeternum. Quam ueritatem in aeternum. Quam & in quo custodit ueritatem. Facientem iudicium. iniuriam accipientibus. Vindicat iniuriam accipientes. fratres mei. fac illis iudicium. Quibus. Qui accipiunt iniuriam. puniens omnes iniuriosos. Si ergo fauebit iniuriam accipientibus. & puniet iniuriosos. Vide modo de quorum numero uis esse. Vide & uide utrum in eis uelis esse. qui iniuriam faciunt. Statim enim ad te procedit uox apostolica. & dicit tibi. Iam quidem omnino delictum est. quia iudicia habetis uobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini. Quare non iniuriam patimini. Corripit homines quia non patiuntur iniuriam. Non ut patiaris molestiam. te hortatur. Salus patiaris iniuriam. Non enim molestia iniuria est. Quicquid enim iure patiaris. non est iniuria. Ne forte diceres. Si ergo inter uarias passos numeror. Nam illud in illo loco. & illud. illa causa passus sum. Vides iniuriam passus es. Latrones multa patiuntur. scilicet iniuria. Scelerati. malefici. effractores. Adulteri. corruptores. omnes patiuntur multa mala. Sed non nulla est iniuria. Aliud est pati iniuriam. Aliud pati tribulationem. Aut paenam. Aut molestiam. Aut supplicium. Considera ubi sis. Quid egeris. Vide quare patiaris. Vide & ibi uides. Quid patiaris.

Jus et iniuria contraria sunt. Jus enim est quod
 iustum est. Neque enim omne quod ius dicitur ius
 est. Quod si aliquis condax ius iniquum. nec ius di-
 cendum est. si iniustum est. Illud ergo uerum
 ius quod etiam iustum est. Vide quid feceris.
 Non quid patiaris. Si ius fecisti. iniuriam pate-
 ris. Si iniuriam fecisti. ius patieris. Quare ista
 dixi fratres. ut non se extollant heretici. quan-
 do forte aliquid patiuntur ex iussionibus princi-
 pum terrenorum. Non se numerent inter eos
 qui iniurias accipiunt. et dicant. Ecce psalmus
 consolatur me. Ego enim. chri. colo. qui iudicium
 facis iniuriam accipientibus. Recte quero utrum
 iniuriam accipias. Si ius fecisti. iniuria est. quam
 patieris. Jus est ex sufflare xpm. Jus est rebelli
 superbia. erigere altare. Jus est parentibus per-
 secutoribus. tunice xpi. ecclesiam xpi. contem-
 dere. Porro si hoc ius non est. quicquid pro hoc pate-
 ris ius est. Non est ergo de his qui patiuntur in-
 iuriam. Lege aliquid manifestius ex euangelio.
 Beati inquit qui persecutionem patiuntur. Expec-
 tam quid festinas. quid dicis. ego sum. expecta-
 in quon totam legem. Audisti. beati qui per se-
 cutionem patiuntur. Iam tibi nescio quid coeperas
 arrogare. Si per mittis totam legem. Vide quid seque-
 tur. Beati qui persecutionem patiuntur propter ius-
 titiam. Modo dic. ego sum. Si audes dicere ego
 sum. Superiora quae dixi retrahemus. Aut nelon-
 gum sit hoc unum interrogo. Si damnares unum
 hominem cuius causam nescis. Auderes te dicere
 tenere iustitiam. Aut si quid pro hac re passus esses.
 iniuriam nominares. Eriges te intemeratum
 tribunal cor. lis tui. Unde praecipiteris. Et audes
 forte sententiam de homine. causam nescis. Hoc
 si de uno homine faceres. et es iniustus. Facis
 hoc de orbe terrarum et iustus es. Fratres karissimi.
 et quae est quae patitur iniuriam. nisi ecclesia ca-
 tholica. Quae tanta ista perpetitur. inter tot san-
 ctula hereticorum gemit. Videt per malas suasi-
 ones. et fraudes rapide gregem suo infirmos par-
 uulos per trahi. per nescio qua se retorum malo-
 rum speluncarum. rebaptizari. ex sufflari in-

eis. xpm occidimur. Non mortale illud suum.
 quod homines sunt. sed illud quod in aeternum
 uicturi sunt. Suadetur homine dicere. non sum
 xpianus. et iustitia uocatur. Acces furus es ad
 epm. et ille. unde nedicat te esse xpianum. Si
 enim dixeris te esse xpianum. non es accepturus.
 Ut autem accipias. dic te non esse. Quid mones
 xpiane. Quid doces. certe persecutionem pate-
 ris. Quanto tu uerior persequitor. Quando im-
 peratores persequerantur xpianos. minando co-
 gebant. quod tu efficis suadendo. per suades
 xpiano. ut senegse esse xpianum. Quod tu sua-
 dendo feceris. hoc persecutor occidendo non fecit.
 Subte uiuit homo. qui negat se esse xpianum.
 Negat. et uiuit. perditam uita. cadauer tibi lo-
 quitur. Qui percussus est gladio persecutoris. cecidit
 et uiuit. Cui loqueris. forte et cecidit. Haec faci-
 ens. quicquid passus fueris. iniuria erit. Nolo
 tibi blandiaris. Si haec iniusta sunt omnia
 quae facis. Quicquid patieris iustum erit. Cui au-
 tem facis iudicium. Qui custodit ueritatem in aet-
 ternum. iniuriam accipientibus. Iam tu proce-
 de. et dic ratiocinatio tuis illis tuis bonis. et
 quasi acutis. et subtilibus. quia tu pacis. et dic fa-
 milicus potest parere. id est peccator potest dare
 sem. familiaris potest parere. Languidos potest
 sanare. Ligatos potest soluere. Ista sunt ueluti
 magna et subtilia. quibus decipiunt imperitos.
 Claudat illis psalmus iste. Dantem escam esuri-
 entibus. Ecce nihil. etc. expecto. Ds dat escam esu-
 rientibus. Quibus esurientibus. omnibus. id est
 omnibus animalibus. Omnibus hominibus. ipse
 dat escam. et nullam escam seruat dilectissimis.
 Si habent aliam famem. habent et aliam escam.
 Queramus primo famem ipsorum. et inuenimus
 escam ipsorum. Beati qui esurunt. et satiant iusti-
 tiam. quo ipsi saturabuntur. famulici di. esse de-
 bemus ante ianuam conspectus illius. monitioni-
 bus mendicemus. Ipse dat escam esurientibus.
 Quid est quod te heretice iactas. Quia tu solus.
 Tu erigis. Tu inluminas. Videlicet. quatuor.
 Liberatus es. et tu stas. et tu lumen es. Absit

Superius adtendo. Nolite fidere in principes & in filios hominum quibus non est salus. Non in fide dant salutem. Ergo recedant heretici de medio. Dns soluit compeditos. Dns erigit elisos. Dns sapientes facit caecos. Id est eos qui ceci sunt facit sapientes. Optime per hanc sententiam exposuit nobis omnes superiores. ne forte cum dixisset. Dns soluit compeditos. Ad illos compeditos referemus. qui forte propter aliquam noxam ligati sunt ferro ad omnis suis. Quia autem dixit. erigit elisos. Occideret nobis aliquis. aut offendens & cadens. aut equo lapsus est. Alii casus sunt. Aliae compedes. Quo modo sunt alie tenebrae. & alia lux. In eo quod dixit. Sapientes facit caecos. noluit dicere in luminat caecos. Ne hoc & carnaliter intellegeres. Sicut in luminatus est achio. Cuius oculos luto desputo facto munxit. & saluum eum fecit. Ne tale aliquid sperares. cum de spiritalibus loquitur. Ostendit quaedam lucem sapientiae. Quia in luminantur caeci. Ergo quomodo in luminantur caeci luce sapientiae. sic solvantur compediti. Sic eriguntur elisi. Corpus nostrum ornamentum nobis fuit. peccauimus. & compedes inde accepimus. Quae sunt compedes nostrae mortalitatis ipsa. Audi apostolum paulum. Quia ipse adhuc in hac peregrinatione compeditus erat. Quanta per agrauit compeditus esse. nonnulli fuerunt graues compedes. cum ipse compeditus. toto orbe euangelium praedicauit. Spis caritatis rapuit compedes. & circum iuit quantum potuit. Seditamen quidam. Concupiscenciam habens dissolui. & esse cum xpo. Quid est dissolui a compeditibus mortalitatis. & tamen misericordia adhuc uolebat esse in compeditibus. propter alios compeditos quibus ministrare. Manere inquit necessarium in carne. propter uos. Dns ergo soluit compeditos. Id est ex mortalibus. facit immortales. Dns erigit elisos. Quare elisi sunt. Quia erecti erant. Quare eriguntur. quia hu-

